REGVLARVM VTRIVSQVE IVRIS CVM AMPLIATIONIBVS AC LIMITATIONIBVS.

LIBER PRIMVS.

PETRO A DVENAS, SALMATICENSIS ACADEMIAE DOCTORE, Authore.

His accesserunt Indices tres: quorum duo in principio libri sunt materiarum, & legum communium: tertius vero in fine legum Hispanarum.



VENETIIS, Ad candentis Salamandræ insigne. MDLXIII.

[redacted]

PETRVS A DVENAS, CANONICI IVRIS DOCTOR, BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

DIV multumq́; cogitanti mihi, Lector optime, ſcriptis in publicum dare quippiã quo temporis in ſtudio literario à me inſumpti ratio reddi poſſit: ambigentiq́; uehementer à quo ſcribendi genere cõſultius foret exordiũdum quod magis in rem ſtudioſorum cederet: tandem in mentem uenit operæpretium me facturum, magisq́; ſtudioſos demeriturum, ſi Iuris utriuſque Regulas pro meo modulo, quanta integrum mihi eſſet diligentia, dedolarem. Rem fateor arduam aggredior, multiq́; negotij, uerum non parum multis magno commodo futuram: nempe in qua uniuerſæ Iuriſprudentiæ deliteſcat intellectus & cognitio: operam dãtes ut aſſequeremur quò fortè poeticum illud de nobis decantaretur.

[redacted]

PETRVS A DVENAS, CANONICI IVRIS DOCTOR, BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

DIV *multumq́; cogitanti mihi,* Lector *optime, ſcriptis in publicum dare quippiã quo temporis in ſtudio literario à me inſumpti ratio reddi poſſit: ambigentiq́; uehementer à quo ſcribendi genere cõſultius foret exordiũdum quod magis in rem ſtudioſorum cederet: tandem in mentem uenit operæpretium me facturum, magisq́; ſtudioſos demeriturum, ſi* Iuris *utriuſque* Regulas *pro meo modulo, quanta integrum mihi eſſet diligentia, dedolarem.* Rem *fateor arduam aggredior, multiq́; negotij, uerum non parum multis magno commodo futuram: nempe in qua uniuerſæ* Iuriſ*prudentiæ deliteſcat intellectus & cognitio: operam dãtes ut aſſequeremur quò fortè poeticum illud de nobis decantaretur.*

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dul
ci.

Quanquam autem Bartholomæus Socinus Italus, ſimul & Ioannes Bernardus Diaz à Luco, noſtras, Calaguritanus ac Calciatenſis Epiſcopus, de Iure eiusq́; profeſſoribus optimè meritus, in illas ſcripſerint: præter eas quas congeſſerunt in unum potius quàm digeſſerunt ipſi, animus fuit auctarium adijcere, atque in illis deſideratas ſcriptoribus, omni qua poſſem copia abſoluere. Partitus ſum librum in uolumina quatuor, quorum hoc eſt ordine primum: quod ſi hilari fronte, uti ſpero fore, amplectamini, bonis auibus tria reliqua propediem ædentur in lucem. Porrò pars hæc ſi utile quid, quodq́; cum fructu legas cõtinere uidebitur, Deo Optimo Maximo, quo bene fortunante prouinciam ſuſcepi, acceptum referes. Ea uerò quæ hic tibi fortaßis minus probabuntur, qualia non pauca uereor ſunt futura, candidè iudicare fueris memor, mihiq́; condones oro. ῥᾷον μὲν γάρ μοι μήσασθαι ἢ μιμήσασθαι. Animum ac conatum ſpectato quo hæc adumbrauimus. diligentiam & ſolicitudinem quibus in his congerendis deſudauimus · quandoquidem ante undeuigeſimum ætatis annum prælo ſunt tradita. Rationem, cur præmaturè huic me muneri addixerim, ſi popoſceris, hanc habe: & his ad finem deductis ſi oblecteris, meaq́; ex ſemente meſſem aliquam feceris, accinctior reddar, animatiorq́; ad alia memoriæ prodenda, unde non minus commodi emergat: proſequuturus quem cœpi laborem: quanq́; nactus ſum Spartam, dum uita ſupererit, pro uirili ornaturus: potißimum inquam hac lege, ſi modo primum hunc fœtum, qui

maiore

maiore otio diutius fortaßis lābendus erat, Probari senſero. quæ ſanè res plurimum animis ad literas inflammandis, ualet, ſi Naſoni creditur, ubi cecinit:

Excitat auditor ſtudium, laudataq́; uirtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Iam uerò ne cuiquam uideri posſim haud ita multum temporis iuridice ſcientiæ impendiſſe, cùm mea typis excudenda darentur, ſtudiorum meorum progreſſum recenſere ac ſeriem animus eſt. Auſpicatus illa ab iure Pontificio anno ſexto & trigeſimo ſupra mille quingentos, nondum duodecimum ætatis annum egreſſus, partim audiendo, partim audita ruminando iterandóue annos undecim confeci: ſub quorū finem profiteri publicè in clarißma hac Academia exorſus, annum agens uigeſimumtertium: ex quo poſt biennium, Doctoratus Canonici Iuris galero donatus. Itaque qui calculum ſubducere uolet, profeſſum ſexennium, ſtuduiſſe annos duodeuiginti offendet: idq́; ſumma quoad eius fieri potuit ſedulitate, tantaq́; librorum copia (eſt etenim bene instructa mihi bibliotheca, quæ admodum paucis collegarum meorum cedat) ut ferè nemo è Scriptoribus omnibus tum ueteribus tum Iunioribus, quotquot uel in ius ciuile uel Pontificium ingenij monumenta & lucubrationes ædiderunt, in Muſæo meo deſideretur: atqui de ijs loquor qui aut apud nos proſtare uiſi ſunt, aut certè in manus meas peruenēre. Reliquum proinde eſt candide Lector, ut conatum noſtrum boni conſulas, ſtudijsq́; faueas ac bene preceris. Quod intelligi nolim quaſi minus id agere te exiſtimen, uerum ita, uti Poeta inquit.

Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus. Et,
Qui monet ut facias quod iã facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta ſuo.

Ego demum ex animo reprecor, tibi ſit mens ſana in corpore ſano. Vale: duodeuigeſimo Calendas Februarias.

INDEX, SEV REPERTORIVM, HVIVS PRIMAE PARTIS REGVLARVM.

Cuius prior numerus regulam ſignat. Vltimus autem paginam.

A

adiudicatio

autho-

cautio

clerici

non

consanguinei

creditor

delictum

E

emphyteuta

exceptio

execu-

famuli

feudata-

L

mulier

N

quibus

R

sententia

Statutum

T

Finis repertorij tomi primi.

CANONES, QVI PRINCIPALITER IN HOC LIBRO DECLARANTVR.

EX DECRETO.

Ex Decretali.

c. si

c.cùm

extra-

LEGES IVRIS CIVILIS QVAE IN HOC OPERE DECLARANTVR.

Ex Digesto Veteri.

l.si

l.si fra-

l.si fra-

Ex Digesto nouo.

l.inter

Ex Codice Iustiniani.

l.j.C.vt

l.cum

Ex Feudorum Libris.

FINIS.

REGVLARVM VTRIVSQVE IVRIS SELECTARVM LIBER,

Cum suis Ampliationibus & Limitationibus ultra Bartholomæum Socinũ, & Clarissimum atque Reuerendissi. Præsulem, Dominum D. Ioan. Bern. Diaz de Luco, Episcopum Calaguri. nunc primùm æditus.

AVTORE PETRO A DVEÑAS Iuris Pontificij Doctore, ac Iuris Ciuilis Baccalaureo, in Gymnasio Salmantino publicè Iura Canonica interpretante.

REGVLA PRIMA.

ABSENTES in actibus Collegij, vel Vniuersitatis, regulariter non sunt vocandi.

Hanc Regulam ponit gloss. in c. ij. in verb. ipsorum de test. libro vj. nisi in tribus casibus ibi positis: quam gloss. dicit communem Francis. de Ripa, in libro ij. Respon. cap. xxj. Catel. Cotta in Memoralibus iuris: in verbo, abſẽtes. Hãc regulam ponit D. Ber. de Luco, in regula iij. vbi eam dupliciter limitat.

Limita tamen nouem modis, vt per Andræam ab Exea in c. cùm omnes. nu. 206. vsque ad nu. 218. de constitut.

REGVLA II.

ACQVISITA seu empta constante matrimonio inter virum & vxorem, sunt communia, vt in l. j. tit. iij. lib. iij. fori. & in l. j. tit. iiij.

libro v. ordinamenti, quæ leges declarantur & intelliguntur per l. ccxvij. styli: & vltra Montaluum in d.l.j. fori. ita tenet Palat. Ruui. in repet. rubr. de donatio. inter virum & vxo. § lxij. per totum. Bar, tho. de Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. *des droiz*, §. xiiij. in fine fo. 136. col. ij. nu 1.

Limita hanc Regulam octo modis, vt per Rodericum Xuarez in in d.l.j. titu. *de las ganancias*. libro iij. fori, fo. 11. vsque ad fol. 21.

REGVLA III.

ACQVISITA per vnum ex fratribus, simul post mortem patris habitantibus, præsumuntur acquisita de communi, argu. tex. in l. si fratres. ff. pro socio. ita tenet Specu. in titu. de iudi. §. sequitur videre de communibus iudiciis.

Hanc Regulam ponit Bartol. in l. Titium, §. altero. ff. de administr. tut. nume. 5. Bald. in l. si patruus. C. commu. vtriu. iudi. Iaſ. in l. j. C. qui testa. facere poss. vbi communiter concludunt, quòd si simul cum hæreditate indiuisa post mortem patris vixerint, lucra communicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præsumi societatem.

Quam regulam & opinionem limita quatuor modis, vt per Andræ. Alcia. in tractat. præsump. in prima regula, præsump. xxv.

Limitatur quinto vltra Alciatum, quandocunque vnus ex fratribus emerit aliquem fundum palàm & scientibus aliis fratribus, & receperit chartam pro se tantùm, vt in l. itaque. ff. pro socio. & in l. j. in §. magistratu. ff. de exerci. ita determinat Bal. in l. si socius. ff. si cert. peta. & in l. j. C. si quis alte. vel sibi. & in l. si vt proponis. ad fin. C. de rei vendi. Iaſ. in d.l. si socius. nu. 2. vbi dicit quòd secundum prædicta debet intelligi & limitari illum dictum Bartol. in d. §. altero. secus tamen est quando vnus ex fratribus emerit fundum aliis ignorantibus, quia tunc iura societatis communicare tenetur, secundum Iaſ. ibi.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Bartho. de Chassa. vbi notabiliter tractat materiam, in rubrica 7. titulo *des successions*. §. v. nu. 17. cum seque. fol. 143. col. iiij. Et notabiliter, vbi per quatuor regulas declarat supradictam regulam cum aliquibus limitationibus & ampliationibus, Aymon Publicius, in gloss. ad consuetudines Aluerniæ, in tit. 15. artic. j. per totum.

REGVLA IIII.

ACTA criminalia vel instrumenta in causa criminali non debēt produci fisco ab eo de cuius crimine agitur.

Hanc Regulam ponit Bartol. per illum text. in l. is apud quem. nu. 8. C. de æden. intelligendo glossam ibi, in verbo, exhibere. quem sequitur ibi Iaſ. & alij Doctores, probatur etiam per text. in l. nimis graue. C. de testib.

Limita

Limita primò secundum Bartol.ibi,in casibus in quibus serui torquentur contra dominos,vt in l.j.& in l.interrogari.ff. de quæstio. quia in illis casibus compelluntur ædere instrumenta contra seipsos. Idem videtur dicendum quando accusatus vel inquisitus est cõuictus per indicia sufficientia ad torturam:quia ex quo tunc probationes extrahuntur de domo ipsius rei per cruciatum corporis sui, multo fortius per sua instrumenta:ita est de mente Bar. in l.ij.§.diuus.ff de iure fisci.

Secundò fallit, quando aliunde non possunt haberi probationes: ita concludit Alexa.in d.l.is apud quem.nu. 10. quod dictum puto procedere solùm quando agitur de delicto ex quo delinquens illicitè lucrum consequeretur: per text.in c.ex pœnitentibus.50.distin. per doctrinam Bar.in l.Marcellus.ff.rerum amota. Innoc. & Cano. in c.inquisitionis.de accusa.Panor.in c.innotuit.in ij.col.de electi.

REGVLA V.

ACTA omnia iudicialia, siue Ciuilia siue Criminalia,debent ędi litigantibus,vt probatur in l.ij.C. de æden. in tantum quòd si non ædantur,poterit pars appellare,vt in l.ij.C. vt lite penden.in ca.G. perpetuus.de fide instru. Probatur etiam ista regula per text.in l.j. §.ædenda.ff.de ęden.& in l.ix.in legibus de Madrid. ea ratione attẽta,quia actus iudiciarius eo ipso quòd est factus, censetur communis alteri parti:& ideò potest petere copiam.Item etiam is qui iudice mandãte non vult acta ædere,præsumitur in dolo, secundum Alexã.in l.vbi.ff.de æden.pro quo est text. in l.non potest dolo.ff.de regu. iur. Potest etiam ad hanc Regulam assignari alia ratio : quia æditio actorum est species defensionis:quod patet,quia hoc fit ad effectum vt petens possit deliberare an velit cedere,an contendere,vt in l.j.in princ.ff.de æden.& in Auth.offeratur.C. de litis contesta. Item etiam fit ad effectum veritatis inuestigandæ, vt in d.l.is apud quem.nam habita copia facilius potest quis respondere,confitendo vel obiiciendo, & sic merita causarum partium assertione panduntur,vt in l.fin.C.si per vim,vel alio modo.vnde iudex poterit de veritate causæ faciliùs iudicare, & ipsam veritatem inquirere visis allegationibus vtriusque partis.& circa hanc regulam vide Marcum de Mantua in lib.iij.Obseruationum,obserua.xxviij.& Pau. Pari.in c.quoniam contra.nu.29.& 79.de proba.

1 Limita primò hanc Regulam, dummodo talis æditio fiat iudice mandante,aliàs sine mandato iudicis non tenetur notarius actorum ædere acta:vt tenet Bal.per illum tex.in versi.iubebit.in d.l.is apud quem.col.j.& ibi Paul.de Cast.

2 Secundò limita non procedere in attestationibus testium , quæ ante publicationem ædi non debent parti, sed debent esse sacrę penes iudicem & notarium actorum timore subornationis,vt est glos. in d.l.is apud quem.per illum text. secundum quintam lecturam &

ibi Bal.hoc expresse tenet nu.9.vbi allegat ad hoc tex.in §.quia verò.in Auth.de testib.colla.7.

Tertiò limita procedere dum modò offeratur salarium tabellioni, aliàs autem sine salario non tenetur ędere acta,ut est tex.in l.argentarius.in princ.& ibi commu.doct.ff.de ęden.

Quod tamen non habet locum in copia libelli quæ debet dari sumptibus actoris,ut est gl.in Clem.sæpe.in §.verùm. quem ibi sequitur Cardi.nu 17.de verbo.signi.& Bar.in l.j.ff.de æden.nu.3.est etiam glos.in Clemen.ij.in uerbo.oblatos.de appel.

Et idem est in causa pauperum quòd de iure notarius nihil ab eis recipere debet:ita tenet Lud.Rom.in l.si vero.in §.de uiro. in fallētia,propter paupertatem.nu.48.ff.sol.matri. pro quo facit tex.in l.tam dementis.C.de epis.aud.quod dictum tanquam pium & notabile sequitur Ias.in §.tripli.nu.55.Instit.de actio.& in l. nec quicquā.§.ubi decretum.nu.2.ff.de offi.proconsul.& lega.

4 Quartò limita in nominibus testium in iudicio productorum & examinandorum:quia ante eorum publicationem non tenetur pars, ædere nomina eorum alteri parti, ne subducantur uel subornentur. sed soli iudici nominare tenetur:ita tenet Specul.in titu. de teste.§. qualiter.nu.3.Alexand.in l.j.in § æditione.in penult. col.ff.de ædē.

5 Quinto fallit in interogatoriis testium, quæ licet sint de actis, non tamen debent ædi alteri parti,ad euitandum subornationem testium:ita tenet Abb.& doct.in c.per tuas de testi. Alexan.in d.l.is apud quem.

6 Sextò fallit in allegationibus iuris, quæ licet sint in actis productæ, tamen non debent ædi alteri parti, ex quo fiunt ad meram instructionem iudicis:ita tenet Innoc.in c.per tuas.de testibus.quem sequitur Alexan.in Auth.iubemus.C. de iudi.Roma.sing.266.Matthæus de Afflict.in libro j.constit.Neapol.rub.27.num.29.in finalibus uerbis.

Quod tamen intelligo uerum, quando pars non præsentat illas in modum actorum in processu,sed dat illas iudici in manu propria & ita debet intelligi dictum Ias. reprobatum à Matth. de Affl.ubi suprà:qui contrarium tenet in d.l.is apud quem. nu.6. & in d.l.j.§. ædenda.nu.6 ff. eod. titu. & illud dictum Iasonis reprobauit etiam Philip. Decius, in d.l.is apud quem.nu.20. & ibi Franciscus Purpura.num.94.

REGVLA VI.

Actio personalis extinguitur,si debitor per decennium nō petierit debitum,stante statuto quod in iure nostro ualidum est:ita tenet Barto.in l.sequitur.in §.si viam num.4.ff.de usucap.& in l.cùm notissimi.in prin.C.de præscrip.xxx.uel xl.annor.& in l.si is cui.§. Flauius.nume.3.ff de solut.& in l.legaui.ff.de libera.lega. & in l.j. nu.3.ff.de usucap.& in l.ait prætor in §.hi planè.ff. ex quib. causis

maio.& in l cum mulier.ff.solu.matri.& in l.ambitiosa.nu.14.ff.de decre.ab ordine facie & in l.nemo potest.ff. de leg.j.nume.22. ubi in fortioribus terminis tenet, quod in tantum est uerum de ualiditate istius statuti,quod non potest pacto renuntiari: quia est introductum in fauorem publicum & odium negligentis.& istam opinionem Bartol.sequitur Ias.in princ Insti.de actio numero.100.ubi allegat pro ista opinione gl.in c.j.in §.porrò.in uerbo, per restitutionem.& ibi Bal.quali.olim pote.feud.alien.in.Vsib.Feudo.

Contrarium.imò quòd tale statutum non ualeat in utroque foro tanquàm nutritiuum peccati, tenet idem Bar.contra morem suum sibimet contrarius,in repeti.l.omnes populi.nu.24.ff. de iusti.& iu. istam quæstionem latissimè examiat Ioan de Imola, in d.§.si uiam. ubi concludit ueriorem esse opinionem Bart. in d.l. omnes populi. idem Ioan.de Imola dicit eam esse communem in consil.xvj.num. j.& in consil.xlvj.nu.2.Franci.Balb.in tract.præscrip.in secunda parte tertiæ partis princ.quæst.xiij.& 14.Phili.Prob.in Addi. ad Ioan. Monach.in c.j nu.17.de præscrip.lib.vj.& quòd ista sit communis opinio tale statutum non valere, firmat Ioan.Crotus de Monte Ferrato in d.l omnes populi.col.xvj.& in d.l.nemo potest.col.xxx.versicu.quærit etiam Bartol.& ibi hoc etiam tenet Franc. de Ripa,nu. 116.Ludouicus Gomezius in d.princ. Institu.de actio. nu.67.Mat. thæ.de Afflictis in constitu.Neapol.lib. iij.rub.xxxj.nu.4.Andræas Alciatus in l.quinque pedum.colum.vj.C.finium regun.Ludo.Gozad.in consi.lvj.nu.13.Stephanus Bertran.in consi.clxxxiiij. nu.5. in ij.uolu.secundæ impressionis.Feli.in c.fina.nu.5.de præscrip.quibus est addendus Adrianus in quolibeto. vj. articulo 3. Ex quibus omnibus supradictis apparet prædictum statutum non ualere, tanquam nutritiuum peccati:pro qua opinione est text.in c.si virgo.in versic.si autem scierit,nec ab aliena possessione recesserit 34.q.ij.& in c.fina.cum simi.de præscrip.

Sed posito pro constanti quòd prædictum statutum ualeat, & sic regula nostra procedat ut hodie est dispositum de jure nostro Regio,ut in l.3.ti.13.lib.3.ordina.in l.63.Tauri & in Pragmatica 157. de Madrid.anno Domini 1528. ubi dicit quòd seruitia famulorum præscribuntur per triennium.

1 Limita primo (quia supradicta iura tantummodo loquuntur in actione personali) ut in actionibus realibus locum non habeat:ita notabiliter concludit Ias.in d.princ.Instit.de actio.num. 101. post Bald.& Aret.ibi,motus,quia cùm istud statutum sit odiosum, debet strictè intelligi,vt in l.3 § hæc uerba.ff.de nego.gest. ita etiam determinat Petrus de Rauenna in Alphabeto suo, in uerbo statutum. in uer.in statutis verba propria.pro qua opinione Ias.allegat glo.in l.Aurelius.in § Meuia in uerbo pupillæ.ff de libera.lega.per quam gloss.ita tenet Ludo Roma.in consil.ccj.num.3.Franci.Curt.senior in consi.lxvj.num.8.licet contrarium uelit tenere Gome.in d.prin. Insti.de actio.nu.66.

2 Secundò limita supradictas leges Regni nõ procedere in foro cõscientiæ:ita notabiliter determinat R.P. Frater Alphonsus à Castro, in casu dictæ Pragmaticæ de Madrid:eam declarando in lib.ij. de potestate Legis pœnalis,c.x.fol.188.pag.2.cum fol.sequen.

Plures alias limitationes ponunt ad supradictam regulam & leges Regni Doctores in variis locis,quas congerit Franc. Balb.in d. quæst.xiij.& xiiij.Gome.in d.prin.Instit.de actio.nu. 68.Felin.in d. c.fi.nu.5.notabiliter Rodericus Xuarez in l.post rem iudicatam.fol. 144.in iij.col.in vj.limit.ff.de re iudica. Vnum tamen nõ est pretermittendum circa supradictam regulam,& in casu dictarum legũ, quod si præscriptio interrumpatur per litis contestationẽ, actio quæ erat decennalis perpetuabitur in quadraginta annos: ita notabiliter concludit Ioan.de Imol.in l.seruum.in §.sequitur.ff.de verb.oblig. Ang.de Peruf.in l.ficuti.C.de præsc.xxx.vel.xl.anno. quos sequitur Ial.in §.pœnalis.num.113.Institu.de actio. & in l.actione.§.si is qui temporali.nu.3.ff.de iureiu.& in l.ex hoc edicto.num.3.ff.de eo per quem factum erit.;& ita expresè determinat Rodericus Xuarez in l.post rem iudicatam.ff.de re iudic.fol.117.col.j.nu.4.per glo.quam dicit sing.in l.fi.in verbo,finiendæ.C.de dolo.quæ gloss.dicit, quòd generaliter omnis actio perpetuabitur per litis contestationem, nisi duæ actiones quas ibi glo.excipit:quam glo. vltra Rodericũ Xuarez sequitur Pyrrhus Englebermæus, vbi excipit quatuor actiones, & notabiliter tractat materiam,in l.non solet.ff.de reg.iur. & sic supra dicta glo.generaliter intelligit quòd l. fin. super parte extendimus. C.de præscript.xxx.vel.xl.anno. habeat locum tam in actione reali quàm in aliis quæ minore tempore durant,quòd perpetuabuntur in xl.annos per litis contestationem. Quod tamen intelligo habere locum inter creditorem & debitorem, nõ tamen extenditur ad personam fideiussoris:quia interruptio facta per citationẽ vel litis contestationem cum reo principali non interrumpit,nec perpetuat quò ad fideiussorem:ista est glo.notabilis secundum Bart.ibi num.5.in l. cùm quis.§.siquis pro reo.in verbo,annus.ff.de solut.ita tenet idem Bar.etiam per illam glo.in l.si fideiussor. in §.fin.ff.mandati.& illam gloss.sequitur Alex.in l.mora rei.ff.de verb. obliga.

REGVLA VII.

Actio pœnalis non tollit rei persequutoriam,nec econtra.tex. est in l.ancillæ.C.de furt.& in l.si pro fure. in §.j. ff.de condi.furti. & in l.si pigno.in §.cum furti.ff.de furt.

1 Fallit primò in pœna conuentionali,vt in l.rescriptum.§.si pacto. ff.de pact.

2 Secundò fallit,quando pœna esset extraordinaria,vt in l.iiij.aliàs tertia,in §.fi ff.nautæ caupo.& stabu.

3 Tertiò fallit,quando actio non esset pœnalis à sua origine: sed ex post facto efficeretur pœnalis propter contumaciã rei,vt in actione,

quod metus causa.nam si reus constituat rem, non condemnabitur ad quadruplum: vt in l. si cum exceptione.in §.si quis. & in §.hæc autem actio.ff.de eo quod met.cau.

4 Quartò fallit quando intentaretur contra diuersas personas,vt in l.manifestissimi.in §.tales.C.de furt.

5 Quintò fallit quando resultaret contrarietas, vt in l. j.& ibi Docto.C.de furt.

6 Sextò fallit quando in pœna inesset persecutio, vt in l.hoc edicto. ff.de publica.& uectiga.

REGVLA VIII.

Actio personalis non datur cõtra singularem rei successorem, vt in l.j.in §.si hæres.ff.ad Trebel.& in l.fi.§.fi.in §. Lucius Titius. ff.de contrah.emptio.& in l.non aduersus C.si cert.peta.

Hanc Regulam limitat Socin.in regula clxxvj.quem refert, licet corruptè,vbi ponit alias duas limitationes Paul.Paris.in cõsi.xxxij. nu.117.in j.volu. Octo limitationes,vbi notabiliter tractat materiam,ponit Fran.de Ripa in d.§.si hæres. à nu.2. vsque ad nu.18.

REGVLA IX.

Actio pignoratitia directa non nascitur nisi prius soluto debito,vt in l.si rem.la.j.in §.omnis.ff.de pignor.actio. Hanc Regulam limita quatuor modis,vt per Anto.Negusan.de Fano,in tract.de pigno.in 2.membro septimæ part.princ.nu. 8.

REGVLA X.

Actio pignoratitia directa, soluto debito creditori, competit debitori ad repetendum pignus. Hanc Regulam probat text.in l. si rem.§.omnis.& in l.solutum. in §.si in sortem. & in §.solutam.& in l.debitor.in §.soluta.ff.de pignora. actio.

Hanc Regulam ampliat xv.modis,& limitat viij.modis Ant.Negusan.de Fano,in tract.de pignor.in 2.membro 7.par.prin.nume.9. vsque ad finem.

REGVLA XI.

Actio ex pacto nudo non oritur:vt in l.iuris gentiũ.§.sed cũ nulla.& §.quinimò.& §.Marcellus. ff.de pact. & in l.legem.C.eod. titu.tex.cum gloss.in §.in personam.Institu.de actio glo. in l.perẽs. C.de pactis.& in l.lecta ff.si cer.pet. & in l.si vnus. in § pactus.ff.de pac. Circa quam Regulam vltra Socin. in regula ix. qui eam ampliat duobus modis,& limitat quatuordecim, vide Iaso.qui ponit supradictam regulam cum duabus ampliationibus, & decem & sex li-

mitationibus, in d. §. sed cùm nulla. à nume. 4. vsque ad nu. 27. eandé Regulam ponit idem Iaf. in l. lecta nu. 12. ff. si cert. pet. Fran. Purpu. in d. l. legem. nu. 48. cum sequen. Feli. in c. j nu. 3. de pact.

Ampl a hanc Regulam quindecim modis, & limita lxvij. modis, notab. per Andræam ab Exeo in libro pactorum, in 3. part. rubricæ: à nu. 273. vsque ad finem. Sed hæc regula hodie de iure nostro regio locum non habet, vt probat tex. in l. iij. titulo viij. libro iij. ordina. quæ lex corrigit omnes leges probātes hanc regulæ opinionem: & concordat cum tex. in c. j. de pact.

REGVLA LXII.

ACTIO non datur soluto matrimonio hæredi mariti ex pacto facto per mulierem in contractu dotis, quòd satisfaciat creditoribus habentibus hypothecata prædia data in dotem. Hanc Regulā probat tex. & ibi Doct. in l. ex conuentione. C. de pact.

1 Ampliatur primò etiam si prædia dotalia ab hærede mariti possideantur soluto matrimonio: ita Bald. in l. si cùm tibi. C. qui potio. in pigno. habea. Phil. Dec. in l. dotis. C. de collati. Socin. in cōsi. lxxviij. in iij. volum.

2 Secundò ampliatur etiam si iuramentum in pacto interuenisset: quia & si maius robur adiiciat vt equidem stipulatio facit, tamen intelligitur secundum naturam actus: vt in l. fin. C. de non nume. pecu. ita tenet Alex. in l. ij in §. voluntatem. in pen. col. ff. sol. matri. Deci. in consi. clxxx. nume. 3. & 4.

3 Tertiò amplia secundū Paul. de Cast. in d. l. ex conuentione. quod non solùm procedat quando matrimonium est solutum morte mariti, verùm etiam si sit solutūm per diuortium. Pro quo facit: nam etiam isto casu militat ratio cessantis interesse, ergo militat legis dispositio, vt in l. illud cum vulg. ff. ad leg. Aquil.

4 Quartò ampliatur supradicta regula quæ loquitur de pacto, vt habeat locum etiam si stipulatio interuenisset: ut expressè dicit tex. in d. l. ex conuentione.

5 Quintò ampliatur vt hæres agens ex tali pacto repellatur, non tā tùm exceptione quòd sua non intersit, sed tanquàm agens de facto & sine actione, ità vt à iudice repelli debeat, etiam muliere quæ conuenitur non opponente: iuxta glo. in l. vbi pactum. C. de transa. quia cùm tex. in d. l. ex conuentione, dicat actionem competere non posse, denotat quòd ipso iure hæres actionem non habeat, vt patet ex his quæ dicit ibi Bar. col. pen. bene facit glo. in c. j. in verbo, non potest. de reg. iur. libr. vj. text. & quod ibi notat Iaso. in l. j. in princ. ff. de verbo. obligatio.

1 Limita primò supradictam regulam, vt licet hæres non possit agere post matrimonium solutum ad obseruantiam pacti pro futuro tēpore, potest tamen agere pro præterito si quid est solutum: vt tenet gloss. in d. l. ex conuentione. in fine: in verbo, non potest. cum qua

transeunt.

transseunt Doctores communiter ibi.

2 Secundò limita, quando dos vel pars eius ex dispositione legis, & statuti, vel pacti, deberet remanere penes hæredes mariti, etiã præmorientis: quia tunc certum est semper quòd interest mariti & hæredum quòd soluatur creditoribus: & quando valeat tale pactum vel statutum colligitur ex l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotal. & ex dictis per Bal. Nouel. in tract. de dote, in 7. parte, priuil. xxj.

3 Tertiò limita, quando mulier adulterium viuente marito, vel eo mortuo stuprum viduitatis tempore commisisset: quia interest hæredis solui creditoribus habentibus hypothecam in fundo: & ita videtur cessare ratio d. l. ex conuentione. ex quo hæres potest dotem retinere propter adulterium quod maritus viuens ignorauit, vel morte præuentus non potuit accusare: ita prosequitur Alex. in l rei iudicatæ. ij. nota. ff. solu. matri. Circa quam limitationem, an sit vera, vel non, est notandũ quòd Pau. de Cast. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. mouit prædictam quæstionẽ, & determinat quòd sicut mulier propter adulterium constante matrimonio perdit dotẽ: ita propter stuprum viduitate durante. idẽm tenet idem Paul. in l fideicommissum. C. de fideico. & in cõsi. cxlvij. incip. Reuocatur in dubium. per totum, vol. ij, quam opin. sequitur Augu. Arimi. in Addi. ad Angel. in tract. maleficiorum in parte, *che me ai adulterato.* nume. 303. Gerardus de Petra Sancta in singular. xlviij. Hippolyt. in singular. ccxxxiiij. & in singula. cccxvj. & in l. j. in §. item diuus. nume. 4. ff. de sicar. & in consi. xiij. nume. 16. eandem opinion. sequitur Pala. Ruui. in repeti. rub. de dona. §. lxvij. nu. 6. & in §. lxxxj. nu. 6. Franc. de Ripa in rub. de iud. num. 21. Ias. in l. ij. nume. 6. ff. solut. matrimo. Ioannes de Neuiz. in sua Sylua nuptiali lib. ij. nu. 44. Cifuentes in l. xiiij. Tauri, nu. 4. vbi pro hac opin. allegat gloss. in Authe. sacramentum. in verbo, contractis. C quan. mulier offic. tut. fungi po. & tex. de iure nostro regio in l iiij. in fi. titu. iiij. libr. v. ordinamenti. & pro ista opin. Pau. de Castr. allegatur communiter text. & ibi glo. & Bar. in l. pen. ff. de adult. vbi probatur quòd qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, offenditur ex stupro viduitate durante.

Contrariam tamen opi. tenet Alex. de Imol in d. l. sororem. quem sequitur Ias. sibimet contrarius, in l. fideicommissum. num. 3. C. de fideico. Dec. in c. pastoralis. nu. 8. de iudic. & in l. cùm quædam puella. nu. 12. ff. de iurisdic. omn iudi. Gulielmus Mayne. in l. in ambiguis, num. 208. ff. de regul. iur. Carolus Molinæ. in consuetudi. Parisien. in titu. j §. xxx. quæst. xxviij. nu. 142. Barthol. de Chassa. in consuet. Burgun. in titu. *Des droits.* rub. iiij. §. vj. fol. 156. col. j. versi. sed quæro. pro qua opinione est tex. in l. si vxor. in §. j. ff. de adult. & in l. rei iudicatæ. §. hæredi. versi. morum. ff. solut. matri. & hanc opin. Alexã. sequitur Crot. in l. iiij. §. Cato. col. iiij. vers pro quo etiam adhuc. & in eod. §. lect. ij. versi. vij. quærit Bar. col. pen. ff. de verbo. oblig. vbi pro hac opin. Alex. dicit quòd leuius est crimen stupri quàm adulterii: quia leuius punitur, vt in §. item lex Iulia. Insti. de pub. iudic. iuncto

tex.

tex.in c.non offeramus.xxiiij.quæst.j.& quia minor est iniuria quæ fit defuncto, quàm illa quæ fit viuenti, vt notat Bart.in d.l.fideicommissum. Item pro hac opin.Alex. facit:nam vidua luxuriosè viuens patitur easdem pœnas quas mulier secundò nubens infra annum luctus de iure Ciuili, vt in §.fi.in Auth.|de restitut. collat.iiij.& ita tenet supradicta glo.in Auth.sacramentum.in verbo, contractis.quam gloss.sequitur Dec.in l.j.col.ij.C.de secund.nup. Hippoly.in singu. cccccclxxxviij.quæ pœnæ enumerantur in d.l j. C.de secund.nupt. sed nter illas non enumeratur amissio dotis: ergo dicendum est dotem amissam non esse.& hoc modo arguendi vtitur iurisc.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. mulier enim infra annum luctus secundò nubens solùm amittit ea quæ habuit à marito titulo lucratiuo.sed dotem à marito non habet, ergo &c.pro qua opinione est tex.expressus in d.l.iiij.titu.iiij.lib.v.ordina. quæ sic debet intelligi, licet allegetur à Cifuentes pro opi.Paul.de Cast.vbi probat lex illa, quòd mulier quæ commisit stuprum post mortem viri, tantummodò debet amittere acquisita constante matrimonio, quæ applicētur hæredibus mariti:sed lex illa de dote nihil dicit, & sic cùm sit pœnalis potiùs est restringenda quàm amplianda, vt tantummodò loquatur in casu in quo loquitur:& hæc opin. Alex. videtur mihi magis vera & æqua per suprà dicta. Bene tamen verum est quòd Andr. Alcia.in tracta.præsump.in ij.regula præsump.ix.num.5.ponit concordiam inter has duas opiniones, scilicet, si mulier commisit stuprum infra annum luctus, tunc procedat opinio Paul.de Castr.aliàs post annum opi.Alex.quam opinionem sequitur egregius D. Didacus de Couarruuias in sua Epitome quarti libri Decreta.l in ij.par.c. vij.§.vj.nu.10.eandem concordiam inter easdem opiniones posuit Ioan.Garronis in Auth.eiusdem pœnis.nu.18.C.de secund.nup.quæ concordia non videtur necessaria, cùm vt supra dixi, opinio Alex.sit magis vera, nisi tantūmodò ad limitationem d.l.iiij.s.an mulier quæ commisit stuprum post annum luctus, d.l.iiij.in ea locum habeat.

REGVLA XIII.

Actio ex delicto pœnalis non transit in hęredem:ita probat tex.in l.pupillum.§.in hæredem.ff.de reg.iur.& in l.j.ff.de priua.delict.& in l.j.C.ne ex delict. defunct.

1 Limita primò vt isti hæredes teneantur quatenus locupletiores facti sunt, vel in quantum ad eos peruenit, vt in d.l. vnica:quia iniquissimum est ex delicto alterius alterum locupletari.facit etiā tex. in l.si ipsa res.ff.quod met. cau.

2 Secundò fallit, quando à lege pœna imponitur: tunc enim transit in hæredem, vt in l.iij.in §.quòd autem. ff.quod quis. iur.in primo intellectu glossæ magnæ.

3 Tertiò fallit, vbi pro pœna delinquentis causatur exceptio : tunc transit ad hæredem, etiam lite non cōtestata, vt in d.§.quòd autem

ex altero intellectu glossę:& ita tenet Xuarez in alleg.xxvj.in secundo dubio,in fine,vbi ponit exemplum.

4 Quartò fallit,in quasi delictis,in id quod peruenit ad hæredē:quia quamuis pœna iudicis qui litem suam fecit non trāseat in hęredem, transit in id quod peruenit: ut in l.in hęredem.ff.de calumnia.in l. seruo.in §.cùm prętor.ff.ad Trebellian.

5 Quintò fallit,quando actio pœnalis descendit ex contractu, & cōmissum est delictum extra contractum:vt in l.fin.ff.de nau.fœno.vbi hęres debitoris pœnę ob traiectitiam tenetur:aliud est si delictū circa contractum fieret, vt in l.ex contractibus.ff.de actió.& oblig.

6 Sextò fallit,quandocunque res esset consumpta per hęredem: vt in d.l.si ipsa.ff.quod met.cau.

7 Septimò fallit,etiam lite non contestata:sed vbi processum est cōtra contumacem ex primo decreto quod habet vim litis contestationis,vt faciat actionem transitoriam,arg.text. in l.vt perfectius.C.de anna.excep.& in l.si eum.in §.qui iniuriarum.ff.si quis caut.& in l. j.ff.ex quib.cau.maio.glo.sing.in §.pœnales. Insti.de perpe.& tēp. actio. vbi dicit solam libelli oblationem absque litis contestatione facere transmissionem actionis pœnalis. nec obstat text. in l.j.ff.de requi.reis.quia ibi loquitur in delictis publicis.

8 Octauò fallit,in pręlato cuius prædecessor deliquit,non suo nomine priuato,sed pręlati vel dignitatis:vt in c.cùm delictis.& ibi Inno. de ordi.cogni.& in c.j & ibi Doct. de solutio. Bald.in d.l.j.C.ne ex delict.defunc.Anto.de Butr.in c.j.§.quibus.de priuil. Ioan. Andr.in c.j.vt lite non contest.cum simil.

9 Nonò fallit,in condictione furtiua,quę ex variis figuris causarum oritur:nam datur in id quod non peruenit, ut in l.si pro fure.ff.de condict.furti.& ibi glo.quę reprobantur per Barr. in d.l.j.ff.de priuat.delic.nu.2.dicentē illic esse speciale propter frequentiā delicti, sicut in simili dicitur in adulterio, vt in l.transigere.C.de transact.

10 Decimò fallit,in casu l. Caius.ff ad Syilan. vbi secundum Bart.in d.l.j ff.de priuat.delict.fuit ibi inflicta pœna ipso iure,ob non vindicatam mortem defuncti:quod apparet, quia possessor illic conuenitur petitione hęreditatis à fisco: vt in l.j.C.de his quib. vt indig.& in l.in cognitione.ff.ad Syll.& sic agitur illic nō ad pœnam imponēdam,sed ad impositam ipso iure exigendam: vt in l.commissa.ff.de publi.& vectig.& in d.§.quòd autem.

11 Vndecimò fallit, in hæredibus vsurarij,qui non solùm de iure canonico,vt in c.tua nos.& in c.Michael.de vsur.verùm etiam de iure ciuili ex communi omnium sententia tenentur restituere in solidum:quia de iure ciuili non repetuntur per actionem ex delicto,sed per condictionem indebiti,vel sine causa: ita tenet Inn. in d.c.Michael.Ioan.And.in addi.ad Spec.in tit. de confess.§.postremò.ver. sed nunquid confessus.Feder.de Senis in consi.xj.Bal. in d.l.j.C.ne ex delict.defun.& ibi Sali.num.8. idem in Auth.ad hæc.C. de vsur. Bar.in d.l.j.nu.8.ff.de priua.delic. Anan.in c.tua nos.de vsur.

Duodecimò

12 Duodecimò fallit,de iure canonico,vt in c.parrochia.de sepult. & in c.j.in fi.ibi,omnia plenè emendêt rectores.& in c. in literis.de raptorib.& in c.episcop.vj.q.vj. Quod tamē est verum si lis fuerit contestata cum defuncto,vel quatenus ad hęredes peruenit, ex quo Abb.in ca parrochiano.de sepult.tenuit, quòd vbi testator decessit sine confessione,hæredes eius non tenentur nisi prout de iure ciuili statutum est,allegat pro sua opinione glo.in c.à nobis.el 2.in fina.verbis,in versi.hæredes quoq; & ibi gl.de senten.excom.hoc ēt voluit Ion.in d.c.parrochiano. Sed in hoc contra Abba.est communis opinio Canonistarum & Legistarum,imò ꝙ indistinctè de iure Canonico hæredes teneantur ad satisfaciendum pro delicto defuncti,dato quòd lis cum eo non fuerit cōtestata,nec aliquid ad hæredes peruenisset, & hanc opinionem tenet Bart.inter Legistas, in l.j.ff.de priua.delict.hanc conclusionem indistinctè tenet glo.fin.in c.fin.de sepul.& in c.in literis de raptor.in gl.hæredes.& gl.intrepidè hoc affirmat in c.episcopus qui filios.in glo.hæredes.in fi.xij.q. 2.& est casus ad literam in d.c.si episcopum.ibi,ab hærede eius quę iniustè ab illo ablata sunt,sine excusatione reddantur. & ibi gl.fin. affirmat dictam opinionem.idem tenet glo.in summa 24.qō 2.& in c.Ecclesia.§.item peccato.in glo.conquisita.j.quæst.4 & ibi Arch. hoc tenet, dicens omnes doctores suos hoc tenuisse. hoc etiam tenet Feder.de Sen.in consi.21.Anton.de Bur.in c.ꝙ clericis de foro compe.hanc opinionem sequitur Ias.in l.si eum.in §.qui iniuriarū. nu.5.ff.si quis caution.Rodericus Xuarez in allega.26.in 2.dubio. pro qua opinione facit tex.in d.§.item peccato.el.4.j.q.4.vbi dicit tex.quod neminem excusat ignorantia criminis , maximè quando ex eo vtilitas defertur ignoranti,veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, nō excusat eū ignorātia quin post mortem patris teneatur restituere malè acquisita: & cùm hęc opinio sit in fauorem animæ & conscientiæ,absque dubio tenenda est,vt in l.sunt personæ ff.de relig.& sumpt.funer. notant Doct.in c.in nostra.de testi.& in cap.fi.de re iud.tex.& ibi Doct.in c.fi.de præs. Manet igitur vera conclusio,quòd de iure Canonico hæredes tenentur ex delicto defuncti,dato quòd lis non esset contestata cum defuncto,nec aliquid ad eos peruenisset, non seruata distinctione Abb. Et ratio huius limitationis est vt anima defuncti à peccato valeat liberari,vt dicit tex.in d.c.in literis.in fi.ibi, condignè satisfaciant ut sic à peccato ualeat liberari, & sic solùm in hoc attenditur ut anima defuncti à peccato liberetur,secundùm Ancha. in consi.411.incipiē. et prima facie. Quam limitationem intelligo ueram quo ad interesse,damnum passo,non quo ad pœnam: ita tenet Flor.in l.inde Neratius.ff ad leg. Aquil.& sic usque ad uires hæreditarias,& non ultrà,secundum Bartol.in l.furti.C.de furt. facto inuentario uel non facto,per tex.in cap. quanquàm.de vsur.li. 6.quia omnia bona defuncti sunt obligata pro satisfactione,ut in d. ca.parrochiano.cum alijs,hanc opinionem sequitur Bertach.in tracta.

cta.de Gabel.in 4.parte prin.nume.31.Phil.Probus in addit.ad Ioan.Mona.in d.c.quanquam.nume. 15. Ex qua limitatione notabiliter infertur unum satis quotidianum, quòd si pater qui ex usuraria prauitate multa acquisiuit, assignauit dotem filiæ suæ de bonis suis, cùm bona ista transeant cum onere suo, ut in c.pastoralis.de deci.quod legitur & notatur in l. si tamen.& in l. si me & Titium.ff.si cert.peta.poterunt hi à quibus fuerunt exorta, à filia per hythecariam auocare, secundum Bald.in l.penul.C.de ser. pign.dato, manu. quam opinionem tenet notab.Pala.Ruui.in repe. rubr.de dona.§. lxv.num.23.

REGVLA XIIII.

ACTIONES contrariæ quæ electione tolluntur, nec in eodem nec in diuersis libellis admittuntur. Probatur hæc Regula in l.j.& ibi glo.C.de fur.& in l.quòd in hæredem.§ eligere.ff. de tributo. in l.cùm filius.§.variis.ff.de leg.ij.& in c.solicitudinem.el j. de appel.& in c.j.de postula.præla.lib.vj.& in c.gesta.lxxiij.dist. & in c. quemadmodum.xxiij.q.vij.cum alijs simi. adductis per gl.in d.l.j.

Limita hanc Regulam vndecim modis, vt per Marian.Socy.in c. dilecti.nu.35. vsq; ad nu.45.de libel.oblat.

REGVLA XV.

ACTIO personalis ex testamento regulariter competit pro legatis, etiam de iure Digestorum. Hanc regulam probat tex. in l. si res.ff de leg.iij.& in l.si tibi homo.in prin.ff.de lega.j. cum alijs. Quæ actio personalis causatur ab aditione hæreditatis per quā quasi contrahitur cum legatarijs & creditoribus, vt in l.apud Iulianum § fi ff.ex quibus cau.in posse.eat.& in §.hæres.insti.de obli. quæ ex quasi contract gl.in l.vnica.in §.cùm igitur.C.de cadu.toll. in verbo, cedere.

1 Amplia primò, vt ꝓcedat etiam pro legatis relictis in codicillis: nam si fiunt codicilli condito testamento, competit actio ex testamento directa: ita tenet Sali.in l.ij.in fi.post gl.ibi C.com.de lega. Ias.in l.fi.col.fi.C.de codi.pro quo videtur tex. in l.libertates directæ.ff.de manumiss.testa.vbi libertas directa dari non potest in codicillis testamento confirmatis, licet secus ab intestato: quod est verum, licet aliter teneat Niger in l.j.nu.50.ff.de leg.j. si autem codicilli fiunt sine testamento, pro legatis relictis in eis competit actio vtilis ex testamento, non directa gl.fina. & ibi Bar.in l. j.ff.de testa. & in l.ij.in verbo, personalis.C. com.de lega.

2 Secundò amplia vt procedat in legatis quæ cōseruantur per tex. in Auth ex causa C.de libe.præte.ita tenet Iaso.in l.j.nu.101.& ibi Franc.de Rip.nu.41.ff.de leg.j.per tex.in l.j.ff.de hæred.instit.nec ad hoc obstat fundamentum Ioannis de Ignei relatum per Nigrum

in d.l.j.post nu.50.quòd tunc debeat competere conditio ex lege, non actio ex testamento irritato, quia respondeo quòd respectu legatorum non censetur irritatum, imò respectu legatorum perinde est ac si hæres legitimus scriptus esset in testamento, vt in d.l.fin.in fi.ff.de hæred.insti.

3 Tertiò ampliatur vt procedat etiam in legatis quæ conseruantur de iure speciali coniunctis personis, iuxta titulum ff.de legat.præst. ita tenent Bald.& Ang.in l.j.in fi.C.de bon.possess. contra tab. Ias. in d.l.j nu 5.C.com.de lega.licet contrariam teneat idem Ias.in l.j. nu.102 ff.de lega.j.quem sequitur ibi Nig.in nu.52 col.29.versi.3. procedit.& in col.32 in fi per dictum Bar.in l.in testamen.in vlt.q. ff.de condit.& demon.vbi quando conditio habetur pro impleta de iure speciali fauore libertatis, iuxta tex.in l.si peculiū.§. is cui seruus.ff.de statulibe.non competit actio ex testamento, sed actio in factum, vel officium iudicis. Sed prædictum argumentum Ias. contra Bald.& Ange. non ob.quia arguit ex diuersis habentibus rationem diuersam & separatam: nam quando conditio habetur pro impleta de iure speciali quòd tunc legatum conseruetur, illud est cōtra verba & mentem testatoris, nimirum si non competit actio ex testamē to: secùs in legatis quæ conseruantur per titulum de legatis præstā dis, & sic illa conseruatio fit secundum voluntatem ipsius testatoris qui voluit legata præstare: hinc videmus quòd vbi habetur conditio pro impleta de iure cōmuni, quia stat per hæredem quo minùs impleatur, tunc actio competit ex testamento: quia habetur pro impleta, secundum voluntatem testatoris: ita tenet Bar. in l.in testamē to.in vlt.q.quem sequitur Ias.in d.l.j.nu.107.ff. de leg.j.

1 Limita primò vt non procedat quando conseruantur legata per titulum, si quis omissa causa testamenti.& hęrede repudiante ex testamento in fraudem legatariorum, & adeunte ab intestato: nam cessat actio ex testamento & competit actio in factum prætoria: ita Bart.in l.si pecuniam.ff.si quis omis.cau.testa.per illum tex. quem sequitur Ias.in d.l.j.num.108. & in l.si hæredis seruus. in ij.notab. ff.de legat.j.

2 Secundò limita & intellige hanc Regu.vt hodie cōpetat via executiua pro legato relicto in testamento: ista est gloss.notab. quam ibi sequitur Ange.nu.57.in Authen.de hæred. & falci.in §.illud. in verbo, decreto.colla.j.quam opinionem sequitur Ale.in l.fi.nu.3.& ibi Ias.nu.6 C.de edict.diui Adria.toll.idem Iaso.in l. pactum inter hæredē.nu.7.ff.de pact. Segura in l si ex legati cau.nu 66.ff. de ver. oblig.& hanc opinionē tenet etiam Rodericus Xuarez. in l.post rē iudicatam.fo.123.col.ij. in fin.versi.6.casus.nu.1.cum seq.ff. de re iud.licet Alexan. sibimet contrarius teneat contrariam opinionem in l.si cum dotem.in §.eo autem tempore.nu.6.ff.solu.matr.& in l. ait prætor.in §.j.nu.5.ff.de re iudi. quem sequitur Phi.Deci.in d.l. fi.nu.16 C.de edict.diui Adria.tollen.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Ias.in d.l.j.nu.4. C.cō munia.

munia.de lega.& in d.l.j.nu.110.ff.de lega.j.& ibi Francis.de R ip. nu 47.cum seq.Niger nu.47. quas referre non laboro cum facilè in ueniri possint. Effectus autem vtrum actio competat ex testamento vel in factum, ponit Ias.in locis suprà allegatis.

REGVLA XVI.

ACTIO ex pacto nudo in ligis & treugis bene oritur, & ideo omnis pœna in tali pacto apposita est efficax ad agendum cùm sit inducta ad non delinquendum, vt in l.non impossibile ff.de pact. & quia pacta publica non egent fomento verborum, vt in l. conuentionum.ff.de pact.ita tenet Bal.in c.j.nu.11.de pact. quem sequitur Ias.in l.iuris gentiũ.in §.sed cùm nulla.nu.23.ff.de pac.& in l.lecta. nu.12.ff.si cert.peta.facit tex.in c.noli existimare.xxiij.q.ij. & in l. fidem rumpens.C.de infam.

1 Amplia primò vt etiam talia pacta per successorem reuocari non possint: ita tenet Alber.in l.conuentionum.ff.de pact. & in l.digna vox.C.de legib.

2 Amplia secundò vt etiam Papa possit compellere principes ad seruandam pacem inter eos contractam,vt in cap.nouit.de iudi. ita concludit Marti.Laud.in tract.de confœderatione princ. notab.29. incipien. Papa potest.

3 Tertiò amplia vt non solùm procedat in pactis pacis, sed etiã in pactis treugę: ita notabiliter tenet Corne. post alios doct. per eum allegatos.in j.parte consi.clxxv.incip.præsens consultatio. Deci.in consi.531.inci.accurate diligenter.

4 Quartò amplia si durante tempore treugæ aduersarius frangeret mihi fidem: quia tibi propter hoc non debeo frangere ita tenet Anto.de But.in c.peruenit.el.ij.de iureiu.nu.4.Mart.Lauden.in tract. de confœd.princ.notab.xvj.incip.in treugis.

1 Limita primò vt non procedat, quando alter ex contrahentibus efficeretur bannitus,quia tunc non esset sibi seruanda fides: ita tenet Paris de Puteo in tract.de re mili.libro.9.c.19.& hoc intelligo quando efficeretur bannitus post datam fidem: secus si tempore pacti erat iam bannitus: ita tenet Albe.in d l.conuentionum.ff.de pactis.vbi se remittit ad ea quæ dixit in l præsenti.C.de his qui ad ecclesi. confug.

2 Secundò limita vt non procedat quando fides rumperetur ex noua causa,ita tenent Bar.& Ange.per tex.ibi in l.aut facta.in §. causas.ff.de pœn.cum simil.quos sequitur Cor.in j.volu.consi.clj.& 4. volu.consi.ccxlviij.

3 Tertiò limita vt non procedat quando pactum esset resolutiuum pacis vel treugæ: & ideò vt si in contractu pacis apponatur pactũ ꝙ liceat alteri fœdera pacis rumpere,tale pactum non valet: ita tenet Bal.in Auth. sacramenta puberum.nu.2.C.si aduer.vend.quem sequitur Corses.in d.tract.de priui.pacis,priuile.xcvij.

4 Quartò

4 Quartò limita vt non procedat in fide data hosti per priuatum, quia illa non est seruanda: secùs in fide data per Capitaneos & Duces belli: ita tenet Corne.in d.consi 175.pro quo facit id quod tenet Mart.Laud.in tract.de confœde.prim.notab.49. vbi dicit ꝙ hosti publica fides seruanda est,licet priuata fides seruata non sit.allega.Bal.in l.pacisci.ff.de pact.

REGVLA XVII.

Actio pœnalis sublata durat hypothecaria. Hanc Regulam ponit tex.in l.intelligere.C.de luitio pigno.

1 Ampliatur primò vt etiam procedat in præscriptione:quia sublata personali per præscriptionem triginta annorum, iuxta l.sicut.C. de præscri.xxx.vel xl.anno.hypothecaria quæ aliquando durat longiori tempore, durabit adhuc donec durat eius vita:iste est tex. & ibi glo.in iij.exemplo,quam ibi sequuntur Bal.& Salyc. in d.l.intelligere.Pau.de Ca.in l.eos qui. nu.2.C.de vsu.

2 Secundò amplia vt procedat si personalis esset sublata confusione, scilicet si creditor successisset debitori, & esset grauatus per fideicōmissum de restituenda hæreditate alteri: quo casu actio personalis esset confusa per aditionem, vt in l.debitori.C. de pact. tamen tunc hypothecaria remanet, vt in l.debitor.ff.ad Trebelleia.& notat Ale.in d.l.debitori.& est tex.& ibi gl.in l.ex sextante.§. Latinus.ff.de excep.rei iudi.gl & Bal.& Sali.in d.l.intelligere.

3 Tertiò amplia vt procedat etiam sublata obligatiōe fideiussoria: quia durat etiam hypothecaria, vt fideiussor qui pro me intercessit, & dedit etiam pignora meo creditori, instituit me hæredem: nam dum ego succedo meo fideiussori,extinguitur dicta obligatio fideiussoria: ita ꝙ creditor meus non poterit me hæredem fideiussoris mei conuenire obligatione fideiussoria,cum illa sit sublata per con fusionē, sed obligatio hypothecaria qua res data est pignori à meo fideiussore adhuc durat,& creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam rem,vt est tex.in l.cùm quis.§.fi.& ibi hoc declarat Bar.ff.de solu.Ratio est,quia obligatio fideiussoria nec à principio nec ex postfacto stare non potest sine principali,ita notatur in l.si hæres pecuniam.ff.ad Trebell.sed hypothecaria potest stare sine principali ex post facto,licet non à principio, vt in l. non intelligere.C.de luitio.pig. & ita tenet Pau.de Ca.in l.fi.C.de fi. instru.

1 Fallit primò quando sententia absolutoria lata est in fauorē debitoris contra creditorem,quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria,vt in l.deferente.ij.responso.ff.quib.mod.pign. vel hypot.solui.

2 Secundò fallit si creditor deferat iuramentum, & debitor iurat se non esse debitorem : quia tunc non solùm non tollitur obligatio principalis,sed etiam hypothecaria : vt in d.l.deferente.& in l.soluitur.§.fi.ff.quib.mo.pig.vel hypo.solui.

3 Tertiò

3 Tertiò fallit quando principalis actio seu obligatio tollitur per pactum seu conuentionem, quia tunc intelligitur etiam sublata hypothecaria vna cum ea, vt in l.soluitur.in prin. & in §.j.ff. qui.mo. pig.vel hypo.sol.& in l.cùm soluendæ.ff.de distr.pign.

4 Quartò fallit si debitū solutum fuit creditori, vel etiam creditori creditoris, vel alio modo satisfactū de voluntate creditoris, vel si ad tempus fuit obligatum certum pignus, vel sub aliqua conditione quæ postea non fuit verificata, nec euenit: istis enim casibus sicut tollitur obligatio principalis, ita hypothecaria, vt est tex. iuncta gl. in l.item liberatur.in princ.ff.quib.mod.pig.vel hypot.sol.habetur per gl.& Sali.in d.l.intelligere.

REGVLA XVIII.

Actio extinguitur si creditor succedat debitori, ita probat text. in l.debitori.& ibi gl ij.allegat concordantes.C.de pact.& in l.Mucianæ.in fi.ff.de condi.& demonst. Ratio huius Regulæ secundum Bart.in d.l.debitori.in ij.opposi.sumitur à cōtrarietate: quia in eadem persona actiua & passiua obligatio esse nō potest, quòd clariùs explicat in l.si vxor.C.de bon.autho.iudi.possid.

1 Amplia primò non solùm habere etiā in hærede, verùm etiam in fideicommissario vniuersali, ita Bal.in d.l.debitori.nu.4.& facit, Nā fideicommissarius talis ad actiōes passiuas tenetur, vt in l.j.in princip.ff.ad Trebel.ergo in eo militat ratio supradicta, & sic idem ius, in c.translato.de constit.

2 Secundò amplia in fisco hærede, vt in l.Vranius.ff.de fideiusso.

3 Tertiò ampliatur vt nedum actio sed & obligatio, non tantùm ciuilis sed & naturalis extinguatur aditione hæreditatis, ita concludunt Doct.in d.l.debitori. & probatur in l.debitor.ff. ad Trebellia. quia cùm ibi sit speciale, ergo in contrarium est ius commune, vt in l.ius singulare.ff.de legib.

4 Quartò ampliatur vt nedū ope exceptionis, sed etiam ipso iuri sit actio extincta, ita Bar.in d.l.debitori.ver. ad primum.quod est vt le propter ea quæ habētur in l.eū qui ita. in §.qui ita.ff.de ver.obl.

5 Quintò ampliatur vt econtrà procedat si debitor succedit creditori: ita tenet gl.in d.l.debitori.probatur etiam in l. Stichum.§.aditio.ff.de solutio.facit, quia creditor & debitor sunt correlatiua: ergo dispositum in vno, in alio dispositum videtur, vt in l.fi.de acceptila. & ita tenet Bal.in Rub.C.de reb.credi.

1 Limita primò non procedere quando creditor fuit hæres pro parte: quia tunc pro ea parte tantum confunditur actio, vt in l.licet. C.ad l.fal.& in l.si ab eo.C.de nego.gest.facit, quia hæres non tenetur seruare factum defuncti, nisi pro ea parte pro qua est hæres, vt in l.cùm à matre.C.de rei vendica. Ratio horum est, quia licet hæres & defunctus dicantur vna & eadem persona, vt in Auth.de iureiur.à morien.præst.in §.j.coll.v. istud est verum pro ea parte pro qua est

hæres,& non vltra:vt est gl.fi.in l.2.C.de hæredi.actio.

2 Secundò fallit quando hæres fecisset inuentarium,vt tenet glo.2. in d.l.debitori.quam Bal.ibi sequitur. nu.2.& in aliis locis adductis per Alex.ibi,col.3.vult vnim glo.illa quòd facto inuentario per creditorem hæredem debitoris effectum, durat actio & non confunditur:& illam glo.sequitur Paul.de Castr.ibi, col.1.mouetur gloss.per tex.in l.fi.§.& ipse.C.de iure delib. & ita gloss.intelligit ibi Bartol. quamuis cum ea non teneat.

3 Tertiò fallit quando essemus in actione reali,quæ non confunditur,ita Bald.vbi adducit rationē prædictæ limitationis in d.l.si vxor. quem sequuntur Alex.& Soci.in d.l.debitori.num.3.

4 Quartò prædicta Regula habet locū in creditore succedente effectualiter,qui additur:ita probat text.cum concord.in d.l.debitori.quæ aditionem considerant & actiones tunc competentes extinguuntur: secus in eis quæ posteà nascuntur, & si ex causa hæreditaria, quia qualitas adiecta verbo,intelligitur ſm tempus verbi: vt in l.in delictis.in §.extraneus.ff de noxal.& ita declarat Aret.in consi.148.

REGVLA XIX.

ACTIO oritur ex pacto nudo donationis:vt in l.si quis argentum.in §.sin autem.C.de dona.Fortu.Garcia latissimè in l.legitima. nu.6.ff.de pact.Soci.in consi.53.vol.4.col.3.incipi. viso instrumēto.

1 Amplia primò vt procedat in donatione remuneratoria:ita Ioan. de Imo.& Rom.in l.in ædibus.§.1.ff de donat.& in l.iuris gentium. §.quinimo.nu.19.ff.de pact. vbi post alios per eum allegatos tenet contrarium.mouetur,quia tex.in d.l.si quis argentum.est correctorius,& ideò strictè interpretandus sed opinio Imo. & Rom.videtur mihi verior:nam ille qui habet rem ex donatione propter benemerita,non dicitur illam habere ex titulo lucratiuo, sed potius ex oneroso:vt in l.sed si lege.in §.consuluit.ff.de peti.hęredit.ita tenet Panor in c.cùm ecclesia.nu.4.de Simo.sed absurdum est melioris conditionis esse illum qui habet rem ex titulo lucratiuo, quàm qui habet titulum onerosum:iuxta gl.in §.item si quis.in verbo,in fraudē. Instit.de actio.cogita tamen circa hoc: sed verior & tutior videtur mihi opinio Imol.& Rom.quam ante eos tenuit Alb.in l.ambitiosa. in prin.ff.de decre.ab ord.faciend.

2 Secundò amplia vt procedat in donatione causa mortis, secundū glo.in l.cùm pater.in §.Mæuio.in verbo, donabat.ff.de lega.2.quæ ab omnibus approbatur,secundum Corn. in consi.ccxxvii.1.colū. versi donatio causa mortis.volu.iiii.Roma. in singul. cccccxxii.Tiraquel.in legibus connubial.in gl.3.num.75.Iaso.in §.in personam. nu.71.Instit.de actio.

3 Amplia tertiò in pacto nudo donationis ob causam: ita Ioan.Faber in §.aliæ.Instit.de action.

4 Amplia quartò,quòd non solùm procedat in fauorem donatarii, sed etiam in fauorem donatoris: ita concludit Rip. in l.fin. q.xxx. C.de reuocand. dona.

Amplia

5 Amplia quintò, vt procedat in pacto nudo donationis propter nuptias: ita Cyn. & Bal. in Authen. eo decursum. C. de donat. ante nupt. quos sequitur Ioan. Bapti. Caccialupus in tracta. de pact. q. 13.

6 Amplia sextò quòd in tantum procedat. quòd etiam donatio hodie est contractus nominatus, secundum glo. in l. in ædibus. in §. è rebus. ff. de dona. ita conludit Rip. in d. l. fi. q. xxxv.

7 Septimò amplia vt non solùm procedat, quando datio vel traditio interueniret in pacto, sed etiam si in illo pacto nudo donationis factum promittatur: ita tenet Alex. in l. iuris gentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. reprobata opinione Bart. quæ contrarium tenet in l. si vnus. in §. pactus ne peteret. nume. 12. ff. de pact. de quo vide Fortu. Garciam in c. 1. nu. 38. de pact.

8 Octauò amplia etiam si donatio sit mista cum cõstituto: exẽplum potest poni quando debens centũ scienter constitueret ducenta: nã respectu centum priùs debitorum erit constitutum, & respectu aliorum cẽtum erit donatio, quæ etiam nudo pacto producit actionem: gloss. & Bar. in l. hactenus. §. si quis centum. ff. de constit. pecu.

1 Limita primò vt non procedat in pacto de donando: quia tale pactum non produceret actionem, cùm aliud sit donatio aliud pactũ de donando: ita tenet Sali. in l. 2. ff. de condi. ob cau. Imo. in l. in ædibus. in §. 1. col. 1. ff. de dona. Alex. in l. iuris gentium. col. pen. ff. de pact. Galiaula in Rubr. ff. de verb. obl. in 4. q. Aret. in consi. 28. Mathes. in notab. xlvi. Purpura. in l. 1. nu. 65. ff. de iurisd. omn. iudic. quæ limitatio est tenenda, quanuis Fortu. Garcia in l. legitima. in 2. colũ. & in l. iurisgentium. nu. 31. ff. de pact. tenuerit contrarium.

2 Secundò limita vt non procedat in pacto nudo donationis præsumptæ: ita tenet Barto. in l. iuris gentium. in §. quinimò. ff. de pact. Alex. in l. si aliquam rem. vbi Clau. de Seysello nu. 5 dicit istam esse communem opin. ff. de acquir. poss. Soci. in cõsi. 44. circa finem. vol. 4. Iacob. de Nigris videtur etiam tenere hanc opin. in l. 1. in 3. fundamento 4. limitationis, ad Regulam, ꝙ dominium rei legatæ transit recta via in legatarium. ff. de leg. 1. Paul. de Monte Pico in repet. l. in quartam. col. xxxi. ff. ad legem Falcid. quam limitationem declarat vt procedat de iure Ciuili, non autem de iure canonico: ita idem Galiaula, licet sub dubio firmat, in d. Rub. ff. de verbo. obli. quod audaciùs ante eum tenuit Corn. in consi. 228. vol. 3. nu. 15.

3 Tertiò limita vt non procedat in casu posito à Mathe. vt in sing. 27. incip. nota quòd si promitto.

REGVLA XX.

ACTOR tenetur ædere reo instrumenta ad exceptionem fundãdam. Hanc Regulam ponit Bar. in l. & quia diuo. nu. 1. in 1. lect. C. de æden. per tex. in l. non est nouum. & in l. iustum. eo. titu. quem sequitur Alex. ibi. Hanc Regulam dicit esse communem & latissimè eam examinat Franc. Purpur. in d. l. & quia diuo. vbi eam quadrupliciter limitat, à nu. 8. vsque ad num. 16.

REGVLA XXI.

ACTOR tenetur ſequi forum rei:ita probat text. in l.iuris ordinem.C.de iuriſd.om.iud.in l.in criminali.eod.titu.in l.fi.vbi in rem actio.de iure Cano.tex.in c.cùm ſit generale.de foro compe.& in c. ſi clericus laicum.eo.ti.facit etiam tex.in l.iij.in princ.ff.de alie.iud. mut.cau.facti.ibi,quia ſi cum eo qui alterius prouinciæ eſt experiar, in illius prouincia experiri debeo.

Hanc regulã limitat octo modis Barth.Soc.in reg.x.vndecim modis limitat Maria.Soc.in d.c.cùm ſit generale.à nu.8. vſq; ad nu.18. de iure noſtro Regio limitat hęc reg.14.modis, vt in l.xxxij.titu.2. par.3.& in l.4.tit.3 ead.par.& in fi.Bartho.Soci.ponit mirabilẽ cautelam per quam ferè nunquàm actor ſequeretur forum rei.

Amplia hanc reg.vltra eos duobus modis,vt per Alex.Loſęum in d.l.iuris ordinem.in nu.8. vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiam quinquaginta & duobus modis,vt per Specu.in tit. de compe.iudi.adit.in §.generaliter.nu.1. cum ſeq.

REGVLA XXII.

ACTORE non probante reus debet abſolui:ita probat tex.in l.q̃ accuſare.C.de ædẽ. De iure Regio tex.in l.cccix.tit.2 par.3.& in l.j. ti.vj.li.j.fori:etiam ſi reus nihil pręſtet probationis vel defenſionis.

Hanc reg.ampliat 2.modis & limitat quindecim modis Hyppol. de Marſil.in l.de minore. in §.tormenta.ff.de quæſtio. vltra quas limitationes,vide alias per Fran.Purpur.in d.l.qui accuſare.à num.8. vſque ad finem.vbi notabiliter declarat materiam huius regulæ.

REGVLA XXIII.

ATTESTATIONES teſtium licet ſint inualidæ, de conſenſu tamen partium conualidari poſſunt. Hanc regulam ponit Bald.per text.ibi in l.fin.nu.1.C.de teſti.gloſſ.in c.cùm cauſam quę inter Archiepiſcopum.eod.titu.de teſti.

1 Limita primò niſi teſtes fuiſſent recepti ante litem conteſtatam, & ſic in caſu non permiſſo: quia regulariter nõ poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata,vt per totũ,vt lite non conteſtata. nam tunc tales atteſtationes inualidę non poſſunt conualidari de conſenſu partium:ita concludit Bald.in l.1.ff.de feri.& in Auth. ſi quis in aliquo. C.de æden. Ratio ſupradic. limitationis eſt, quia litis conteſtatio & ſimiles actus qui ſunt de ſubſtantialibus iudicii, non poſſunt tolli cõ ſenſu partium:ita notabiliter concludit gloſſ. in c.de cauſis.de offic. deleg.& ſic iſte defectus non poteſt ſuppleri conſenſu partium:aliàs autem ſecus,ſcilicet ſi teſtes non iurati depoſuiſſent:nam tunc licet eorum dicta ſint inualida, poſſunt tamen conualidari partium conſenſu:& ita debet intelligi gloſſ.in d.c.cùm cauſa.

Secundò limita, in dictis testiũ qui corrupti deposuissent, nõ possunt conualidari consensu partium: ita concludit Bar. in Auth. atqui semel. C. de prob. vbi etiam dicit ꝙ illud quod solemus dicere quòd publicatis attestationibus non sunt alii testes recipiendi super eisdẽ articulis, debet intelligi & limitari nisi interueniat consensus partium: ita tenet Abb. in c. fraternitatis. de testi. quod dicit communiter teneri Paul. Pari. in d. c. fraternitatis. nume. 53.

Tertiò limita si attestationes essent nullę eò quia receptę per iudicem incompetentem non possunt conualidari cõsensu partiũ, per id quod habetur in toto ti. C. si à non compe. iudi. & in c. at si clerici. de iudi. Quod verum puto, nisi sua iurisdictio possit prorogari consensu partium, per id quòd habetur in l. 2. ff. de iudi. & in l. si qui ex consensu. C. de episco. audien. tractat notabiliter Ias. in l. j. §. & post operis. nu. 11. cum aliis, ff. de noui ope. nuntia.

REGVLA XXIIII.

ACTVS & dispositio verificantur in prima vice: ita probat text: in l. boues. in §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. hanc Regulam ponit Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. dotis la. 2. ff. de iur. do. hanc Regulam limitat quatuor modis Socin. in reg. 13. in posterioribus duobus modis per D. Bernardum de Luc. in regu. cccccccxiiij.

Amplia pluribus modis & limita septem modis, vt per Feli. in c. innouamus. de treu. & pace. nu. 3. cum seq. alias limitationes ad hanc Regulam vide per Paulum Pari in consi. 14. nume. 14. in 4. volu. per Carol. Ruin. in consi. 62. num. 7. volu. 3. & per Ias. in l. duobus. in §. ei qui. nume. 2. & 19. & 20. ff. de iureiur. & in l. diuortio. in §. quòd in anno. num. 12. ff. solu. matri.

REGVLA XXV.

ACTVS intermedius vitiat stipulationem. Hanc Regulam probat tex. in l. continuus. ff. de verb. oblig.

Limita hanc regulam quatuor modis vt per Rip. in l. stipulatio ista. §. qui pręsens. nume. 17. ff. de verbo. oblig.

REGVLA XXVI.

ACTVS nullus executioni mandatur, licet nullus remaneat. Hanc Regulam ponit Pręposi. vbi etiam quadrupliciter limitat, in c. dilecto. num. 85. de appella.

REGVLA XXVII.

ACCVSANS aliquem tenetur se inscribere ad pœnam talionis. Probatur hęc Regula in l. fi. C. de accusat. & in Auth. sed nouo iure.

C.de adul.per totum.C.& ff.ad Turpil.& de calumniat.De iure Canonico probatur in c.j.& ij.2.q.3.& in c.j.ij.& iij.& iiij.v.q.vj.in c. qui crimen.2.q.8. De iure Regio probatur in l.v.& vij.titu.xx.lib. 4.fori.& in l.xix.& xxvj.tit.j.Par.vij.& in l.xcij.ſtyli.& ita concludit Iaſ.in l.tranſigere.nu.3.C.de tranſa.& in conſi.ij.nu.11.volum.j. Alex.in conſ.xj.num.7.volum.1.hanc dicit communem opinionem Matthæus de Afflictis in conſti.Neapo.lib.1.rub.xiiij.num.49.& in eod.lib.rub.xxj.nume.5. Et dicitur ille calumniator qui falſa crimina ſcienter proponit,vt probat tex.in c.ſi quem.in §.notandum. 2.q.3.& in l.j.in §.calumniari.ff.ad Turpilia. ita concludit Felin. & Ioan.de Imo.nu.1.rubri.de calum.& ibi doc.Bart.in d.l.j.ff.ad Turpilia.Bernar.de Luco in pract.c.lix.& ſic proprie dicitur quis calumniari quando ex certa ſcientia iniuſtè agit vel reſiſtit:ita tenet Iacobus Spiegel in ſuo Lexico iuris,in verbo,calumnia. Alcia.in l.ſi calumnientur.ff.de verbo.ſignifi.Et iſta pœna talionis fuit in l. veteri conſtituta,vt apparet.Exod xxj.cap.Deuter.xix.poſteà fuit tranſlata ad ll.xij.tabularum,vt patet in tit.xj.de iniuriis. teſte ibi Spiegel. & Io.Oldendor.num.4. & ſic conſtat legiſlatores diligenter legiſſe tabulas Hebræorum: poſtea tamen fuit reuocata prætorii iuris clementia,vt teſtatur Aulus Gellius libr.xix. Noctium Atticarum:vbi aſſignat duas rationes,ſcilicet incommoditatem legis, & rependendæ pœnæ,id eſt,retaliandæ difficultatem : de qua pœna meminit Diuus Auguſtin.in cap.penul.xiiij.quæſt.j. ſed de iure Canonico & Ciuili vt ſuprà patet,fuit introducta.

Quam Regulam limita quatuor modis, vt per gloſſ.in l.iij.C.qui accuſar.non poſſ.in verbo,pagina. quas ampliori ſtylo ſequutus eſt Hoſtien.in c.ſuper his.de accuſ. Lucas de Penna ponit alias limitationes ad hanc Regulam in rub.C.de dela.lib.x. Et melius quàm alibi limitat hanc Regulam xviij.modis,vbi latiſſimè proſequutus eſt hanc materiam,Ioan.Igneus in l.fideicommiſſum.nu.119. vſque ad num.163.ff.ad ſenatuſcon.Syllani. Eſt tamen notandum quòd de conſuetudine practica Regula non ſeruatur, & ſic valet conſuetudo per quam pœna talionis eſt ſublata:ita tenet Bart.in l.ſi cui.ff.de accuſ.quem ſequuntur Ang.& Salic.in Auth.ſed nouo iure.C.de adul. Hippol.in pract.cri.§.ſequens.nu.21.Lancel.Dec.in l.tranſigere.C. de tranſa.Phil.Deci.eius frater in l.ſi fugitiui. nu.22. C.de ſer.fugi. Nicolaus Belon in conſi.xliij.nu.12.Felin.in c.ſuper his.nume.5.de accuſ.Alciat.in libr.viij.parergon.c.viij. Ratio eſt, ne propter antiquum rigorem accuſatores retrahantur ab accuſando , & ſic delicta remanerent impunita,contra text.in l.ita vulneratus. § pen.ff.ad l. Aquil.in c.vt famæ.de ſente. excom. & hanc opinionem firmat eſſe veram Matth.de Afflic in conſti.Neapol.lib.j. rub lj.nu.1.& in libr. ij.rub.xiij.num.5. Quod tamen in teſtibus non habet locum , ſed procedit noſtra Regula:ita probat text.in l.j.in §.prætereà. ff.de ſicar.vbi probatur quòd falſus teſtis in cauſa homicidii punitur tanquam homicida , ſi dolo malo deponat : & ita per illum text.tenet

Bald.

Bald.in c.1.in §.iniuria.de pace iur.fir.in Vsi.feu. & in l.2.C.de reb. credi. Corset.in sing.inci.testis.el.12.Ias.in l.& si.ll.nu.5 C.si contra ius vel vtili.publi.& in l.si duo patroni.§.fi.nu. 5. ff.de iureiur.in §. item si quis postulante.num.64.Insti.de actio.Bartho. Chass.in con sue.Burgund.rub.1.in tit. *des iustices*. fol.14 col.3.nu.15.pro quo est gloss.in c.rex debet furta.xxiii.q.v.probatur de iure nostro regio in l.xxvi.titu.xi.par.3.& in l.83.Tauri.

REGVLA XXVIII.

Accvsatio facta de crimine,vel inquisitio,tanquam commisso certo tempore vel loco,si probetur de alio tempore vel loco,debet sequi absolutio. Hæc Regula probatur in l denunciasse.in §. quid tamen.ff.de adult.ponitur per doc.in l.si per alium.in § docere.ff.ne quis eum qui in ius vocat. est vi exi. Iaso. in l. interpositas. C.de trans.Floria.in l.si cui.ff.quemadmo seruit. amittan. Angelus in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infami.Canon.in cap.licet causam.de probationibus.

1 Limita primò quando locus vel tempus non esset variabile : quia esset impossibile quòd sit nisi vnum:quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam : ita tenet Ange.de Perus.in d.§.quid tamen.nu.4.

2 Secundò fallit quando inquisitus esset confessus delictum : ita tenet Angel.in l.si vacantia.col.33.versi.quæro si inquisitus. C.de bonis vacan.lib.x.de quo vide Bald.qui videtur aliter dicere in l.quoniam.in fi.ff.de his qui not.infa.

3 Tertiò limita quando in inquisitione esset clausula quæ communiter solet opponi, videlicet super quibus omnibus & singulis procedere intendit simul & diuisim,& omni meliori modo quo potest : ita tenet Bal.in l.& si seuerior.C.de his qui not.infa.Flor. in l.in delictis.in §.si detracta.in fi.ff de noxa.Ange.Aret.in tracta.maleficio.in parte,super quibus omnibus & singulis. num.4.

REGVLA XXIX.

Accvsatvs non potest recusare accusatorem suum post nomen rei receptum inter reos. Probatur hæc Reg. in l.is qui reus. ff.de pub.iud.in l.neganda.C qui accusa.non poss.in c.neganda.3.q. 3.de iure Regio.tex in l.4.titu.1.par.6.

Limita hanc Regulam decem modis.vt per Maria.Soci.in c.ex literis.à nu.69.vsque ad num.79.de mutuis petitio. vbi in nu.65.ponit quando dicatur nomen rei receptum inter reos.

REGVLA XXX.

Ad cõpromissum faciendũ iudex partes litigantes cogere nõ potest.

testamẽ.ita probat gloss.& ibi Bartol. in l.furt.in §.qui ius.ff.de his qui not.infa.tex.in §.fi.& ibi Ang.in Auth.vt litigantes iurent.colla.8.in c.fi.& ibi Bal.in 3.col.de rescri.Bart.in l. congruit.ff.de offi. Præsi Bal.in procœ.Decreta.nu.28.gl.ibi.doc.in l.j.in §. & post operis.ff.de noui ope.nuntia. quod etiam hodie est decisum, ut etiam inter consanguineos non habeat locum in pragma.25. de Segouia, anni 1534.

Hanc Regulam limita tribus modis, vt per Ias.in l.quidam existimauerunt.nu.4.ff.si cer.pet.quas limitationes posuit Iacobi. de sancto Georgio in l.si verò.nu.2.C.de iudic. Septem limitationes ad hanc Regulam posuit Feli.in rub.de treug. & pace. vbi notabiliter tractat materiam:quam regulam latius explicabimus infra, in Regu. incip. Affines.

REGVLA XXXI.

AD ministratores seu officiales,vt sunt tutores,curatores, & similes,non possunt emere res illorum seu bona,cuius vel quorum administrant. Facit & probat tex.in l.si in emptione.§.fi.ff.de contrahẽ.emptio.vbi dicit tex.quòd tutor non potest emere rem pupi. gl.in l.cùm ipse.C.eo.titu.ibi,cum dicit,habet locum hæc in omni officio publico uel priuato.& si isti contrahunt puniuntur, vt in l. non licet ff. eo.tit.vbi tex.dicit quòd amittunt rem,& condemnantur in quadruplum.facit etiam tex.in l.qui officij.ff.de contra.empt.& in l.j.& ibi doc.C.de contrac iudi.in l.plebiscito.ff.de offi.præsi.notatur in l.aufertur.in §.j.ff.de iure fisci.Hæc Regula probatur in tutoribus & curatoribus in l.j.tit.v.li.v.ordina & in l.14.titu.vlti.lib. 8.ordina.& in l.4.titu.5.Par.5.hanc Regulam ponit.Soci. in Regu. 278.vbi eam limitat septem modis.

Et quia Socinus tantummodo ponit regulam in officialibus administrantibus iustitiam,diuidam eam in duas partes.In prima parte ponam vltra eum Fallentias alias in istis officialibus qui iustitiam administrant. In secunda parte quid in curatoribus & tutoribus:quæ est magis necessaria.

1 Primò fallit vltra Socinum supradicta Regula,nisi officialis emit rem quæ fuit patris vel antecessoris sui.ita probatur in d.l.qui officij.& in l.milites.ff. de re milita. ff. de re milita. & notatur in d.l. principalibus.maxime per Roma.Ratio est,qua nihil proprium est filio quàm patris successio:vt in Authen.quibus mod.natu. effician. legit.in §.igitur.colla.vj.

2 Secundò fallit nisi contractus confirmetur silentio 30.annorum, ita concludit Azo in Summa.C.de contracti.iudi.quã sequitur Mathæus de Afflic.in c.j.§.si verò.nu.18.de feud.Guar. atque Castal. in Vsib.feud.

3 Tertiò fallit nisi officialis emat finitio officio,& sic tempore syndicatus.vt in d.l.C.de contract.iudi.& not.gl.in d.l.qui officij.& ita tenet Ias.in d.l.principalibus.nu.4.

Quartò

4 Quartò fallit vt non procedat d. regula in vlt. uoluntate & ideo officialis durãte officio potest hæres institui,& sibi fieri legatum,vt in l.nõ dubiũ.in prin.ver.potestate.C.de testa.& ibi Bar.& doct.quã opinionem sequitur Ias.in l.principalibus nu.2.in fi.ff.si cer peta.

5 Quintò fallit in officiali qui caperet donationem remunerationis causa,durante officio,vt in l.Aquilius Regulus.vbi Bar.in 3.oppo.nu.1.ff.de donatio.

6 Sextò fallit in officiali recipienti pignus:ita tenet Bar.in l.in quorum.ff.de pigno.contra gl.ibi.quam doctrinam Bar.sequitur Berta. in tract.de Gabellis.in 3.parte prin.nu.10.Ias.in d.l.principalibus. nu.3.Fran.Are.in l.Gallus.in §.& quid sit tantum.nu.19.ff.de libe. & posthu.

Secunda cõclusio huius regulæ,scilicet quòd tutores nõ possunt emere rem pupilli:& sic in consequentiam ꝙ non valet donatio vel alia dispositio a minore facta ad vtilitatem tutoris, vel curatoris, seu alterius administratoris,vt probat iura supra alleg. Cuius Regulæ ratio est, quia tutores in hoc casu autoritatem pupillis præbere debent,& tanquam in re sua non possunt:vt in l.j ff. de autho.tut. quia tutor datus est pupillo vt eum tueatur, non vt eum spoliet,vt in l.j.ff.de tut.& in §.tutores.Inst.eod.titu. Secunda ratio est propter metum & reuerentiam quam pupilli habent tempore tutelæ, ob ius tutelæ ipsius vel administrationis, iste metus & reuerentia sufficit ad rescissionem contractus:tex.est iuncta gl.in l.j.§.quæ oneranda.in verbo metu.ff.quar.rer. actio non dat. Tertia ratio est, quia aliàs tutores & alii administratores suos pupillos, & hos regerent spoliarent,ita dicit Alberi.in l.j.ff. de tutel. facit tex.in l.j.ff. de dona.inter virum & vxo. Quarta ratio est ut sit supradicta regula introducta in fauorẽ minorũ,ne decipiantur,ut in l.j.ff.de mino.

2 Quam Regulam amplia. Primò vt procedat etiam si pupillus sit hæres institutus & grauatus restituere hęreditatem tutori, non potest ipsi tutori restituere prædictam hæreditatem sine iudicis authoritate:quia non potest esse author in re sua,vt in l.j.in §.fuit quæsitum.ff. ad Trebel. cùm pędicta restitutio sit ad utilitatem tutoris cũ in eum transeant actiones:vt in d.l.j.& per totum, Instit.de fideico.hæred.ita tenent doct.in l.singularia.ff. si certum peta.ita cõcludit Nicol.Bello.in lib.3.supputa.c.14.& 15.

2 Secundò amplia vt in tantum procedat quòd etiam non valet acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillum, seu alteri administratori durante tutela,neque etiam quidem statim finita tutela: sed ex longo interuallo secus,quia tunc cessat ratio huius regulæ,arg.l. si ventri.in fi ff.de priuil. credit.& in l.j.in §.quæ oneranda. ibi,in summa si incontinenti impositum sit quid liberto,quod oneret eius libertatem,dicẽdum est exceptioni locum fore.ff.quar. rerum actio non datur. Sed ex interuallo post redditas rationes & reliqua, cùm nemo videatur eum cogere,vt promittat,tum bene potest,quia qualitas iuncta verbo,debet intelligi secundum tempus verbi,vt in l.in

deli-

delictis.in §.j.ff.de noxa.& ne officium sit alicui damnosum,vt in l. si quis.ff. si quis omissa cau.testamen.posset tamen minor læsus postea restitui per l.j.ff de mino.

3 Tertiò amplia vt etiam habeat locum in contractu donationis, quæ donatio tutori per pupillum fieri non potest : quod non solùm est verum in donatione immobilium,verùm etiam mobilium, vt in l.si ita.ff.de fideius.& in l.bonorum ff.de verb. sign.quod etiam intelligo non solùm habere locum in tutoribus vel curatoribus,sed etiam in aliis:etiam si ipsos tutores vel curatores nihil tangat,nõ valet supradicta donatio:vt in l.tutor ad vtilitatẽ.ff.de admi.tuto.& in l.fin.C.si maior factus.imò etiã si tutor in hoc casu pupillo præstiterit authoritatem,tenetur:vt in l.j.in prin.ff.de tute.& ratio. distra. quia donare est perdere,vt in l.filiusfamiliàs.ff de donatio.

4 Quartò amplia vt etiam procedat in cessione : quia cessio facta per pupillum tutori,non ualet: quia donationis vicem plerunque habet,vt in l.penul.& fina.C.manda.

5 Quintò amplia ut non solũ habeat locum in persona tutoris & curatoris,verũ etiam habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris.Ratio est,quia fieret fraus de persona ad personam,vt in l.pupillus.in §.sed etsi per interpositã.ff.de admini.tuto.notat in l.fraus ff.de legib.& in regu.quæ in fraudem.de regu.iur.lib.6.

6 Sextò amplia vt etiã procedat in testamento facto ab adolescente in fauorem toturis uel curatoris,ut etiã non ualet, quia non liberè uidetur factum ut decet:ut in l.j.C.de sacrosanc.eccl.& in l.j.& per totum.C. si quis aliquem testa.prohi. quamuis si alius prohibitus fuisset institutus,ualeret.ut in l.qua ætate.ff.de testamen.

7 Septimò amplia ut supradicta regula habeat locum in custode:de quo potest poni exemplum in c.cùm locum. de sponsa. ubi dicitur quòd quando agitur de fœdere matrimonij,debet custodiri mulier in loco tuto:quòd si ita mulier esset minor, non posset contrahere cum custode. Ratio est,quia ratione metus uideretur facere, ut in d.§.quæ onerandæ.idem est dicendum in minore qui est in carcere quòd non possit contrahere cum Commentariensi, ut notatur in l. qui in carcerem ff.quod met.causa.

8 Octauò amplia ut non procedat etiam si contractus fieret in præsentia amicorum:quia licet præsentia amicorum tollat suspitionem, ut in l.transactionem.C.de transactio. tamen non tollit prohibitionem huius regulæ, licet contrarium teneat Bar. in repet.l.frater à fratre.nu.51 ff.de condi.indebi ubi expressè loquitur in casu huius regulæ,quem sequitur ibi Ias.in repet.nu.42. Alex.in d.l. transactionem.nu.4.Sed contra Bartol.& pro supradicta ampliatione facit text.in l.14.tit.18.lib.8.ord.in parte, concegeramente.quæ debet intelligi, id est publicè, sicut est quando fit in præsentia amicorum, quod dicitur publicè fieri.

9 Nonò amplia ut etiam hæc Regula habeat locum, si contractus inter tutorem & pupillum fieret in præsentia iudicis,cùm iudex nõ

possit

possit legibus probantibus hanc Regulam derogare: quia inferior non tollit legem superioris, maximè prohibitiuam, ut in l. j. C. ne fideiuss. doc. dentur. in Cle. ne Romani. de electió. alias nunquam haberent locum constitutiones uel ordinationes prohibentes aliquid fieri, contra l. nemo. ubi doct. ff. de lega. j. nisi iudex ex magna causa approbaret supradictum contractum, ut si nimis utile esset pupillo: uel aliàs, ut in l. si hominem. ff. manda. ita probat tex. maxima causa interueniente in l. 4. titu. 5. parte 5.

1 Fallit primò supradicta Regula, scilicet si tutor uel curator emat rem pupilli altero tutore authorizante, ut in l. 4. & 5. ff. de autho. tuto. & in l. non existimo. ff. de admini. tuto Ratio est, quia isti tutores habent authoritatem diuiduam: quod tamen intelligo uerum, ut supra dixi, quando fieret etiam cum magna causa, ut probat text. in l. 4. tit. 5. parte 5.

2 Secundò fallit quando tutor accepisset possessionem alicuius rei sibi debitæ, antequam fuisset tutor: ut in l. fistulas. in §. j. ff. de contrah. empt. Ratio est, quia agitur de executione alterius contractus & uacuæ possessionis, in quibus non requiritur authoritas præsidis, ut in l. j. C. quando decre. opus non est.

3 Tertiò fallit quando pupillus esset debitor tutoris, quia tunc poterit sibi soluere, si debitum esset pecuniarum, ut in l. quoties. in §. sicut. ff. de administ. tuto. sed si res essent immobiles, requirerentur solennitates positæ in l. magis puto. ff. de reb. eorum. & in l. si prædium. cum aliis. C. de præd. mino. notat doctor. in l. singularia. ff. cer. pet. Et idem quod dictum est de tutore, quòd potest sibi soluere, habet etiam locum in excutore dato in testamento. ita tenet Ioan. Andr. in additionibus ad Specu in titu. de instrumen. ædicio. in §. nunc aliqua. uersi. 29. nu. 30. quem sequitur Bald. licet de Ioan. Andr. nullam mentionem faciat, in l. non est dubium. nume. 4. C. de leg. allegat tex. in d. l. fistulas. in §. fundum. eandem opinionem tenet ibi Paulus de Cast. & Iason nu. 4. in 2. limitatione. neque talis executor propter hoc incidit in pœnam. d. l. non est dubium. quam opin. sequitur Phil. Dec. in consil. 243. nume. 3.

4 Quartò fallit qñ pupillus factus maior approbauerit illum cõtractum, ut in l. fi. C. si maior fact. in l. pupillus. in §. itẽ ipse. ff. de admini. tuto. Quod tamen intelligo uerum quòd ualebit supradictus cõtractus à tẽpore approbationis, & non antè. cùm à principio nullus fuit, ob id nõ põt conualescere, ut in l. qđ in initio. ff. de reg. iur.

5 Quintò fallit quandocunque ex contractu resultaret commodũ pupillo. Ratio est, quia cum hæc regula fuit introducta fauore pupillorum, ne decipiantur, & bonis suis priuentur: igitur in fauorem ipsorum ualebit, ut in §. j. insti. de autho. tuto. in l. non eo minus. C. de procur. gl. in l. 2. ff. de acceptilatio. tex. est in l. 3. tit. 7. lib. 3. fori. & in d. l. 4. tit. 5. parte 5.

6 Sextò fallit in substitutionibus pupillaribus, quia non fiunt a pupillis tutoribus, & sic requiritur ꝙ sit factæ ab ipsis pupil. quia ubi

uerba

uerba non conueniunt,neque dispositio,vt in l.4.in §. toties.ff.de damno infect.& quia substitutio pupillaris potius est dispositio testatoris quàm filii pupilli,ut in l.Papinianus. in §.sed neque impuberis.ff.de inof.testa.& est prouisio patris magis quàm filii,ut l.patris & filii.ff.de vulg.& pup.& sic substitutio valet,ut in c.si pater. & ibi doc.de testa.lib.6.

7 Septimo fallit quandocunque fieret contractus cum authoritate iudicis.Quod tamen intelligo uerum,ut suprà dixi in 9.ampliatione,scilicet quòd causa debet esse maxima & iure conueniente, nam aliàs non potest minor etiam cum decreto facere talem contractū, vt in l.j.& ibi Bar.C.si maior fact.quem sequitur Barba. loquendo in donatione,in consi.40.col.17.uersi.capio aliud dubium in 3.vol. vbi dicit quòd in tantum hoc procedit, etiam si minor iurauerit talem donationem.idem tenet in consi.41.in 4.volu.

8 Octauò fallit quando pupillus esset ditissimus, & contractus factus vel donatio esset modicæ quantitatis: quia de modicis non curat prætor,ut in l.scio.ff.de restitu.in integ.& in l.cùm plures. in fine.ff.de admini.tut.

9 Nonò fallit in minore qui alienauerit aliquam rem pio loco,dum ibi custodiebatur professionis voluntariæ faciendæ causa,probat gl. j.in l.si quis Titio.ff.de lega.2.ita tenet Bald.in l.generali nu.3.C. de sacrosan.eccle.quam opinionem sequitur Paris.in c.in præsentia. num.37.de proba.contra Abb.ibi,num.10. Circa quam quæstionē, ubi eam latissimè examinat , vide Andr.Tiraquel.in legibus concubia.in gloss.6.num.159.cum seq.& sic licet,vt suprà dixi in 7.ampliati.quòd hæc regula habet locum in custode, tamen quando aliquis custoditur professionis voluntariæ faciendæ causa , non habet locum.est tamen verū quòd ibi Tiraquel.loquendo in muliere quæ prohibetur contrahere sine licentia mariti,vt in l.55.Tauri,an possit facere contractum fauore ecclesiæ vel piæ causæ, & concludit ꝙ non,ibi in nu.170.Ratio in qua se fundat est, quia talis prohibitio est in fauorem mariti introducta. Sed supradicta ratio cessat in casu nostræ regulæ:quia talis prohibitio ut mino.non possit contrahere cum tutore tantummodo,vt suprà dixi in prin.huius regulæ, est introducta in fauorem ipsius minoris:& ideò procedit,& est vera nostra limitatio:ibi Tiraquel.pro vtraque parte refert plures doctores quos propter prolixitatem non refero, cum ibi in promptu videri possint.

REGVLA XXXII.

AEDIFICARE potest quis aut reficere fortalicium , vel castra, & ciuitates in suo . Hanc regulam probat text. in l. per prouincias.C.de ædifi.priua. eandem regulam ponit Barto.in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure.numero 7.& ibi Bald. & Angel. Ratio est,quia constructio ædificiorum est de iure gentium, vt in d.l. ex hoc iure.

Limita

1 Limita primò nisi talia ædificia fierent ad æmulationem vel iniuriam alterius. ita probat tex. in l. opus nouum. ff. de ope. pub. & ibi Bartol. & in l. fluminum. in §. fin. ibi, nisi animo nocendi. ff. de dam. infect. gl. in l. per prouincias. in verbo, sui dominij. C. de ædifi. priu. & in l. quicunq; castellorum. C. de fundis limitrop. lib. xij. in verbo, antiquitas. Bar. in l. 1. in princ. ff. quòd cuiusque vniuersi. nomi. & in l. fina. ff. de Colleg. illic. num. 3. Inn in c. Pisa. de restitu. spolia. Ang. in l. cum eo. ff. de seruit. vrba. præd. Ias. in d. l. ex hoc iure. num. 8. ibi Clau. de Seysello, nu. 16.

2 Secundò limita quando quis ędificaret in limitibus Imperii castrum vel fortalicium. vt in d. l. quicunque castellorum. iuncta glo. ibi. Inno. in d. c. Pisanis. Bar. in d. l. fin. ff. de colle. illic. in d. nu. 5. Ange. in l. 12. tabularum. nu. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. Ias. in d. l. ex hoc iure nume. 12.

3 Tertiò limita quando ædificia præberent materiam seditionis & scandali. vt tenet gloss. in d. l. per prouincias. Quia tunc publica vtilitas præfertur priuatæ: vt in l. Lucius. ff. de euict. & in l. item si verberatum cum sim. ff. de rei vend. Quod tamen intelligo esse verum, etiam si iste haberet licentiam Regis ad ædificandum fortalicium: quia si talis ædificatio præberet seditionis materiam, tunc illud priuilegium si est postfacto incipit nociuum esse, debet reuocari: ita probat tex. in c. suggestum. de decim. & in l. 41. tit. 18. parte 3. & ita tenet Matth. de Afflict. in const. Neap. lib. 3. Rub. 29. nu. 5.

4 Quartò limita vt procedat quòd quis possit ædificare ad hoc quod officium sit licitum: sed ad hoc vt castrum vel locus habeat iurisdictionem, vel ius ciuitatis aut municipii, hoc non licet sine authoritate Regis. ita tenet Bar. in d. l. fi. ff. de Colleg. illic. nu. 5. & in l. fi. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. quem sequitur Claud. de Seysel. in d. l. ex hoc iure. nu. 14. & ita debet intelligi dictum Inn. in c. cùm ab ecclesiarum nu. 1. de offi. ordin.

5 Quintò limita nisi per sententiam essent muri destructi: quia tūc non possunt refici, vel de nouo ædificari sine licentia regis. ita tenet Ioan. Fab. in l. seruus. C. de pœn. quem sequitur Chassanæ. in cōsuetud. Burgund. in titu. *De forestz*. §. ix. nu. 4. Matth. Affli. in d. rubri. xxix. nu. 6. pro qua opinione est tex. in l. sacra loca. in §. muros. ff. de rer. diuisi.

6 Sextò limita nisi esset consuetudo vt quis non posset ædificare castrum vel fortalicium: quia tunc illa consuetudo valet. ita tenet Chassanæ. in d. tit. *Des forestz*. §. 9. nu. 4.

7 Septimò limita vt ista regula non procedat de iure nostro regio: vt in l. 7. ti. 7. lib. 4. ordin. & in l. 47. Tauri, in fi. & in Pragmatica lxx. in antiquis, fol. 57. vbi habetur neminem posse sine licentia principis ædificare aut reficere Castella.

REGVLA XXXIII.

AEDIFICARE & eleuare potest quis vsque ad cœlum domum suam.

suam. Hanc regulam ponit text.in l.altius. & in l. si ędibus.C.de serui.& aqua.in l.fi.in §.fi.ff.quod vi aut clam.cum aliis iuribus allega.in gloss.in d.l.altius. De iure nostro regio text.in l.25.tit.32. parte 3.Hanc regulam ponit Soci. in regula cj. vbi eam quadrupliciter limitat.

1 Amplia primò vltra eum,quòd in tantū procedat regula nostra, quòd etiam si domus mea steterit per mille annos iuxta domum tuam non ædificata,probè potero eam ædificare. ita probat gl. in l. qui luminib.in verbo,formam.in fi ff.de seruit.vrb.præd.& gl.in c. Abba.in verbo,alciatensem monachum.de verb.sig. ita tenetur Ias. in §.æquè si agat.nu.41.Insti.de actio.

2 Secundò amplia,etiam si eleuando quis domum suam officiat luminibus vicini: quia tunc potest prædictam domum eleuare, nisi ei debeatur seruitus altius non tollendi.ita pro text. in d.l.altius.& in d.l.si in ædibus.& in l.cum eo.ff.de serui.vrba.prædio. etiam si vicinus esset minor vel pupillus: vt in l.altius.ff.si serui.vend. iuncta gl.ibi.Deci.in l.nullus videtur.nu.1. & ibi Cagnol.nu.4.ff. de reg. iur.Coras..in lib.3.Miscellanæorum.c.24.nu.3. Aymon, consi.84. nu.2.vol.j.Bertrand.in cōsi.xxix.nu.2.& in cōsi.ccxxiiij.nu.1.vol. ij.& in consi.lxvij.nu.1.vol.ij.primæ impræssionis.

3 Tertiò amplia procedere etiam si in totum obscurarentur lumina seu ædes vicini,vt in d.l.cum eo.& ibi hoc tenet Bal.& Paul.in l. binas ædes.nu.2.in lect.Auionen.ff.de serui.vrban. Ange.nu.1.in d. l.cum eo.& Cæpol.in tract.seru.vrba.præd.cap.39.nu.1.in fin.licet Soc.in d.reg. cx.in 4.fallen.teneat expresse contra, quæ opinio falsissima mihi videtur, maximè cùm text.in quo se fundat in iure nō reperiatur.

1 Limita primò hanc regulam vltra Soci.quando seruitus esset imposita per pactum,vt in l.inter seruitutes.cum sequē.ff.de seruit. vrbanorum prędiorum, & ita tenet Corasi.in l.j.nume.27.cum aliis. ff.de seruitutibus.

2 Secundò fallit quando ædes vicini haberent lumen ex publico: quia tum vicinus ædificando nocere non potest talibus luminibus: nam non licet vicino aliquid in publico facere quin liceat alteri ꝓhibere:vt ff.ne quis in loco pub.per totum.ita tenet glo.in l.fluminum.in §.fi.in verbo,non teneri.ff.de dam.infe.& ita tenet Bartho. Cæpol. vbi declarat istam limitationem,in tract.de seru.vrba.præd. cap.xxix.nu 2.

3 Tertiò limita quando quis habet plures domus & legat vsumfructum vnius alicui: nam tunc hæres non potest obscurare domum vsufructuariam in totum: sed debet modicum lumen quod habitantibus sufficiat relinquere.ita probat tex.l.si is qui binas.ff.de vsufr. & in l.binas ædes.& ibi.gl.ff.de ser.vrba præd.ita tenet Ias.in d.l.ex hoc iure.nu.15.ff.de iust.& iu.Hipp.in sing.154.Corasi.in lib.3.Miscella.c.24.nu.6.

4 Quartò fallit quando esset statutum vel consuetudo ædificandi

vsq;

vsq; ad certam mensuram, vt est gl. in l. j. C. de ædifi priuatis. & in l. qui luminibus. ff. de ser. vrb. præd. quas sequitur Cæpol. in trac. ser. vrb. præd. c. 27. nu. 5. Coras. in l. j. nu. 12. ff. de seru. & in li. 3 Miscell. cap. 24. nu. 8.

5 Quintò fallit quando quis ædificaret super re communi ipsius laborantis, & eius cuius luminibus officit: quia tunc non potest obscurare lumina alterius domus quę est propria dicti sui consortij, & iste talis ædificando tenetur formam antiquam seruare secundũ quã erat edificatum. & si nunquam fuit ædificatũ super ipso pariete, melior est conditio prohibentis: vt in l. Sabinus. ff. commu. diuid. & in c. in re communi. & ibi Ioan. And. & Din. de reg. iur. lib. 6. & ita tenet Albe. in d. l. altius. quem sequitur Cæpol. de seru itu. vrb. præd. c. 36. nu. 10. & c. 39. nu. 3.

6 Sextò fallit quando area in qua fructus triturantur & paleæ à fructibus discernuntur, non possit habere ventũ nisi ab vna parte, quia tunc ipso iure prædio vicini seruitus imposita esse videtur, ne possit altius tollere, & ventum impedire, ita probat text & ibi docto. per eum in l. fi. in §. j. C. de seruit. & aqua tex. & ibi gl. j & Ang. in l. Imperatores. ff. de serui. vrb. præd. & ita tenet Ioã. de Imo. in l. si prius. nu. 9. ff. de no. oper. nun. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 14. ff. de iust. & iure Ioan. Corasi. in l. 3. Miscel. c. 24. nu. 4.

7 Septimò fallit quando quis ædificaret animo nocendi vicino, & sibi non prodest, vt est tex. iuncta glo. in l. j. in §. deniq; el 2. ff. de aqua plu. arcen. & in l. fluminum. in § fi. iuncta glo. ibi, in verbo, non teneri. ff. de dam. infec. & ita tenent Cin. Bal. & doct in d. l. altius. per tex. in l. opus. ff. de oper. publ. facit etiam tex. in l. qui data opera. in prin. ibi, sine lucro hoc affectauit. ff. ex quib. cau. maio. & hanc opinionem tenet Paul. de Cast. in d. l. cum eo. Deci. in l. nullus, nu. 1. ff. de reg. iur. & ibi Hierony. Cagno. nu. 4. Hippoly. in sing. 154. Fran. de Ripa, in l. de pupillo. in §. meminisse. num. 34. per gloss. ibi. ff. de de dam. infect. Alexan. in consil. clxxiiij. nume. 4. volum. 2. Stephan. Beltran. consil. cccxxix. nume. 2. volum. 2. primæ impressionis. Aymon. consil. 94. nume. 1. volum. 1. Marian. Socin. Iun. in consi. lxxvj. volu. 2. Corasi. in lib. 3. Miscellan. c. 24. nume. 5. Alc. in tract. præsumptio. iij. regula, præsumpt. 23. nume. 1. Ias. in l. ex hoc iure nume. 8. ff. de iusti. & iu. Francisc. de Ripa in l. quo minus. nume. 26. ff. de flumin. De iure Regio est tex. pro ista opinione in l. xix. titu. 33. parte iij. & ibi gloss. & ista opinio est vera & communis vt ex supradictis docto. patet: licet Alberic. teneat contrarium in d. l. altius. & Angel. in d. l. cum eo. nume. 2. Florian. in l. Sabinus nume. 2. ff. communi diuidund. quæ opinio vt suprà diximus communiter à Doctor. reprobatur.

8 Octauò fallit in scalis: nam quis iuxta scalas ædificare nõ potest, ita quòd luminibus earum officiatur, licet seruitus constituta non sit, ita tenet Barth. Cępol. in tract. seruit. vrbano. prædio. cap. xxxix. nume. 4.

Regula

REGVLA XXXIIII.

Affectio non petitur, nec eius ratione condemnatio augetur. Hanc regulam ponit text.in l. si seruum.ff.ad l.Aquil.& in l. pretia rerum.& in l.in leg. Falcid. hoc esse.ff.ad leg. Falc.& in l.vnica, in versi.quòd re vera.C.de senten.

1 Fallit primò quando vtilitas est iuncta affectioni: vt in libris in quo diu studui & multum scripsi.& sic habet vtilitatem iunctam cũ affectione, vt in l.videamus.ff.de in litem iura.& ita tenet Alber.in l.1.eo ti.secus si affectio sit sola.

2 Secundò limita vt non procedat in casibus à iure expressis: ita videtur tex.in l.non tantum.ff.de.appella.& ibi est vtile, quia vita prorogatur.

3 Tertiò limita non habere locum in minore, vt in l.si in emptionẽ ff.de minor.& ita communiter tenent Doct.secundum Pyrrh. in l. quatenus. in 2. regu.ff.de reg.iu.

4 Quartò fallit in casu Leg.competit in §.1.& ibi Alber.ff.quod vi aut clam.& in casu glo.in l.fina.in verbo, non habebitur.ff.de operis seruor.

5 Quintò limita quo ad inducendam actionem quam affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei, vt in l. cum seruus.ff.manda. quod intelligo si affectio fuerit honesta secus si inhonesta, quia tũc non præbet actionem, nec auget condemnationem. ita tenet Alber. in d.l.1.col.2.ff.de in litem iura. secus tamen est in actionibus stricti iuris in quibus affectio non inducit actionem, etiam si fuerit causa honesta: ista est gl.in l.fideiussores.ff.de pact.in verbo, nec enim. quam vltra doct.ibi, præcipué Iacob.de san.Geor. sequitur Ias in l. quidam cum filium.nu.7.ff.de verb.obliga.& in l.1.nu.7.ff.de in litem iuran.& in consi.41. volu.3.col.pen.

REGVLA XXXV.

Affectus, licet non sequatur effectus punitur. Hanc regulam probat tex.in l.1.§.diuus.ff.de sica.& in l.is qui cum telo.C. eo.tit.& in l.si quis, non dicam rapere.C.de episc.& cleri.canonizata in c.si quis, non dicam rapere.de pęniten.dist.1.& in l.1. in fin.ff. quod quisque iur.& in cap si. de spon.cum aliis glossis allegatis per Hyppo.in d.§.diuus.nu.3 & circa hanc regulam vide Feli.ca.1.de præsump.& melius quam alibi Thom.grammati.decisio.2.nume.2. cum aliis.

Hanc regulam ponit Socin.vbi eam octo modis limitat, in regula xxxi. Latius ponit hanc regulam, vbi eam limitat octo modis Feli.in tract.de cona.col.2.cum seq. quas limitationes ponit etiã Hippol in d.l.is qui cum telo.num.24 & in l. qui falsam monetam.ff.de sicar.num.1.cum seq. Decem limitationes ad hanc regulam ponit

nit Matth.de Afflict.in constitu.Neapolita.lib.j.rub.xj.num.1. Circa quam regulam vide de iure regio leg.2.titu.3.par.7.Hodie tamē ad hoc vt incidat in pœnam,requiritur vulneratio,vt in l.2.titu.13. lib.8.ordinamenti.

REGVLA XXXVI.

AFFINES ad compromittendum de litibus cogi possunt, quandocunque cauetur per statutum, quod statutum in iure nostro validum est,vt tenet Bald.in prima constitu. C.§.quibus. quem sequitur Ias.in l.j.nume.6.ff.de legib.& ita etiam quòd prædictum statutum valeat firmat Matth.de Afflict.in deci.Neapoli.deci.xlvj.Cur. Iunior in l.fratris.nu.2 C.de trans.Iaco.de sanct.Geor. in l.j.nu.7. in j.lect.ff.de trans.& in 2.lect.nu.9.vbi dicit, ꝙ istud statutum est fauorabile: quia est introductum in odium litium . quod ante eum tenet Bal.in l.qui se patris.nu.16.C.vnde lib.Tiraq.no.in tracta. de causa cessante.in j.par.in prin.nu.34.

1 Amplia primò procedere etiam inter maritum & vxorem: qui licet non sunt affines,sunt tamen principium & causa affinitatis. ita Bal.in l.affinitatis.C.commu.de success.nu.1.

2 Amplia secundò procedere inter sponsum & sponsam: secundum Ias.in l.quod Seruius.ff.de condict.ob cau.nu.2.

3 Tertiò amplia procedere inter consanguineos spurios,quādo agitur inter coniunctos ex parte matris : secundum Alex.in l.ex facto in §.si quis rogatus.ff.ad Trebel.nu.5.

4 Quartò amplia etiam inter minores,secundum Paulum de Cast. in l.nam & posteà.in §.si minor.ff.de iureiur.

5 Quintò amplia in tutore & procuratore : nam licet aliàs istæ personæ non possint compromittere sine speciali mandato,vt in l. trāsact.& ibi doct.C.de transact.tamen qñ eorum principales sunt coniuncti,bene possunt compromittere:ex quo non faciunt hoc voluntariè,sed ex necessitate statuti,ita tenet Ang. in l.non solùm.§.interdum.ff.de procu.Bal.Pau.de Castr.& Alex.in l. si plures.ff.de pact. Ias.in d.l.transactionis.

6 Sextò amplia procedere etiam si partes sint discordes in eligendis arbitris : quia tunc iudex solus eligit,& fit compromissum, vt in l.fi.§.electio. C.de iudi.ita tenet Bar.in l.in venditiōe.in §.fi.ff.de bonis autho.iudi.possiden.& in l.j.in § ex hoc rescripto.ff.de ventre inspiciendo Alexan.in l.de die.in princip.in 2.notabili ff.qui satisd. cog.

7 Septimò amplia,non solùm quando principalis litigator est coniunctus, sed etiam quando author est coniunctus , licet principalis sit extraneus : ita tenet Bar.in sua 2.dispu.incip.Pisanæ ciuitatis. & in l.procurator.la 2.ff.rem ratam habe.

1 Primò limita dum tamen compromissum petatur ab vna ex partibus,aliàs si non petatur,iudex nō debet compellere partes de per

C se

se ad compromittendum, vt in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.& quando petitur ab vna parte debet alia pars citari: ita tenet Alex.in consi.lxxxij.volu.j.

2 Secundò limita procedere, non quando staret aliqua scriptura iurata: quia propter iuramentum non fit cõpromissum: ita tenet Pau. de Cast.in consi.xiij.volu.2.nu.1.& 2.Alexã.in consi.37.vol.2. nu. 16.Ias.vbi plures alleg.in l.fratris C.de transa.

3 Tertiò limita, procedere inter affines durante affinitate secus autem si affinitas sit dissoluta per mortem, quia licet remaneat vinculum quo ad impedimentum matrimonij, tamen nõ remanet quo ad compromissum: ita tenet Bar.in l.cui eorum.in §.affinitates.& ibi Bal.& Doct.ff.de postu.glo.& ibi Alex.& doct. in l.sed hoc ita.ff.de re iud.Pau.de Ca.in l.rei iudicatæ.§.fi.in fi.ff.solu.matr. Tiraquel.in tract.de causa cessante, in prima parte, in princ.nu.31.Et ex hoc infero cessare dictum statutum inter priuignum & nouercam mortuo patre, ex quo est dissoluta affinitas, secundum Bal.in l.affinitates.C. com.de successio.Pau.in consi.80.vo.2.

4 Quartò limita in causa feudali: quia illa compromitti non põt, non obstan.prædicto statuto: ita determinat And.de Ise. in c.j in §. si inter.de lege Corra.in Vsib.feud.

5 Quintò limita in causa in qua agitur de vita & militia, in qua nõ compromittitur: nam æquiparatur feudali: ita Matth.de Afflict.in deci.xliij. per totam.& in consti.libro 3.Regu.18.Anton.Capitius in decisi.ccxj.

6 Sextò limita quando altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitæ, seu impedientẽ litis ingressum, quia non potest ea inuita fieri compromissum: ita Bal.Alex.& doct.in l.fratris.C.de transac. Bal.in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Iaco.de S.Geor.in d.l.fratris.nu.6.Ias.nu.4.

7 Septimò limita quando altera pars haberet scripturam publicam liquidam, puta instrumentũ, sententiam, vel obligationem. ita concludit Soci.in consi.4.nu.1.vol.1.& in consi.ccc.nu.5.in 2.vol.Corneę.in consi.62.in 4.volu.Bar.in l.eleganter.in prin.ff.de cond.indebi.Iacob.de sancto Geor.in l.j.in j.lect.num.7.de transac.& ibi Ias. nume.13.

8 Octauò limita non procedere in spurio, qui litigans cum consanguineo suo non potest petere compromissum, ex quo non dicitur coniunctus.ita Bal.in l.id quod pauperibus.nu.36.C.de episc.& cleric.& in l.cum acutissimi.nu.8.C. de fi deicom.gl.in Clem.vnica in verbo, liberi.de baptis.quam sequitur Guliel.Bened.in c.Rainu.in verbo, Rain.de Clera.nu.23.Pau.Pari.in c.in præsentia.num.76.de probatio. Quod tamen intelligo vt suprà dixi in 3. ampliatione quando ageretur inter coniunctos ex parte patris: secus si ex parte matris: quia tunc etiam spurius dicitur coniunctus, & petit cõpromissum: ita concludit Alex.post.doct.in l.ex facto.in §.si quis rogatus. nume.50.ff.ad Trebellia. Alexand.in consil.60.nume.8.in

secundo

secundo volumine.

9 Nonò limita non procedere in causis criminalibus quia in eis nõ fit compromissum, vt est gl. in l. transigere. C. de transſ. quam sequuntur ibi Bal. & Sali. Feli. in rub. nu. 2. de treu. & pace.

10 Decimò limita non procedere in articulo iuris: quia vbicunque vertitur dubium quod in mero iure consistit, non debet cõpromitti, ex quo in iure omnia sunt certa & liquida. ita tenet Bald. & Sali. in l. Ancillæ. in prin. C. de Fur. Feli. in c. cum venissem. in prin. de iudi. Alex. in con lxij. nu. 6. volu. 2. Ias. cõsi. 26. & in consi. xxxv. vo. j. Iaco. de sanct. Georg. in l. j. in 2. lect. nu. 8. ff. de transact. quod tamen declara, vt per Ias. in d. l. j. nu. 19.

11 Vndecimò limita non procedere quando altera tantùm ex partibus lęderetur, vt notabiliter determinat Pau. de Ca. in consi. cccxx. num. 3. & 4. vol. j.

12 Duodecimò limita procedere inter affines coniunctos per legitimum matrimonium: secus per simplicem fornicationem, ita tenet Ioan. And. in c. non debet. de consan. & affini.

13 Decimotertiò limita in causis mixti imperij: quia de iure non compromittuntur, non obstante prædicto statuto. ita tenet Bart. in l. non distinguemus. in §. de libera. ff. de arbit. & in l. prætor. ff. de tutori. & curat. dat. eis. quem sequitnr Franc. Cur. Iun. in l. fratris. nu. 4. C. de transact. Iaco. de sanct. Geor. in d. l. j. in j. lect. nu. 8. & in 2. lectu. nu. 8. ff. de transact.

14 Decimoquartò limita in causa appellationis: quia in ea non potest peti compromissum non petitum in causa principali. ita tenet Pau. de Cast. in d. consi. cccxx. nu. 1. vol. j. Iaco. de sanct. Georg. in d. l. j. nu. 8. in 2. lect. ff. de transact.

15 Decimoquintò limita nõ procedere in causa dandi tutelam, quia non potest compromitti, secundum Barto. & Bal. in l. prętor. ff. de tutor. & cura. datis ab his.

16 Decimosextò limita, quando coniunctus cederet suam actionem non coniuncto, quia licet compromissum fieret cum cõcedente, nõ tamen fiat cũ cessionario. ita tenet Imo. & Alexã. in l. si post diuortiũ. in fi. ff. sol. mat. Matth. de Affli. in deci. Neapo. deci. 74. facit tex. in l. Pau. respondit procuratorem. ff. de acqui. hære.

17 Decimoseptimò limita, non procedere inter consanguineos legitimatos. ita tenet Alex. in consi. lx. nu. 7. volu. 2.

18 Decimoctauò limita, non procedere contra clericum coniunctũ: quia cum sit statutũ principis secularis, non potest ligare clericos. ita tenet Bal. in c. cùm venissent. nu. 6. de eo qui mittitur in possessio. causa rei seruan. quem sequitur Soc. in consi. lxxj. nu. 12. in 4 volu. sed ipse clericus actiuè posset petere compromissum contra laicum coniunctum, quia clericus gaudet statutis laicorum pro se, nõ autem cõtra se, vt habetur per Abb. & Mod. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vbi Fel. nu. 81. Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide cathol.

REGVLA XXXVII.

AGNATIS vel cognatis deficientibus, coniuges succedūt inter se, excluso fisco. Hæc regula probatur in l. maritus. C. vnde vir & vxo. circa quem text. vide Maturinum Montanum in Authen. de hæred. ab intest. ven. coll. ix. in regula xxx. pag. 61. Ange. de Gamb. in tract. de testa. in glo. iiij. nu. 19.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita sex modis, vt per Phil. Dec. in d. l. maritus. nu. 3. vsque ad num. 14. Hanc etiam Regu. cum sex ampliationibus diuersis ab alijs duabus, ponit Guliel. Bened. in ca. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nu. 231. vsq; ad nu. 240. vbi etiam ponit quinque limitationes ex limitationibus Decij, licet de eo mentionem non faciat.

REGVLA XXXVIII.

ALLEGANS pro se aliquam legem fori, incumbit onus probandi illam esse vsitatam & obseruatam. Hanc regulam ponit Rodericus Xuarez, vbi eam dupliciter limitat, in procemio fori, fo. 3. pag. 2. in medio, cum fol. seq.

REGVLA XXXIX.

ALIENATIONIS prohibitio facta hæredi, intelligitur facta hæredi hæredis. Hanc regulam ponit Bart. in l. filium familias. in §. diui. ff. de leg. j. nu. 21. per tex. in l. sicut. in §. si debitori. ff. qui. mod. pig. vel hypo. solu. qui licet loquatur in permissione, dicit idem esse in prohibitione: argumento l. pater filio. in §. fundum. ff. de leg. 3. & licet doct. maxime Imola, dicant in illo tex opinionem Bar. probari non posse, communiter tamen approbatur opin. Bar. eò quia hæres hæredis & testatoris esse censetur, vt in l. fi. & ibi doct. C. de hæredi. insti. & est tex. clarus in l. hæredis appellatione. & ibi gl. ff. de verb. signi. & istam opinionem Bart. sequitur Alexan in consi. lvj. volum. j. Andr. Alcia. in d §. diui. nume. 43. Iaso. in j. lectio. nume. 110. & in ij. lectio. num. 148.

1 Limita primò, si prohibitio in personam hæredis nominatim facta fuerit, puta Titium hęredem prohibeo, quia tunc non censetur facta hæredi hæredis, vt in l. Lucius. in § j. & ibi Bart. & do. ff. de lega. 3. quam opinionem sequitur Alcia. in d. § diui. nu. 41. & ibi Ias. in j. lect. nu. 112. & in 2. lect. num. 159. Ioann. Guald. de arte testandi, fo. 8. Cautela 2. nu. 3. Quam limitationem intelligo veram, nisi testator prius nomen appellatiuum quàm proprium apposuisset, vt si dicat, prohibeo hæredem Titium alienare, quo casu prohibitio de non alienando comprehendit hæredem hæredis, vt in l. si seruus cōmunis. ff. de stipu. seruo. faciunt notata per Bar. in l. cū ita. in §. fi. ff. de

de cond.& demon.per doct.in l.quoties ff.ad Treb.& in l.j.C.de im pube. & alijs per Canonistas in c.quoniam Abb.de offi.deleg.

2 Secundò limitatur,quando testator adiecit qp volebat talem rem in familia remanere,vel de nomine vel de genere suo non exire: qa tunc cũ ratio sit generalior quæ ampliat & declarat ipsũ dictũ,vt in l.cũ pater.in §.dulcissimus.ff.de leg.2.tunc quãuis prohibitio nominatim sit facta,nihilominus ad hæredẽ hæredis est extẽdenda: ita consuluit Roma.in consi.457.nu.1.Ias in d.§.diui.in 2.lect.nu.152 vbi dicit se ita in facti cõtingentia consuluisse,& ita iudicatũ fuisse.

3 Tertiò limitatur ista j.limitatio, vt non procedat quãdo testator prohibuit hæredem nominatim,& sic nomine proprio expresso,scilicet domum quæ erat maiorum suorum alienare ne possit: quia ex tali prohibitione apparet testator ad dictam rem affectionẽ habuisse,vt in l.si in emptione.ff.de mino.& in l.lex quæ tutores.C.de administ.tuto. Hanc opinionem tenet Rom. quam refert & sequitur Ioann.Crot.in d.§.diui.col.xxxv.in princ.Ferdin.Loazes in d.§.diui.nume.501.licet contrarium teneat Alex.ibi num.26.quia contra eum est communis opinio relata in proxima limitatione,quæ quasi eadem videtur cum ista.

2 Secundò limita supradictum communem regulam,quando testator prohibuit bona extra familiam alienari sub pœna priuatiõis hæreditatis,quia tum cùm sit apposita pœna, prohibitio apposita in personam hęredis non afficit hæredem hæredis: ita tenet Io.Crot. in d.§.diui.col.xxxv.ver.3.fit conclu.arg.l.multa.in princ.ff.de cõdit.& demonst.per quem tex.ita ante eum tenuit Bald.in l.fi.num.42.C.de hæred.instit.

3 Tertiò fallit,quando testator prohibuerit hæredes suos alienare dicendo infrascriptos seu suprascriptos hęredes meos: quo casu talis prohibitio non comprehendit hæredem hæredis: quia illud dicitur scriptum in testamento quod oculis corporis legi potest,vt in l.j.in fi.ff.de his quæ testa.delen facit etiam tex.in l. cum filio impuberi.iuncta l.qui liberis.in §.hæc verba.ff.de vulga.& pupil.vbi per ista verba, quisquis mihi hæres erit filio meo impuberi hæres est. non admittitur hæres hæredis: eo quia non est scriptus in testamento:quod requiritur per dicta verba,quisquis.vt in d.l.cum filio. & l. ex illa parte.ff.de ver.sig. Hanc limitationem ponit Cro.in d. col. 35.quam declara & intellige vt per Loaz.ibi.nu.504.

4 Quartò limita, & intellige hanc regulam qp licet comprehendat hæredem hæredis, non tñ extenditur vltra quartam generationem post testatorẽ,iste est tex.sing.secundum Iac.de Bell & Ang.in Authẽ.de resti.& ea quæ parit in xj.mense.in §.j.colla.4.& ita per illũ tex.tenet Alc.nu.27 Ias.in j.lect.nu.113.Fel.in consi.xxvij.nu.12. quod tamen est verum nisi testator in prohibitione adiecit, quòd vult rem illam perpetuò transire ad omnes descendentes, tunc talis prohibitio extenditur vltra quartam generationem, & deinceps in infinitũ.ita tenet Iac.de Bell.in d.§ j.quẽ refert & sequit Alc. in cõ

fil.lvj.nu.2.in j.vol.Ias.in d.nu.113. & in l fi.C.de hære.inst.Dec. in consi.dcxvj.nu.16.Pau.Paris. in cõsi.lij.nu.17. in 3.vol.Io.Gual den.in trac.de arte testan.tit.viij.caute.ij.nu.3.

REGVLA XL.

ALIENATIO feudi nõ valet sine cõsensu domini. Hãc re gulam probat text. in c.imperialẽ.de prohi.aliena. per Fede. & ita per illũ tex.vltra Bal.& Doc.ibi ita tenet Zasius in consi.xv.nu.11. & 16.vol.2.Mar.de Mantua in cõsi. ccxxiij.Car.Moli. in cõsue.Paris.§.xiij.gloss.v.nu.1.cum alijs.

1 Primo amplia vt procedat etiam inter conuasallos secundũ Bal. in d.c.imperialem. nu.9. quem sequitur Soci.in consil.xix. volu.j. Curt.Iun.in trac.de feud.in iiij.parte, nu.82.

2 Secundò amplia quòd in tantum procedat nostra conclusio, vt talis alienatio non possit præscribi etiam longissimo tempore.ita te net Andr.de Iser.in d.c.imperialem. per illum text. in verb.nullius temporis præscriptione.quem sequuntur docto.ibi Bar.Soci.in cõs. lxxxvj.nu.8.vol.1.Maria.Soci.Iun.in cõsi.cxv.nu.4.vol.2. Chassa. in consi.xj nu.91.Cardin.Parisius in consi.xxiij.vol.j.nu. 196. vbi hoc not.declarat.

3 Tertiò amplia vt etiam procedat in pignoribus & hypothecis, quæ pignorari nec hypothecari possunt sine consensu domini: vt probat tex.in d.c.Imperialem. ibi,pignorare: & in c.j.§ itẽ si quis. quibus modis feu.amitta.per illum tex.tenet Soci.in consi.xix.nu. 12.vol.j.August.Bero.decis.xciiij. nu.11.Chassa. in consuetu.Burgund.in tit.*des fiefz*.Regu.iij.§.viij.nume.11. fol.118. col.iiij.vbi hanc ampliationem quadrupliciter limitat vsque ad nu.21. & quin que limitationes ad hanc ampliationem ponit Matthæ. de Afflic.in d.c.Imperialem.nu.4.

4 Quarto amplia quòd non solùm alienatio non valeat, sed feudatarius alienans amittit feudum ipso iure: vt in c.j. in §.si Vasallus quæ fuit j. causa benefi. amitte. in vsibus feud. & ita per illum tex tenet Hiero.Gratus in consil.ix.nu.134. volu.j.& sic talis alienatio cum sit de facto facta,de facto per dominum debet reuocari, secundum Alber.Bru.in consi.viij.nu.6.Quod tamen intellige vt per Pa ri.de Puteo in tract. de integratione feudi. in c.an ipso iure perdatur feudum.fo.20.nu.1 per totum.& Mat.de Affl. in d.c.Imperialẽ.§.xiij.nota.nu.5.& nu.59.Ias.in l.fi.nu.103.C.de iure emphy.Felin.in c.Rodulphus.nu.36 de rescript.

5 Quintò amplia non solùm procedere in toto feudo:sed etiam in parte feudi:nam si pars feudi alienatur,pro illa parte perditur feudum & reuertitur ad dominum.ita probat tex.in d.c. Imperialẽ.& ita tenet Bal.in c.j.in § hoc quoq;,de succes.feu.nu.13. Matth.de Afflic.in d.c.imperialẽ.nu.28.Tho Gramma.in deci.xlix.nu 2.Pau. Paris.in consi.xiiij.nu.2.vol.j.& in consi.vj.nu.19.vol.iiij.& Andr. Tiraq.in l.si vnquam.in verb.omnia vel parte aliqua.nu.14.

6 Sexto amplia quòd etiam pro anima feudum sine consensu domini non potest relinqui.vt in d.c.Imperialem. & ita tenet Cur.in tra cta.feud.in iiij parte.nu.125.Lud.Gozad.consi.viii.nu.21.quod de iure canonico dicit non procedere Roma.in singula.dxxxiij.

7 Septimò amplia procedere etiam in donatione: nam Vasallus nõ potest feudum donare sine consensu domini: ita probat tex.in d.c. Imperialem.vers.distrahere, vel alienare, quod comprehendit donationem,vt in l.fi.C.de reb.alie.non alienan.

8 Octauo amplia procedere etiam in dote:nam Vasallus filiæ suæ non põt feudum in dotem dare sine consensu domini:vt in c.j.§.donare.& ibi Bal.Quali.olim feud.& pote.alie.& in c.j. de eo qui sibi & hæredi.suis.& in c.i.an mari.succe.vxo.in Vsib.feudo. & in c.nu per.de donatio.inter vir.& vxo. ita concludit Soci. in d.consi.xix. nu.13.vol.i.Chassa.in d.rubr.3.nu.29.Ias. in l.fi.nu.109. C.de iure emphy.& in consi.lxxxix.vol j.& ccxxi.vol.ii. Maria Socin. Iun. consi.lxxii.nu.74.vol.i.Pau. Pari.consi.xvi.nu.31. & consi.iiii.nu. 47.vol.i.& dicit communem opinionem Iacob.de Leonardis in cõsil.cxiiii.nume.86.inter consilia Bruni.Sigismundus Goffredus consil.lii.nume.60.

9 Nono amplia procedere etiam in emphyteusi perpetua:quia feudatarius non potest dare feudum in emphyteosim perpetuam, vel in eo constituti vsusfructus:ita tenet Andr.de Isern. in d.c.imperialem.& ibi Bal.nu.7.facit tex.in l arboribus.in §.i ff.de vsufru.& in l.fin C.de reb.alie.non alienan.& istam opi.tenet gloss.in d.c.imperialem.in princ.quam opi.tenet Francis Curt.Iun.in trac.feud.iiii. part.nume.91.

10 Decimò amplia non solum procedere in feudatario, verùm etiã in empphyteota:cum validum sit argumentum de vno ad alium,maxime quando dispositio feudalis nõ est contra regulas iuris cõmunis,vt probat gl.in c.i.in verbo,vtrunq;.an agna.vel filius.quam sequitur Alex.in consi.v.nu.2.vol.v.Carolus Molinæ.in cõsue Paris. in §.i.gl.v.nu.71.Tiraque.in trac.mort.in iiii.part. declar.vi.nu.2. Euerar.in loco xii. & sic emphyteota non potest ius suum emphyteoticum alienare, vel suas meliorationes, sed tenetur domino denuntiare, & expectare uoluntatem ipsius per duos menses,aliàs amittit rem ipso iure,ut in l.fin. & ibi docto.C. de iure emphyteoti. & contractus factus ab emphyteuta non tenet, cum factus sit contra formam illius l. ita tenet Sali.ibi,quem sequitur Iason nu.105.

11 Vndecimo amplia procedere in omnibus casib. in quibus dominium trãsfertur,quia in illis est prohibita alienatio feudi argu.tex. in l.i.C. de fundo dota. & in l ex hoc edicto.in §.2.ff. de alienatione iudic.vt in l.alienationis.ff.de verb.signifi. notatur in dicta l.fin. C.de reb.alie.& ita tenet Mat.de Afflic.in d.c.imperialem.nu.6.

12 Duodecimo amplia procedere etiam in locatione ad longum tempus, nam feudatarius non potest rem feudalem locare ad longum tempus,ita tenet Matt.de Affli.in d.cap.imperialem.num.61.

Iaſ.in l.fin.nu.8.C.de iure emphy. Paris de Pute.in lib. de Reintegra.feudi.ca. an poſſit reuocari locatio.fol. 140. colum.j. pro quo facit,an locatio ad longum tempus parum diſtet ab alienatione: & ideo prohibita alienatione cenſetur etiam locatio ad longum tempus prohibita.Ratio eſt,quia talis conductor dicitur naturaliter poſſidere,vt eſt gl.magna in l.ſi vt certo.§ ſi duoſius vehiculum ff.cómoda.& in l.ſi quis anteà.in glo. 3.ff.de acquir. poſſeſ.& in l.ſciendum.§.j.in gl.j.ff.qui ſatiſ.cog.& in l.j.C.de pat.poteſta.& in l.j.in verbo,conduxerit ff.de loco publ.fruendo.& in l j.in verbo,ſuperficiem.ff.de ſuperfi.& in l.quæro.§.inter locatorem.in verbo,biennij.ff. loca. & quia talis conductor habet vtile dominium in re conducta:vt in d.l.j.in §.j.ff.de ſuperfi. & in l.j. in §.fin. cum l.ſeq.ff ſi ager vectiga.vel emphy.peta. & dicitur longum tempus ſecundum ſupradictas gloſ. ſpatio decem annorum : quas gloſ.ſequitur Bar.in l.j.in §.j.ff.de ſuperfi.Ang.& Imo.in l.ſi domus.in §.fina.ff.de leg. j.Iaſ.in l.manumiſſiones.nu.7.ff.de iuſti.& iur.& in l.3.in §.ex contrario.nu.48.ff.de acqui.poſſe. Feli.in c.quæ in eccleſiarum.nu 86. de conſtitu.Matth.de Affli.in tracta.de iure proto.in 8.notab.num. 25.Nicol.Boer.in deciſ 235.Zaſius in ſua Epitome feudo.in 9 parte,nu.13. licet contrarium teneat gloſſ. quæ communiter reprobatur ſecundum ſupradictos doctor.& ſecundum Bar.ibi.in l. codicillis.§.inſtituta.in glo.fin.ff.de leg.2.

13 Decimotertiò amplia procedere etiam ſi Vaſallus poſt alienationem recuperauerit feudum , nihilominus non euitat pœnam,vt in c.j.quid iuris ſit,ſi Vaſallus poſt aliena factam recupera.vbi tex. & communiter doct.tenent iſtam opinionem. Quam tamen intelligo veram quando recuperauit feudum poſt quàm fuit traditum, ſecus ſi recuperaſſet feudū antequàm tradidiſſet poſſeſſionē ipſius feudi:quia tunc excuſatur,& non procederet prædicta regula:ita cōcludit Aluaro.in d.c.j.in.ij.col.vbi ſic intelligit illum tex. quem ſequitur Curt.Iun.in tracta.feudo.in 4.par.nu.13.Tiraquel.in tracta. de iure conſti.in 2.par.ampliat.26.nu.1.

14 Decimoquartò amplia procedere etiam ſi Vaſallus alienet feudum propter aliquam neceſſitatem.Ita tenet Bald.in c.j.in prin.per illum text.qualiter olim feudum poterit aliena. & ibi communiter doct.eandem opinionem tenuit idem Bald in ca.j. in §.aut ſi libellario , quibus modis feudum amittatur. quam opinionem ſequitur Curtius,vbi notabiliter eam examinat,in tracta.feudorum, in 4.parte,numero 107.

8 Limita primò vt non procedat quando vnus Vaſallus infeudat alium Vaſallum de feudo quod ipſe habet & recognoſcit à domino: Iſta eſt gloſſ.commu.approbata in c.j.in §.prætereà de capi.Corradi.& in c.j.in §.j.qualiter olim feudum pote.aliena.& in c.j.§.ſimiliter.& in §.ſeq de l Corra tex.& ibi glo.& omnes doct.in c. Imperialem.in §.de prohi.feudi aliena.per Federi.glo.in c.cum eccleſiarum.in verbo,alienandi.de conſtitu.bonus text.in c. ex tranſmiſſa.

&

& ibi Panor. & alij. de foro compe. quam opinionem tenet Ioan. Bar. de Scarampis in consi. 111. nu. 1. inter consilia Alber. Bruni. & Ludo. Gozad. consil. 62. nu. 5. & dicit esse communem Franci Curt. Iun. in tract. feudor. in 4. par. nu. 83. quam limitationem sublimitat idem Curt. ibi, usque ad nu. 91.

2 Secundò limita supradictam conclusionem non procedere in trãsactionibus: nam Vasallus potest super feuda transigere sine consensu domini, quando est mota sibi quæstio, vt in c. j. §. si Vasallus, de beneficio suo. si de feu. fue. contro. & in c. j. de contro. feu. inter Vasal. & alium. in Vsibus feudo.

3 Tertiò limita quandòcunque Vasallus vendidit feudum, sed non tradidit: quia non priuatur feudo. Ita tenet Bal. in c. j. in § aut si libellario. quib. mod. feud. amitta. & in c. j. in § calidis. de prohi. feudi aliena. per Federi. in versic. vendunt & in alios transferunt. Hanc opinionem tenet Matth. de Affli. in d. c. Imperialem. numero 46. Caro. Molinæ. in consuetu. Parisien. §. 13. in gl. 5. nu. 2. Hanc opinionem notabiliter examinat Andræas Tireque. in tract. de iure constituti. in 3 par. ampliatione 26. nu. 1. & 2.

4 Quartò limita in renuntiatione, nam Vasallus potest renuntiare feudo inuito domino, ut in cap. j. de Vasallo qui contra constitutionem Lotharij vbi hoc expresse determinatur. Ratio est, quia cùm feudum principaliter concedatur in fauorem Vasalli, potest ipsi fauore suo renuntiare, vt in ca. ad apostolicam. de regularibus. ita tenet Matthæus de Afflictis. in d. c. Imperialem. uersicu. 16. quæro. nume. 35.

5 Quintò limita nisi esset statutum vt feudum possit alienari sine consensu domini. Ita determinat Iaco. Aluarotus in c. j quali. olim feu. pote. aliena. quem sequitur Franc. Curtius, vbi hoc notabiliter declarat, in tracta. feudorum, in 4. par. nu. 109. Lauren. Syluanus in consi. 13. nu. 41. & 43.

6 Sextò limita non procedere in pignore iudiciali. nam sine consensu domini potest contrahi de feudo, vel in causam iudicati capi. Ita tenet Aluaro post Iacob. de Ardizo. in d. c. imperialem. vbi concludit quòd licet voluntariè uel ex consensu prædicta fieri non possint, tamen ex necessitate si Vasallus aliud non habet ex quo satisfieri possit creditoribus, prædicta fieri possunt: argu. tex. in l. alienationis. & in l. cùm putarem. ff. famil. hercis. & in l. cùm postulassem. in fin. ff. de dam. infec. & ille ad quem ex dicta causa peruenerit feudũ, poterit illud retinere donec viuat Vasallus, arg. l. peto, in §. prædiũ. ff. de lega. 2. & in l. fundus. ff. de actio. empti. quam opinionem sequitur Curtius in dict. iiij. parte, nume. 102. Albertus Bru. in consil. xxxvij. nume. 1.

7 Septimò limita in iuramento, nam Vasallus. litigans potest deferre iuramentum aduersario super re feudali sine consensu domini. Ita tenet Romanum in l. iusiurandum ex conuentione. §. 3. ff. de iureiurando. reprobando ibi Gulielmum de Cuneo. Ratio est, nam

nam iuramentum & transactio æquiparantur, vt in l.4.ff. de iureiurando, sed Vasallus potest transigere, vt suprà dixi, ergo deferre iuramentum, quod tamen intellige per Curtium in dicta quarta parte, nume.100.

8 Octauo limita quando feudum alienatur in augmentum ipsius feudi, & ad vtilitatem domini, tunc potest alienare sine consensu domini, vt si feudatarius habens filios vendat feudum non habenti filios, & sic citò recasurum est feudum domino, tunc valet venditio, vel iuuenis vendidit feudum seni, cùm senes præsumantur citius mori quàm iuuenes, ut in l.hæreditatum.ff.ad legem Falci.& sic in similibus casibus, Ita tenet Andr.de Iser.in c.j.§.econtrario.de inuestitura de re aliena facta, & in c.j.an ille qui interfecit fratrem domini sui, & in dicto c.imperialem.in princ. quam opinionem sequitur Matthæus de Afflictis in d.c.imperialem.in 6.notab.nu.55.& in §.præterea ducatus.nume 69.& in deci Neapoli.232.nu.6.Pau.Parisius in consi.2.nu.10.vol.1.Thom.Gram.in consi.10.nu.6.8. & 9. & in consil.149.nume.4. in consilius ciuil. Pro qua opinione facit tex.in l.3.ff. de nora. vbi in augmentum & vtilitatem suam ille cui bonis est interdictum potest alienari. Bonus text.in l.si quis in graui.§.cum hi.ff. ad Syllania. vbi si seruus probetur distrahi, talis prohibitio non extenditur ad alienationem quæ expediens est communi vtilitati. Facit etiam pro hoc, quia prohibitio alienationis feudi fuit inducta ne feuda diminuantur, ergo vbi augmentantur non est prohibita talis alienatio, per regulam legis, quod fauore.C.de legibus. Quod tamen intelligo verum dummodò sit euidens augmẽtum domini directi, ita tenet Matthæ.de Affli. in dicto notabili xvj. nume.57.

9 Nonò limita non procedere in arbitro, nam Vasallus potest compromittere in arbitrum de re feudali sine licentia domini, ut in c.j. §.si inter.de lege Corradi.& in cap. an apud iudicem vel dominum quæstio feudalis terminari debeat.& in cap.j de inuestitura in maritum facta. & ita per illa iura tenet Curtius in dicta quarta parte, nume.98.

10 Decimò limita non procedere in seruitute reali, nam Vasallus sine consensu domini potest constituere in feudo seruitutem realem, vt in cap.j.§.quid ergo. de inuestitura de re aliena fact. Quod tamen intelligo verum in præiudicium ipsius Vasalli, nam resoluto iure ipsius & reuerso feudo ad dominum, nullum præiudicium affert domino talis constitutio. facit etiam gloss. in c.j.in §.præterea. de capitu. Corra.

Et quia in supradicta regula tractatur quòd Vasallus alienans feudum sine consensu domini priuatur feudo, alias quadraginta causas in quibus Vasallus potest priuari feudo ponit Francisc. Cur. Iun.in tract.feudorum, in 4.par.à nu 4.vsque ad nu.82.Septuaginta & duas causas ponit Matthæus de Afflict.in c.j.§.item si quis feudum, à nu. 22.vsque ad finem.

REGVLA

REGVLA XLI.

APPELLARI ab exequutore permissum non est, ut in l. ab exequutione. C. quorum appella. non recipi. & in l. ab exequutore. ff. de appella. De iure regio est text. in l. 52. in fin. titu. 18. par. 3. & in l. 161. Styli. Circa hanc regulam vide Spec. in titu. de appella. §. in quibus. num. 5. Hieron. Gratum in consi. 16. vol. 2. Aug. Beroum. q. cxxxj. Alexan. in consi. cxiij. vol. 5. num. 10. Carol. Ruinum in cons. 80. volu. v. Hanc regulam ponit Socinus in regula xxvj vbi eam limitat quinque modis.

1 Limita primò vltra eum, nisi exequutor excederet modũ, ut in c. nouit. de appel. vbi ponitur eadẽ regula cũ supradicta limitatione. idem probat tex. in d. l. 52. in fine. glo. in c. ad nostram. de appel. & in c. super quæstionẽ, in §. j. de offi. delega. in uerbo, exequutorem. & gl. in d. l. ab exequutione. Et quando dicatur excedere ponit glo. & ibi doct. in c. quod ad consultationem. in glo. fin. de re iudica.

2 Secundò limita quãdo exequutor quicquam dolo egit, vel si pars dolo obtinuerit sententiam. vt in l. 3. in §. si exequutor. ff. de negot. gestis. & ita tenet Specul. in d. nu. 5. & quamuis in d. §. si exequutor dicatur agi posse de dolo, tamen tutius est appellare.

3 Tertio limita quando pars allegaret transactionem factam post sententiam, & illam statim probaret, tunc exequutor non potest exequi, alioquin is ipse grauat, ideo ab eo appellari poterit, arg. text. in l. neque §. si. ff. de in ius voca. & in l. 2. ff. si quis cautio. Vel si quis probet sententiam nouatam, ut in l. 4. in §. ex conuentione. ff. de re iudica glo. in d. c. quod ad consultationem. quæ nouatio hodie non fit nisi hoc expresse agatur, ut in l. fin. C. de noua. Vel quando pars, in cuius vtilitatem est prolata, illi sententiæ renuntiasset, quod non potest facere si in causa matrimoniali lata sit, secundum Roma. in consi. 367. nu. 1. quia de periculo animę agitur, vt in ca. lator. & ibi glo. fin. de re iudicata.

4 Quartò fallit quando exequutor missus sententiam malè interpretatus esset, vt in d. l. ab exequutore. ita tenet Petrus de Ferrain pract. in forma exequu. sententiæ definitium in uerbo, publico nuntio. num. 10. vbi declarat qualem interpretationem possit exequutor facere.

5 Quintò fallit quando sententia lata fuerit contra absentem ex iusta causa, quia non potest ei imputari cur non anteà appellauerit, & ob id ab exequutore iustè appellatur, ut in l. si prætor. in § fi. ff. de iudi. c. cùm Bertold. de re iudi. Spec. in d. nu. 5.

6 Sextò fallit quando pendet restitutio in integrum post sententiã uel literis super supplicatione ciuili impetratis durante earum comprobatione, si vellet exequutor exequi, tunc ab eo licitè appellatur vt in l. j. C. de in integ. restit. postu.

7 Septimò fallit quãdo exequutor aliquid iniuriosè egerit, ut si lectos

ctos captos vel dolia capta causa executionis, malitiosè fregerit: vt in l. si quis prouocatione C. de appell. & in l. lectos. ff. de peri. & cómo. rei vendi. & in c. quia suspecti. iij. q. v.

8 Octauò limita quandocunque sententia lata est contra aliquem famosum artificem: nam propter artificium ipsius poterit populus suspendere exequutionem, & tunc potestas tenetur suspendere exequutionem, donec principem vel dominos vel superiorem consulát. iste est mirabilis casus in l. ad bestias ff. de pœn. & ita tenet Rom. in singu. dccxvij. quem sequitur Cæpol. in l. mercis appellatione. nu. 15. ff. de verbo. significa. & in Caut. j. nu. 1. facit text. in l. qui cædem. in versi. facilius ff. de sicar. & idem Cæpol. in l. si contra. nume. 18. C. de vsucap. pro empt.

REGVLA XLII.

Appellatione pendente suspenditur iurisdictio iudicis à quo, & sic interim nihil est innouandum: vt in l. appellatione. C. de appella. & in l. j. in princ. ff. nihil noua appella. pende. & in c. non solùm. de appella. lib. vj. & in c. post appellationem. §. ante appellationem. ij. q. vi & in l. xxvi. in fine, tit. xxiij. par. 3. & in l. iiij. tit. xv. lib. ij. fori. Hanc Regulam ponit Socin. cum vij. limita. in regula xxi. Vltra quem vide circa istam regulam Anto. Corset. in singul. incip. appellatio. vbi ponit alias septem limitationes, ex quibus quinque sunt diuersæ à limit. Socini: quas ad literam ponit Ioannes Constantinus, licet de Corsetto mentionem non facit, in glo. ad constitutiones regias Galliæ. articu. xxix. pagi. 66. Aliam limitationem ad hanc regulam ponit Ludo. Roma. in singul. clxiij. quas limitationes Corset. & Roma. refert Catel. Cotta in memora. iuris, in verbo, appellatione. & circa materiam huius regulæ vide, vbi notabiliter eam prosequitur, Octauia. in pract. Romanæ Curiæ, fol. 199. pagi. 2. cum aliis. Fran. Niconi. in repet. c. quoniam contra. in glo. fin. nu 12. cum aliis. Matth. de Afflict. in c fi. nu 35. quo tempo. miles. in Vsib. feud. Paris. in consi. xxviij. volum. iiij. num. 22. & 23.

Limita decimoquartò, & j. vltra eos, quando maritus in matrimonio quod iure non valebat possessionem copulæ carnalis habebat, pendente lite potest prohiberi ne ad inuicem rem agat post litem contestatam & testium publicationem seu probationem. Iste est casus singularis secundum Antonium ibi nu. 5. in c. laudabilem. vt lite pend. quem sequitur Roma. in singul. ccccxvi.

2 Secundò limita cùm hæres conuictus super legato appellat: quia non obstante appellatione debet cauere de eo restituendo: vt in l. postquàm. in §. Imperator. ff. vt legato. nomine cauea.

3 Tertiò limita si agatur actione personali, puta ex empto: nam si res petita alienetur, tenet alienatio. Nec obstat supradicta nostra regula, vbi status causæ non debet mutari: quia respondeo quòd non mutatur nec alienationi præiudicatur: quia perinde cõdemnabitur reus

si res

si res petita alienetur, ac si non esset alienata: Ita tenet Specu. in tit. de interroga. in §. nunc de interrogatione. nu. 8. Nec etiam obstat text. in Auth. vt nulli iudicium. in §. & hoc. collat. ix. vbi prohibetur iudex transferre possessionem rei petitæ ab vno litigantium in alterum: quia ibi non prohibetur quòd pars possit transferre in extraneum, licet iudex sic, & sic regula nostra debet intelligi in iudice, nō in parte in hoc casu, licet in aliis secus, secundum Paris. in c. dilectę. nu. 11. de exceptio. Nam pars non obstante appellatione potest vti iure suo quando agitur personali actione: sed si ageretur reali, tunc fateor quòd non possit alienari: non per generalitatem nostræ regulæ, sed quia res erat litigiosa & ita tenet Paris. in d. c. dilectæ. nume. 13. de exceptioni.

4 Quartò limita vbi ordinarius ignorat fuisse appellatum ad superiorem: vt in c. si duobus. de appellat.

5 Quintò limita, nam iudex post appellationem potest tempus legis moderari: vt in c. cùm sit Romana. in j. respon. de appellat.

6 Sextò limita non habere locum in casu. c. consuluit. el j. & c. reprehensibilis. de appella. vbi iudex post appellationem potest cogere appellantem ad prosequendam appellationem propriam intra certum terminum.

7 Septimò fallit in patrono præsentante duos in beneficio: nam si prius præsentauit vnum & ille appellauit ne præsentetur alius, potest nihilominus patronus alium præsentare appellatione pendente: & iudex à quo, admittit talem præsentationem. Ratio est, quia ante appellationem permittebatur sibi huiusmodi præsentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem: Ita tenet Abb. in c. pastoralis. nu. 3. de iure patro.

8 Octauò fallit in sententia excommunicationis: quia ea non stante potest iudex à quo, denuntiare & publicare excommunicatum vt ab omnibus euitetur: Ita probat text. in c. pastoralis. in §. verùm. & ibi Abb. & Philip Fran. in j. notab. de appel. Ioan. Andr. in c. venerabilibus. in §. attamen. de sent excom. libr. vi. Angel. in l. per hanc. C. de tempo. appel. & in d. l. j. ff. nihil noua. appel. penden. item etiam iudex potest interim priuare excommunicatum fructibus sui beneficii & distributionibus quotidianis. ita tenet Abba. in d. §. verum. nu. 17. quem sequuntur ibi Io. de Imol. & Philip. Franc. Quod tamen est verum quando appellatur ab ipsa sententia excommunicationis: secus si appelletur à declaratoria iudicis, per quam declarat aliquē incidisse in sententiam excommunicationis: quia tunc appellatio suspendit, & iudex nihil poterit interim innouare. ita concludit Felin. in c. cum non ab homine. nu. 12. de iudi. vbi allegat aliquos Doc. idē tenentes. Item potest innouare iudex absoluendo ab excommunicatione, non obstante appellatione: secundum Abb. in c. qua fronte. nu. 5. & in c. quæstioni. nu. 6. eo. tit. etiam si appellans non renuntiet appellationi, vt ibi habetur. Quę omnia supradicta intelligo quando quis appellat ab excommunicatione iam lata: secus quando appellat

pellat à futuro grauamine,& sic à censura futura:quia tunc excommunicatio posteà lata est ipso iure nulla:vt est text.& ibi Do. Abba. & Philip.Franc.in j.notab.in cap.dilecti.el.ij.de appellat.& in c.solet.de sentent.excommuni.libr.vi.& ita concludit Angel.in consil. clxxxviij.& Paul.Parif.in consi.xxviij.volum.4. & in c.Apostolicæ. nume.30.de exceptio.quod procedit etiam in appellatione extraiudiciali:vt in d.c.dilecti.

9 Nonò limita quando debitor qui appellauit,fuit ex noua causa factus suspectus de fuga:quia etiam appellatione pendente potest capi per creditorem sicut anteà poterat. Ita tenet Angel.in repet.l.nemo carcerem.versi.item quæro quid si lite pend. C.de exacto.tribu. li.x.quē sequitur Ias.in l.si ab arbitro.nu.6.ff.qui satisd.cog. Alex.in consi.cv.nu.31.in.3.vol.pro qua opin.allegant glo. in l.fin.in verb. fideiussionis.C.de feriis.rectè intellecta:vbi secundum eos lis pendebat,& ita dicunt quod debet obseruari : quam opinionem tenet etiā Philip.Franc.in c.cum teneamur.nu.13.de appella.

10 Decimò fallit in omnibus casibus in quibus de iure appellare nō licet:quia tunc appellatio non suspendit effectum sententiæ , & potest iudex à quo innouare, secundum Innoc.in c.pastoralis.nume.3. de offic.deleg.glo.in c.non solùm.in verbo,casibus, de appellat.lib. vi.& per totum.C.quorum appella.non recipi.Bal.in c.sancimus.j. col.quo tempo.mil.in Vsib.feudo. Quod tamen intelligo, nisi in talibus casibus prohibitis appellans allegasset aliquam iustam causam ex qua deberet admitti eius appellatio:quia tunc iudex tenetur eius appellationi deferre & non debet interim innouare:glo.est in c.Romana.in §.si autem.& ibi Domi.in fi.de appella.lib.vi. Abb.in cap. consuluit.el iij.in j.notab.de appella.

11 Vndecimò fallit in eo qui detinetur in carcere pro crimine in quo fuit condemnatus:quia licet appellet à sententia , tamen adhuc potest detineri.Ita tenet Bal.in l.si clericus.nu.6.C.de episc.au.Spe.in tit.de appel.in §.nouissimè.nu.1.Alex.in addi.ad Bar.in l.j.ff.de custo.reo.Bar.in l.ab exequutione.C.quorū appel.non recipi.nu.3.Et iste carceratus est remittendus ad iudicē appellationis,& debet mitti cum custodibus & expensis ipsius carcerati:ita tenet Bal.in l generaliter.in §.is de præsentibus.num.4.C.de reb.credi.& iureiur.Et licet pendente appellatione exequutio corporalis non debet fieri, vt tenet Barto.in l qui vltimò.nume.5.ff.de pœn.hodie tamen de iure regio bene potest,vt in l.cj.& in l.clxiij.in legib.Styl.

12 Duodecimò limita in factis notoriis:nam in talibus appellatio nō suspendit exequutionem sententiæ:secundum Doct.in c.cùm sit Romana.in § prætereà.de appellat.gloss.in c.Romana.in § si autem.in verbo,notorio.de appella.lib.vi.& hinc dicimus quòd notoriè criminosus non auditur appellans, & eius appellatio non suspendit, vt habetur in c.proposuit.de appella.Dec.post Abb.in c.consuluit nu. 5.eo.titu.Anto.de Butr.in tracta.de notorio.artic.iiij. nu.53.Bald.in l,j.num.10.C.ne ex delict.defuncto.

Decimotertiò

13 Decimotertiò fallit, nam iudex in fauorem appellantis potest innouare:secundum Innoc.in c.quia propter.de electio.num.13.quem sequitur Socin.consi.xlv.nume.6.in j.volum.

14 Decimoquartò fallit quo ad impediendam absolutionem ab excommunicatione.vt in c.qua fronte.& ibi Abb.& Doc.de appella.

15 Decimoquintò.quando sententia fuit lata contra possessorem beneficii in Curia Romana: quia tunc interim si fuerit appellatum,interim beneficium sequestratur per ordinariũ loci : iuxta tex in Cle.j de sequestra.possesf & frust.nam tunc interim si ab ordinario appelletur,potest procedere ad sequestrum non obstante appellatione,secundum Cardinalem in d.Clem.j. nume.17.

16 Decimosextò fallit quando appellatus attentaret aliquid in præiudicium appellationis:nam potest iudex à quo, se intromittere,nõ obstante appellatione: puta si appellans turbaret aduersario possessionem:nam potest iudex à quò, reformare sibi possessionem:vt in c.cùm teneamur.de appella.& ibi Abb.nu.5.

17 Decimoseptimò fallit,nam iudex à quo, generaliter potest intentare omnia illa quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis:non tamen cognoscẽdo de viribus appellationis: Vt tenet Abb. per illum text.in cap.ex literis.nume 4.de matrim. contract contra interdict.eccles.& in c.cùm teneamur.in j.notabi. de appella.Felin. in consil.xiij.nume.3.

18 Decimooctauò fallit quo ad taxationem expensarum: quia iudex à quo,potest pendente appellatione taxare expensas in quibus condemnauit:quia tunc non dicitur innouare,sed potiùs declarare pronuntiatum.Ita tenet Lapus in allega.lxxij.incip.in causa matrimoniali.Felin.in consi 13.nu.2.

19 Decimononò fallit in eo cui factum est mandatum vt veniat ad residendum in loco beneficii:quia si interim appellat , potest iudex à quo,pendente appellatione ponere substitutum in dicto beneficio, qui interim nutriatur de fructibus illius beneficii:vt est text.in cap. peruenit.el 2.de appella.

20 ¶Vigesimò limita in sententia lata contra officialem in syndicatu . quia non suspenditur per appellationem , vt est lex nostra regia in Pragmatica 57.ver.lxvi.in volu. Pragmaticorum. idem habetur in petitione.xv. Toletana,Anni 1539. quod tamen intellige dummodò sententia non excedat quantitatem ibi positam.

21 Vigesimoprimò fallit contra administratorem alicuius loci pii : quia si fuit condemnatus ad reddendum rationes , & appellauit,potest interim iudex à quo ipsum constringere, non obstante appellatione:Ita notabiliter tenet Aug.in Auth.de sanctis.epis.in §.œconomos.nu.28.colla.ix.

22 Vigesimosecundò fallit quando fuit à iudice terminus præfixus ad persequendam appellationem,vel ad se præsentandum coram iudice ad quẽ:nam licet pendente appellatione censeantur ligatæ manus iudicis,nõ tamen censẽt ligatæ quo ad hoc ut post illud tẽpus, cùm

cùm appellatio remaneat deserta, possit ipse iudex sententiã exequi, vel in causa ipsa procedere.c. personas. & ibi Abba. & Præposi in c. oblatæ. & in c. reprehensibilis. & in c. sæpe. & in c. cùm sit Romana. versi quòd si is de appellatio. & ita tenet Specul. in titu. de appella. in §. nouissimè. nu. 1. versi. xv. & xvj. Cardi. in Clem. nu. 119. q. xxij. de appella. Bartol in l. præses. C. de appellatio. Paul. Parisi. in consi. cviij num. 52 volum. iiij.

23 Vigesimotertiò fallit, nam Pendente appellatione potest iudex à quo, examinare testes senes vel valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam: & non dicitur innouare: Ita per plura fundamenta conclu dit Matthæ. de Afflict. in constitut. Neapolit. lib. 2. Rub. xxxij. num. 1. cum aliis.

REGVLA XLIII.

Appellatio iusta & licita non tollitur à Principe sine causa Ita probat tex. in c. qui scit ij. quæstio. vi. vbi colligitur quòd appellatio est permissa de iure diuino: de cuius intellectu vide sanctum Thom. 2. 2. quæst. lxix. articul. iij.

2 Secundò probatur hæc Regula: nam iusta appellatio est defensio innocentis, vt in ca. cùm speciali. de appella. cùm sit de iure naturali, vt habetur in l. vt vim. cum simil. ff. de iusti. & iur. & in Clem. pastoralis. de re iudic. & Princeps sine causa non potest tollere defensionem, vt notatur in d. Clemẽ. pastoralis. ita eodem modo non potest tollere appellationem.

3 Tertiò probatur hæc Regula: quia per appellationem reparatur ius illius qui habet sententiam contra se. quia si apparebit, iustè appellasse, extinguit pronuntiatum: vt in l. j. in fi. ff ad Turpil. sed Princeps sine causa non tollit ius alterius. l. quoties. C. de preci. Impera. offere. & in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. pub. & ideò dixi quòd sine causa non potest Princeps ius alterius præiudicare, cùm ipse fateatur secundum leges viuere: vt in l. digna vox. C. de legib.

1 Fallit primò nisi iusta causa subsistente, scilicet quando aliàs tumultum sedare non posset: quia tunc princeps posset tollere appellationem: Argumento tex. in l. qui cædem. ff. de sicar. Pro quo facit, quia Princeps cum causa potest dominium rei alienæ tollere & dispensare contra ius gentium naturale & diuinum: vt copiose congerit Feli. in c quæ in ecclesiarum. nu. 2. cum aliis, de constit. Ferdinan. Loazes in tract. de matrimonio Regis Angliæ, in 2. dubitat in solut. ad fundamentum 2. partis negatiuæ, nu. 4. latissimè Nicol. Belon. in consi. ij. per totum.

2 Secundò limita quando sumus in casibus in quibus non admittitur appellatio: de quibus per Azo. in tit. quorũ appel. non recipiã.

Est tamen notandum quòd in casibus in quibus non admittitur appellatio ab aliqua sententia, poterit pars querulari: vt est gloss in c. querelam, in gloss. j. de procur. quam vltra Doct. ibi sequitur Ioã. Constan.

Constan.in glo.ad constitu.regias Galliæ, articul.cxxxv. col.2.& l. xi.tit.xvi.lib. iii.ordinamenti.

3 Tertio limita quando appellatur à sententia Regis vel eius magni consilii,tunc non admittitur appellatio:vt in l.1.in prin.ff.à quibus appe.non licet.& in l.j.ff. de senten. præfect. præto. in quo est notādum quòd solum de gratia admittitur supplicatio, vt in Auth. quæ supplicatio.C.de præci.Impera.offere.& in Auth.vt sponsa.largi.in § ad hæc.collat.ix.& ita notab.tenet Hippol.de Mar.in l.vni. nu.16.C.de raptu virg.Paul.Parisi.in i.uol. consil.cxviii.nu.4. & in 3.vol.consi. 54.nu.39.De iure Regio est tex. in l.xii.titu.24.par. 3. in l.clxxiii.Styli.& in l.21.de Madrid.

4 Quartò limita quando Princeps scribit rescriptum committendo causam appellatione remota: quia tūc solum videtur tollere friuolam appellationem.Secundum Bartol.in l.i.in §.interdū. ff.a quibus appe.non licet.nu.3.habetur in c.pastoralis. & in c.vt debitus. de appellat.& in c.licet in corrigendis. de officio ordina. per Ioan. Andræ.in c.fi.de appella.lib.6.

5 Quintò fallit de plenitudine potestatis : Ita tenet Bald.in procœ. Grego. num.4. vbi dicit quòd in Principe est plenitudo potestatis, quòd quando aliquid vult ex certa scientia, non potest ei dici, cur ita facis?idem tenet idem Bal.in prælud.feudo.nu.34.& in l.fin.col. j.C.senten.rescin. non pos. sed ante Bald. istud fuit notabile verbū Specul.in titu.de locato.in §.nunc ostendendum. versi.lxxxix. pro qua opinione est text.in cap.in memoria.xx.distinct.facit quod notat idem Bald. in cap.cum super. nume.1.de causa posse.:& propri. quòd Princeps ex certa scientia super ius.& contra ius,& extra ius omnia potest:quem sequitur Ias.in l.i.nu.2. ff.de consti.princi. pro qua opinione est text.in l. qui in prouincia . in §.diuus. ff. de ritu nuptia. Ex quo apparet verum esse dictum Angel. in l.item si verberarum.in §.i.ff.de rei vendica.vbi dicit quòd Princeps potest mihi auferre dominium rei meæ, etiam nulla causa subsistente, & qui contrarium dicūt,mentiuntur.idem tenet idem Ange. in l.3. in §. si is pro quo.ff.quod quisque iur.& in l.2.C. de quadrie præscript. Bald.in l.rescripta.colum.fin.C.de precib.Impera.offere. & in l.2. col.vii.C.de seruitu.& aqua. quam opinionem sequitur latius comprobando Philip.Dec.in consi cxci.nu.4.& in consil.cxcviii.nu.2. & in consil.cclxii.nu.12.& in consi. cclxix.nu.7.Barba. in c.quæ in ecclesiarum.penult.col. de constitu.& in iiii.vol. consi.lxiiii.Curt. Iun.in consi.1.nu.19 Nicola.Belon.in d.consi.ii.nu.7. & Iacob. de Leona.in consi.cxiiii.num.43.inter consilia Alberti Bruni,vbi not. in materia.

Et facit etiam in fauorem huius limitationis: nā Princeps si vult potest legitimare post mortem patris filium naturalem, non requisitis his de quorum præiudicio agitur: Ita probat text. in l.2.in fin. ff.de nata. restituen. inquantum probat text. ille quòd Imperatores non facile solent quenquam natalibus restituere,nisi consentiē-

D te

te patrono:innuit ergo text. ille quòd si Imperator vult, potest: licet cum difficultate hoc faciat. & ita per illum text. notab. tenet Bart.in l.Gallus.in §. & quid si tantùm.ff.de libe.& posthu.nume. 14.quem sequuntur ibi Doct. præcipuè Ias.in j.lectu. nu. 140. eandem opinionem tenet Bald.in l.nam ita diuus.in j.col.ff.de adopti. & in l.2.nu.39.C.de seruitu.& aqua. & in l.fin.C. quibus res iudic. non nocet. Abb. vbi refert se ita consuluisse,in c. cum olim.nu.16. de re iud.& ita consuluit in j.uol.consi.lxxxiiii.nu.6.Alex.de Imol. in j.uol.consi.ij.nu.14.Soci.consi.cxx.nu.8. in iii.volu. & alii Docto.relati per Felin.in c.cum olim nu.16. pro qua opinione est tex. in l.ii.in §.si quis à Principe.ff. ne quid in loco publi.vbi probatur quòd licet Princeps non possit aliquid concedere in præiudicium iuris alterius,tamen si concesserit,valet.Facit etiam text.in c.quan uis. de rescript. lib.vj. vbi probatur quòd restitutio Principis, vbi aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni: ergo si aliud exprimitur potest fieri cum præiudicio iuris alieni. Pro qua opinione est gl.notab.in l.relegati. in gl.fin.ff.de pœn.ubi probatur quòd sola voluntas Principis dicitur iusta causa.quam gl. sequitur ibi Bart.Iason in l.testamentum.nu.2.C.de testamen.& in l.quo minùs.nu.6. de flumini. Alex. de Imol.in l. quidam consulebant.ff.de re iudi.nu.11.& simi.gloss. de iure Canonico in c.si gratiosè.in verbo, à Romano Pontifice, de rescript.lib.vj. & in c.si eo tempore in verbo.& quamuis.de electio. eod.lib. Facit etiam ultra omnia supradicta tex.expressus in d.l.quo minùs.ff.de flumi.vbi probatur quòd cuilibet est licitum aquam ducere de flumine publico. Ratio est, quia licet hoc facere authoritate iuris gentiū, quo iure flumina & eorum vsus & iura sunt publica & vsui publico cuilibet:ut in §. flumina.& in §.riparum.Institu. de rerum diuisi & in l.fluminum.in princ.ff.de dam.infect.Sed text.in d.l.quominus.dicit hoc esse verum nisi Imperator vel Senatus vetet:& sic expressè probat hanc limitationem.

Et idem quòd dictum est de appellatione, extendo etiam habere locum in citatione: nam licet citatio sit de iure diuino, vt patet in Gene.c.iii.& etiam de iure naturali,vt in Clem.pastoralis. in §.cæterum. de re iudi. tamen Princeps potest tollere citationem, & sic actus uel processus factus à Principe sine citatione valet. ita tenet Bald.in l.cum cessante.in princ.C. quomodo, & quando iud.quem sequitur Alex. in consil.2.nu.9 uolu.j.Petrus Belluga in suo Spec. Principum.in Rubrica xj.§ restat.nu.4. facit glo.in c.apostolicæ. xxxj.q.ix. ex quo apparet malè dixisse Felin. in d. c. cum olim.nu. 13.de re iudi.vbi tenet quòd Princeps de plenitudine potestatis nō potest procedere parte non citata. Et ratio quare Princeps potest procedere sine citatione est, quia in principe semper præsumitur causa:ut suprà dixi. & hoc etiam tenet Cin. & Bald.in l.rescripta.in iii.col.C.de prec i.Impera.offeren.& in l.fin.C. si contra ius uel uti.public.Anto.& Imol.in c.cum inter. de renuntia.Floria. in

l.si

l.si irruptione.§.ad officium.nu.6.ff. finium regundo. & alii Doct. relati per Ias.in l.si testamentum.nu. 3.C.de testamen. & per Hippol.in sing.vi.Ex quo Cinus in d.l.rescripta.dicit quòd si Princeps sine causæ cognitione mandat alicui ut aliquem suspendat, potest ille sine peccato exequi: quia præsumitur pro Principe quòd iustè procedat:facit text.in l.si vendicari.C.de pœnis. & in c.cum apud Thessalonicam. xi. q. iii. & illud dictum Cini dicit esse notandum Abb.in c.cum olim.nu.23.de re iudi. Secunda ratio est, quia quã do Princeps facit actum sine citatione partis simpliciter, debet valere & tenere omnino. Ratio rationis est, quia si Princeps facit actum qui non possit valere nisi fiat de plenitudine potestatis, semper intelligitur fieri de plenitudine potestatis,vt actus magis valeat quàm pereat.ita notab.reperio.consuluisse Paul. de Cast. in consil. cclxxxiii.nume.2.uolu j.& in l.ex imperfecto.§C.de testamen. quẽ sequitur Alexan. in l.quanquam . nume.1.C.de testamen. mili.Felin.in cap.j.nu.27.de constit.& in c.cum inter.nu.7.de exceptio.& in c.in causis.nu.2.in fin.de re iudi. Hippo. in l.de vnoquoque.nu. 20.ff.de re iudi.& in singu. lxxxiii.

Et hanc limitationem secundò extendo ut habeat locum etiam in recusatione:nam licet recusatio iudicis sit de iure naturali, ut in c.quia suspecti. iii. q.ix. Princeps tamen de plenitudine potestatis potest tollere recusationem. Hoc fuit notab. verbum Inno.in cap. transmissæ.de fo.comp.quem sequitur Specula.in tit.de recusatio. in §.j. Lapus in c.iudex ab Apostolica.de offi.deleg.lib.vj.Bald. in l.fi.C.de senten.& interloq.omn. Ang.& Imo.in l.j.in §.interdum. ff.à quibus appel.non licet.Hip.in sing.ccxcii.

REGVLA XLIIII.

APPELLARE à sententia lata super possessorio nõ permittitur,vt in l.j.C.si de mome.posse.fue.appella.& in c. vlti.§.de possessione.ij.q.vj. Quæ regu.habet locum in omni possessorio, siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, secundum Bart. ibi notatur in l.quisquis.C.quorum appellationes non recipiantur.plenè per eundem Bart. in l.ij.nu.3.ff. de appella. recipi. text.in c. ex conquestione.& ibi Bald.de restitu.spolia.& in c.super eo.el ij.eo. tit.gl.in cap.cum ad sedem. in verbo, interdictum. in uersi.& nota per hanc Decretalem. eod. titu. Et hæc est uera regula & communis opinio secundum Augustin. Bero. in q.lij.nu. 8. & ex adductis per Tiraque.in tracta.de morte,in vj.par.declaratio.vj.nume.5. Castellinnus Cotta in memoralibus iur. in uerb. appellari. el j. Sebastia.Vant.in tract. de nullitate sentent. rubr.iiij. quis possit dicere de nullita.nume.34.Ioan. Constan.in gloss. ad constitutiones Regis Galliæ, articu. lxij. licet contra eam teneat Ioannes Corasius in Paraphrasi ad text.in l.naturaliter. in §.nihil commune. nume. 8.ff.de acquirenda possessione. Hanc regulam cum quinque limita-

mitationibus posuit Socinus in regu. xviii. eandemmet regulam cũ tribus aliis limitationibus ponit Bernar. de Luco in reg.xxxvi. & ibi refert Antonium Nicellum in concordantiis glossarum, in concordantia vi.nume. 26. vbi limitat hanc regulam vno & viginti modis.

1 Primo limita vltra eos, nisi sententia feratur per verba negatiua, in casu l.fin.C.de edicto diui Adria.tollen.nam licet à sententia lata in casu illius l.in iudicio possessorio adipiscendæ, vt est glo.ibi in verbo, missus est post principium, non possit appellari per l.quisquis.C.quo.appellat.non recip. tamen, vt supra dixi, quando sententia lata est per verba negatiua in isto possessorio, vt quia iudex pronuntiauit actorem non esse mittendum in possessionem: ab hac sententia bene poterit appellari. Istud fuit notabile uerbum Ange. vbi dicit se ita multoties practicasse, in dicta l.quisquis. nu.3. quod dictum tanquam notabile & stupendum, vbi etiam dicit se ita practicasse, refert & sequitur Iacob.de sancto Geor. in dicta l.fin.num. 56. & illud etiam tanquam notabile & menti tenendum refert Andræas Tiraquellus in tracta. de morte.in vi.parte, declaratione vi. nume. 3.

2 Secundo limita in sententia sequestri faciendi, quia licet sit super possessione, potest tamen ab ea appellari. Ita notabiliter concludit Angel.in consi.cvii.nu.3.

3 Tertio limita in sentẽtia definitiua: secus in interloquutoria, quia ab omni interloquutoria lata in possessorio ante sententiam potest appellari. Secundum Angel.in consi.xlvi.nu.4.& in consi.138. Riminal. in l.prima nume. 2. C. de bonorum possessio. secundum tabulas.

4 Quartò fallit quando possessorium tractaretur per uiam contractus, & non per momentaneum iudicium: quia tunc potest appellari. Ita notabiliter concludit Bald. in consil.ccx. nume.5.in 5.uolu. suorum consil.

5 Quintò fallit quando iniustè & sine causa aufertur alicui possessio; quia tunc potest appellari. Ita concludit Abb.in consi.55.in principi.in ij.uolum.

REGVLA XLV.

Appellari ab omnibus iudicibus, tã ordinariis quàm delegatis, regulariter potest. Hanc reg.probat tex. in c.oẽs.& in c.ad Romanam.ii.q.6.ita tenet Spec.in tit.de appel.in §. uidendũ, in princ. Non enim iudici iniuriam facit is qui ab eius sententia appellat, ut in l.& in maioribus. C.de appellat. cum enim appellatio sit quædam defensio quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, ut in l.prima ff.de appel.& in dicto cap.Romanam. & sic debet regulariter omnibus cẽleri permissa. & quòd sit defensio probat tex. in cap.cum speciali.in §.porro.de appel. Circa quam regu. uide Soc.

Soc.in consi.195.nu.1.cum seq.in 2. volu. Ias.in l.j.num.17.ff. quis caut. Octau.in practica Roma.Curiæ, lib.7.fo.152. Tiraquel. in tracta.de morte, in 7.par.declara.7.nu.9. Pau.Pari.in consi.xxviij. nu. 11.volum.4.

Hanc regulam limita cxxj.modis, vt per Anto. Nicellum in tracta.de concord. glo.in concord.6.à nu.15.vsq; ad fin. Quam regulam cum suprádictis limitationib.ponit Bernard.de Lucio in regu. xxxv.& circa istam regu.vltra eum vide Matth.de Afflict.in constitu. Neapo.in præludijs, in q.xxv.per totam. & circa hanc regulam vide notab.Robe.Marran.in tract.de ordine iudiciorum, in 6 parte, in actu 2.nu.255.cum seq fo.278.colũ.3.vbi etiam eam limitat pluribus modis.

REGVLA XLVI.

APPELLARI à statuto facto in odium vel præiudicium particularis personæ potest. Hanc rugul.ponit Bart.in repetit.l.omnes populi.nu.53.ff.de iust.& iur. Deci. in c.cùm omnes.in j.lectu. nu.15.de constitu. Ias.in l.j.nu.3.cum seq.ff.de legib.Fran. de Ripa in lib.j.respon.c.xxij.nu.4.facit quod notant Abb. & Doct. in c.vestra de loca.Bartol.& Doct.in l.j.ff.quando appellan.fit.

BASTARDI non dicuntur nobiles,nec notabilitas patris in eos descendit. Hanc regulam ponit Bartol.in l.j.nu.50.C. de dignitatibus.lib.12. Eandem regulam ponit Bald. in l.cùm legitimæ.ff. de statu hominum vbi dicit quòd bastardi nobilium,etiam ex persona matrum non sunt nobiles.idem tenet idem Bald.in c.innotuit. num.15.de electio.& in l.cum antiquioribus.nume.8.in 8.quæstio. C.de iure deliber.Antonius de Butr.& ibi Prępo.in 3. notab.in ca. per venerabilem.qui filij sunt legitimi. Eandem opinionem tenet Bartol.in l.pronuntiatio.in §.familiæ.ff.de verborum signif. & in l. tutelas.ff.de captis diminutione. Florianus in l.qui testamentum. num.11.ff.de probationibus.Franc.Aret.in cap.super eo.el 2. num. 11.de testibus.& ibi Felinus nume.5. idem Felinus in cap. in præsentia.num.23 de proba.Guido Papa decisi.ccccclxxx.Carol. Ruinus in consil.lxxvij.nume.7.volum.3.text. & ibi gloss.in cap.vnico, & ibi gloss.in verbo,liberi.in fine,de baptis. Circa quam regulam vide notabiliter Guliel.Bened.in repet.ca.Raynutius.in verbo, Raynutius de Clera.num.30.cum seq.Idem disponitur de iure nostro regio in l.3.tit.15.parte 4.

Hanc regulam ponit Andræas Tiraqu.in tract.de nobilitate.cap. 15.nu.10.vbi notabiliter tractat materiam:& ibi in nu.17. vsque ad nu.31.ampliat eam dupliciter,& limitat etiam dupliciter. In quo est notandum,quòd in j.ampliatione quam ibi ponit,dicit suprà dictam regulam procedere etiam si filius sit legitimatus,quia nihilominus non dicuntur nobiles, quod de iure nostro regio hodie est correctum, imò si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate parentum. ita probatur in l.9.in fin.titu.15.parte 4.& in l.14. Tauri, in fine. Quod tamen intelligo verum in filiis spuriis vel adulterinis, quia filij naturales tantùm, etiam sine legitimatione, hodie gaudent notabilitate parentum. ita probatur in l. j. titu. 11. parte 7. & in l.vij. in fine, titu.xxij. libro 4. fori. Est tamen notandum, quòd suprà dicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ,

vt suprà dixi, est correcta per tex. in l. ix. in fi. ti. xv. par. 4. & per tex. in d. l. xij. Tauri. approbatur hodie & procedit non obstantibus suprà dictis legibus, per prag. ix. anni. 1554. in qua dispositum fuit, quod quandocunque aliquis filius natus fuerit ex damnato coitu, tam ex parte patris quàm ex parte matris, etiam si sint legitimati, non gaudeant nobilitate parentum, sed tenentur contribuere sicut si legitimati non essent.

REGVLA LXX.

Beneficium ecclesiasticum pacificè per triennium possidēs, non potest molestari in possessorio neque in petitorio. Tex. est qui hoc probat in Clem. j. de sequestr. possess. & fruct. & ibi glo. in verbo, triennio. & in regula Cancella. de triennali possessore. Circa quam regulam vltra Gome. ibi, vide Boer. in decis. xxiiij. Ioan. Igne. in repet. l. necessarius. in §. non aliàs. nu. 286. cum seq. ff. ad senatusc Syll.

Quam regulā amplia xxiij. modis, & limita xx. modis, vt per Pet. Rebuff. in tractatu de pacificis possesso. à nu. 3. vsque ad finem.

REGVLA LXXI.

Beneficia plura quis non potest habere, & per ademptionē secundi vacat primum. Hanc regulam probat tex. in Clem. gratiæ. de rescrip. in c. de multa. de præb. & in c. j. & ij. xxj. q. j. & in c. sanctorum. lxx. dist & in c. quia in tantum. & in c. ad hæc. & in c. præterea. de præb. & in c. vnio. in §. sed. & hoc. x. q. iij. Probatur de iure regio in l. iij. tit. xvi. parte 1. Circa quam regulam vide Io. de Lignano in tract. de pluralitate beneficiorum. nu. 1. Curiel. in tract. de pluralitate beneficiorum, per totum. notabiliter Bern. de Luco in pract. sua crimi. c. xlij. Lamberti. in tracta. iuris patro. in j. parte. ij. libri, in vij. q. prin. ar. xv. August. Berous in quæst. lxxx. nu. 1. cum aliis. Aluarns Pelagius in lib. suo de planctu ecclesiæ, art. ix. in fi. Pau. Paris. in c. cū ecclesiasticæ. nu. 5 de except. cum seq. & notab. Io. Nicol. Gimōteus in tract. de pluralitate benefic. à nu. 1. vsque a l nu. 22.

1 Amplia primò non solùm vacare beneficium, sed etiam ipso iure vacat per additionem secundi. Ita probat tex. in Extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, execrabilis. in §. quia verò. & ibi glo. in verbo, ipso iure. in Extrauagan. communibus. in tit. de præben.

2 Amplia secundò procedere etiam in dignitatibus supremis, vt in episcopatibus. vt in c. cum in cunctis. in §. cùm verò. de electio. & in c. sicut. de excessi. prælat. & per totum de transactione episcopi. ita tenet Ioan. Nicol. Gimon. in d. tract. num. 2. & notab. Lamberti. in tracta. iuris patrona. in j. par. 2. lib. in vi. q. prin. art. xv. nu. 5. cū aliis.

3 Amplia tertiò, vt procedat hæc regula in Cardinalibus. Ita tenet Abb. in c. ecclesia. el ij. num. 3. de electio. quam opinionem sequitur Felin. in c. ad aures. num. 11. de rescrip. & in c. quòd super his. de fide instrumen.

instrumen.quam opinionem per plura tenet Gome.in procemio regularum Cancella.q.4.versic.ex quo infertur. & in regula de impetrando beneficia vacantia per obitum Cardinalis. q.12.

4 Amplia quartò procedere etiam in aliis inferioribus dignitatibus,vt in diaconatu & archidiaconatu,& similibus : vt in c.sicut.de excessi.præla.& in d.c.de multa.de præben.& in d. extrauag. Io.22. in §.quibus.& in Clemen.quia regulares.de supplen. negli. præla.& ita tenent doct.in c.cùm singul.de præb. Domi.in c.gratia quam.de rescrip.lib.vi.Ioan.de Imo.in d.Clemen.gratiæ.nu.12. de rescript. Abbas in repet.c.extirpandæ.§ quia vero.nu.30. de præben. Lapus in alleg.116.nu.2.Feder.de Senis,consi.cxx.& cxxxv.& clv.Bernardus de Luco in d.c.42.pagina 73.Ioan.Coras.in tractatu de sacerdotibus in 1.par.c.x.num.5.

5 Amplia quintò procedere in beneficiis simplicibus vniformibus sub vno eodemque tecto:nam & in his est prohibita pluralitas. tex. in c.literas.de concessio.præben.& in Clemen.fin. de præbend.vt si quis velit habere duos canonicatus vel duas præbendas in vna ecclesia,non potest per dicta iura:etiam si vna illarum sit connexa dignitati:per text.cum gloss.in d.Clemen.fina.neque episcopus in hoc casu potest dispensare,secundum eandem gloss. communiter approbatam,iunctis quæ ponit Abb.in c.literas.de concessio. præbend.nu.2. & 3.& in c.cùm iam dudum.nume.9. de præben. etiam si de hoc sit consuetudo:vt tenet Cardina.in consi.53.incipien. casus talis est.in princ.& nume.4.& in Clemen.vt hic.in § illi verò.nume. 18.de ætate & quali.& ibi Ioan.de Imol.num.33. Quod tamen intelligo verum in duobus canonicatibus vel dignitatibus quæ in vna ecclesia quis non potest habere,nec valet consuetudo,sed hodie de consuetudine quæ valet potest quis habere in vna ecclesia duo beneficia simplicia,scilicet,dignitatem & canonicatum: quæ quidem consuetudo valet.tex.& ibi gl.in c.1.in verbo,nisi vnicum.de consuetu.lib.vi.& in c.super eo.in gl fi.de præben.li.vi.facit tex.in c.eam te.de rescri. & ita tenet Paul Paris.in 4.vol.consi 4.nu. 15.notabiliter Lambert. in tracta.iuris patro.in 1.part.2.lib.artic.xv.7.q.prin. nume.5. In quo tamen est notandum quòd licet tex.in d. Extrauagan.execrabilis.dicat quòd quando quis obtinet plura beneficia est ipso iure priuatus ab ambobus,hoc debet intelligi in beneficiis curatis:sed quando quis habet beneficium simplex & obtinet aliud beneficium simplex, tantummodò est priuatus secundo beneficio , & potest habere primum:& sic in beneficiis simplicibus prædicta Extrauagans non habet locum . Ita notabiliter determinat Cassiador. vbi dicit quòd ita in Curia Romana seruatur,in decis.1.in titu.de constit.nú.2.

6 Amplia sextò habere locum etiam in beneficiis simplicibus, si tamen requirunt continuam residentiam de iure , vel de consuetudine,vel ex aliquo alio iure speciali: nam tunc est prohibita pluralitas beneficiorum propter possibilitatem residendi , Secundum Innoc. in c.cum iam dudum.& in c.cum superordinata.de præb. ita Domi.

in c.

in c.gratia quam.nu.8.de rescrip.libr.vi.Imol.in d.Clemen.gratiæ. num.12.Abb.in d.§.quia verò.nu.34.Ioan.Corasi.in tracta.sacerd. in 1.par.cap.v.num.2.

Hanc regulam sic ampliatam limita vi.modis, vt per glo.in Summa xxi.q.1.quam gloss.sequitur Abb.in d.§.quia verò.nu.27.quas limitationes refert Ioan.Lignia.in tracta. de pluralitate benefic.nu. 1.Specul.in titul.de legato.in §.dicendum.nume. 7. easdem limitationes ponit.l.4.titu.vi.par.1.

1 Vltra quas limitationes fallit primò quando vnum beneficium non sufficit habenti:quia tunc licet ei habere plura beneficia: Argu. tex.in c.postulasti.& in c.cùm adeò.de rescrip.& in c.si cui.de præbend.lib.vi.& in hoc attendenda est qualitas personæ: nam nobiles literati & virtute magna praditi pluribus essent quàm alii inferioris conditionis:vt in d.c.de multa.& in d.c.Sanctorum. lxx.distinct. vel quia fortè habent parentes aut consanguineos suis expensis alimentandos:quia isti pluribus ægent quàm alii.Caieta.in 2.2.q.x.arti.4.pro quo videtur tex.in c.studeat.50.dist.gloss.in c.cùm adeò.in verbo,sufficientem.de rescrip dicens.quòd beneficium dicitur sufficiens quando sufficit sibi & suis,id est omnibus quos quis secum habere debet necessariò, secundum Abba.ibi : vel quibus iure naturæ prouidere tenetur:vel quando requiritur ad suam decentiam vel honorem tot habere,argu.tex.& ibi notatorum in d.c. de multa.& ita notab.tenet Ludo.Gome.in trac.de gratiis expecta nu.107.Chassa. in Catalo.gloriæ mundi,consideratione xxxix.Andr.Tiraq.in tract. de nobilitate.c.xx.nu.10.cum aliis. Ioan. de Selua in tract de beneficio.in 1.par.quæst.v.nu.211.cum aliis.Ioan.Nicola. Gimon.notabi. in supradicto Enchiridio sacerdotiorum, in d.titul.3.de pluralitate benefic.nu.46.cum aliis.

2 Secundò fallit quando ex dispensatione quis habet:nam tunc potest habere plura beneficia.Tenet glo.in c.quia tantum.de præben. per tex.in c.dudum.el 2.de electio.& ibi glo in ver.retinere.& in d. c.de multa in fin.ita etiam tenet Lamberti.vbi notabi hoc declarat in d.1.par.2.lib artic.xv.quæst.7.prin.Albertus Trotius in tracta.de vero & perfecto clerico,in 2.part.c.xlv.requisito. vi. Villadiego in tract.de lega.quęstio.14.nu.117.

3 Tertiò limita quando non reperiuntur alii idonei in tota diœcesi: quia tunc potest quis habere beneficia illius diœcesis quæ aliis erãt conferenda.Ita tenet Hostien.quem sequuntur ibi doctor.in c. graue.de præben.

4 Quartò fallit quando vnum beneficium est curatum in habitu & potentia,& aliud est curatum in actu: quia tunc ex quo non sunt ambo in actu curata, potest quis retinere duo beneficia donec alterum reducatur ad actum. Ita tenet Abb.vbi allegat alios doc.in c.de multa.nu.24.de præben.Pro qua opinione est gloss. in c.licet Canon.in verbo,parrochialis.de elect.libr.vi.volens quòd dispositio loquens in ecclesia curata , non habeat locum in illa quæ aliquando habuit

parrochianos,

parrochianos,nunc autem desinit habere.idem vult gloss.in verbo, collegiatas.in c.statutum.de electio.li.vi.pro qua opinione est tex. in c.pastoralis.vij.q.j.licet Inno.in d.c de multa. quem sequitur ibi Cardi in prin.num.2.versi.iij.quæro contrarium teneat.

Quinto limita non habere locum in beneficio simul cum præstimonio vel pensione non concessa in titulum quæ potest simul retineri.Secundum Imol.in d.Clem.gratiæ.de rescript.nu.20. Curiel in tract.de plurali.benefic.in fi.in v.conclusione.arg.text.in c.postulasti.de rescrip. Et circa hanc regulam vltra supradictū casum, alios in quibus beneficium in iure nostro vacare dicitur, vltra Ioan.Corasi.in allega.tract.sacerdotiorū.in iij.par.c.vi.& Ioan. Fran.de Pauinis in tract.de offi.& potesta.capitu.sede vacan. in vij.præludio:vide xxxiij.casus per Petr.Rebuff.in gloss.ad concorda.in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda.in §.monasteriis.pagina 106.col.ij.in glo.in verbo, vacantibus.cum tribus seq.

REGVLA LXXII.

Beneficia sunt instituta & ordinata à iure positiuo, & non à iure diuino. Probatur in c.1.iuncta gloss.1.xiij.q.1.vbi Dionysius Papa fuit inuentor & diuisor ecclesiarum porrochialium.facit text. in c.pastoralis.de his quæ fiunt à præla.& probatur in c.2.de præbē. lib.vi.& in c.j.vt lite penden.vbi dicitur quòd Papa habet plenariā potestatem in beneficiis:per tex.in c.proposuit.de concessio.præbē. secùs esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non haberet ordinariam potestatem:vt in c.sunt quidam.xxv. q.1. Hanc opinionem tenet Abb.in c.cùm olim.per illum tex.de constitu.in repet.c. extirpandæ.in § quia verò de præben.nu.2. & in c. constitutus.nu. 13.de religio.domi.& in disput.incip.episcopus.col.2. per text.in c. 1.xxij.distin. vbi Papa instituit archiediscopos & alios in dignitate constitutos.facit etiam text.in cap.in illis. lxxx. distinctio.
Hanc opinionem tenet Ioan.de Selua,in trac.de beneficio,in 1.par. q.iiij.nu.22.Petrus Rebuff.in glo.ad concordata,in Rubric.de constitutio.pagi.34.col.2.in gloss.in verbo, parrochias. & ita communiter teneri dicit Christo.Iacobatius,in suo libro 4. de concilio.artic.4.pagi.ccxxix. col.2.

1 Amplia primò habere locum in beneficiis regularibus:quia beneficia regularia habuerunt ortum & originem à iure positiuo: Per tex.in c.cùm de beneficio.de præben.li.vi.facit etiam text.in c.cùm ad monasterium.de stat.monachorum versic.nec alicui.& in Cle.ne in agro.§.cæterum.eod.titu.tex.in c.inter quatuor. de relig. domi. inductis vt per Seluam in d.4.par.nu.28.qui tenet hanc opin.

2 Fallit in dignitate episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in locum Apostolorum: vt in c.in nouo versi.ipsis quoque.xxi.distin.& in Clem.si quis suadente.§.nec super.versi. episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi

legati

legati. de pœn. & episcopatus ante Christi aduētum erat ordinatus: vt in psalmo 118. fiant eius dies pauci, & episcopatum.&c. & hanc opi.per plura tenet Barb.in tract.de præstan.Cardin.in j.par.q.j.nume.8.Selua in tract.de beneficio,in d.iiii.par.num.29.facit gloss.in procemio Sexti . in verb. episcopus. vbi dicit quòd in ecclesia Dei nullus est maior ordo.qnàm sequitur Chassa.in Cata. Gloriæ mundi:in iiii.par.considerat.xxv.

2 Secundò limita non habere locum in archiepiscopatibus & aliis superioribus dignitatibus quæ sunt institutæ de iure diuino,nō autem de iure positiuo.vt in c.j.lxxx. dist. & in c.j.xcix. dist. Facit, quia archiepiscopatus est maior dignitas quàm episcopatus:vt in c. placuit.xix.distinc.& sic dicitur archiepiscopus ab archos quod est princeps,quasi princeps Apostolorum,vt concludit Iacoba. in suo lib.de concilio:arti.xxij.pag.xxxi.colum.ii.facit tex. in cap.cleros. xxii. distinct.

3 Tertiò limita non habere locum in Cardinalatu' quia est de iure diuino,non autem positiuo.vt in c.per venerabilē.in §.rationibus. qui filii sunt legiti.& ita concludit Barba.vbi.s.in prin.& in nu.35: & notab.Iacobatius in suo libro de cōcilio,lib.i.arti.xii.pag.xxxiii. cum seq.vbi in pag.39.enumerat priuilegia Cardinalium.

4 Quartò limita non habere locum in Papatu:quia est de iure diuino,non autem de iure positino.Patet,quia cum Redemptor noster à nobis sua corporali præsentia decedere decreuisset,suum vicariū, & ecclesiæ pastorem Beatum Petrum summum Pontificem, & post eum quemcunque successorem dimisit, vt gregis periculis occurrere posset:quia Christus ante mortē suam dixit Petro, Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris.&c. vt habetur Matthæi 16.c.& in c.in nouo.xxi.dist.& in c.quodcunque.xxiiii.q.j.& in c.solitæ.de maio.& obedien.& ipse est qui tenet vices Christi:vt in c.ad apostolicæ.de re iud.in c.pro humani.de homic.lib.vi.& sic non puri hominis sed veri Dei vices in terris gerit:vt in c. licet. & ibi doct.de transla.episco.& in c.fœlicio.l.dist. glo.in c.ita Dominus.xix. dist. Circa quam limitationem vide notab. Iacobatium in libro suo vii.de concilio:art.v.pag.463.Ferdinan.Loaz. in tract. de matrimonio Regis Angliæ,in ij.dubio,in primo fundamēto pro parte affirmatiua:nu.9.Chassanæ. in Catalog. Gloriæ mundi:in iiii. par. consideration.

REGVLA LXXIII.

Beneficium concessum principali, trahitur ad augmētum:vt in decimis ecclesiæ concessis, & in aliis multis. Hæc regula probatur in c.quia circa.de priuileg.vbi priuilegium concessum ecclesiæ super decimis episcopalibus retinendis,extenditur ad prædia post concessionem priuilegii quæsita & superaddita.

Hanc regulam, vbi tractat eius materiam, ponit Albertus Brunus in tract.de augmento,in conclus. ix.nu.1.cum aliis.& in nu.8. cum seq.limitat eam tripliciter.& in conclusione xiii. possunt colligi aliæ limitatio.ad hanc regulam,& alia circa eius materiam.

REGVLA LXXIIII.

BONA possidens in alieno territorio, & non sub eadem iurisdictione sub qua conuenitur,non releuatur a satisdatione. Hanc regulam ponit gl.in l.multis.in verbo,at iuratorum cautione. in fin. C.de princip.agen in reb lib.xii.Quam glo.sequitur Bal. in l.sciendum.numero secundo in fine.ff.qui satisdatio.cogan. & ibi Iaso.in nume.2..in viii.fallen.idem Ias.in d.l.sciendum.in §.j.nu. 1. & in l.filius familias.nu.7.eo.tit. pro qua opinione est tex. in d.l.sciendnm. in §.possessor.el j.iuncta gl.ibi: vbi text.dicit, qui in agro,vel in ciuitate rem soli possidet.& ibi gl.dicit, in agro,scilicet in villa.

Hanc regulam,vbi notabiliter eam declarat,ponit Roderi.Xuarez in l.ij.titu. *de los emplazamientos*. lib.ii.fori.fol.176. col.iii.versic.vlterius quæritur.num.1.vbi in nu.6.cum seq. limitat eam quinque modis.

REGVLA LXXV.

BONVS quilibet præsumitur. Hanc regulam probat text.in c.dudum.de præsumptio.gl.in c.j.in verb.existimare.de scrutin. & in l.cum pater.in §.rogo.ff.de legat.ii.& hæc est præsumptio naturæ:quia naturaliter quilibet est bonus, secundum gl. in l.fi.C.quod met.cau.ita tenet Iaco.de Belloui.per illum tex. in l. omni modo. C.de inoffic.testam.Ang.in l.sciendum.in fi.ff.de verb.oblig. Hippo.in l.j.nu.67.C.de sica. Hanc regulam ponit Socin. cum vnica ampliatione in regu. xxxix. Eandemmet regulam ponit Bernard. de Luco in reg.lxiiii.cum.iiij.limita. referens se ad Fel.in d.c. dudum.a.nume.11.vsque ad nu.16.

1 Limita primò hanc regulam vltra eum quãdo agitur de aliquo promouendo: quia tunc integritas non præsumitur, sed debet adhiberi aliqualis informatio.Ita tenet Card.in Clem.j. in ij.notab. de concessio.præben.quem sequitur Fel.in c.cum in iure.nu.3. de offic.deleg. circa quam limitationem vide Andr. Alciat. in tract. de præsumptio.in iii.regu.præsump.ii.

2 Secundò limita non habere locum quo ad facultates: Secundum gl.communiter approbatam.in l.si verò.in §.qui pro rei qualitate. in verbo,dubitetur.ff.qui satisd.cog.& ibi Ias.nu.15.

3 Tertiò fallit quando contra eum esset aliqua infamia vel presumptio: quia tunc oportet illam purgare, Vt per totum.ii. quæst.v.& per totum.de purga.canoni.Facit ad hoc quòd notatur in l.qui iurasse.in §.quid tamen.ff.de iureiurand.quod notat Bernard. de Luco in regu.cxl.

Quartò

4 Quartò limita: nam licet sit verum quòd quis præsumatur bonus, non tamen præsumitur optimus: & propterea si statutum requirat ad probationem alicuius negotii testes optimos seu optimæ opinionis, debet illa qualitas articulari & probari: Secundum Angel.in l.ij.in §.diem.ff.quemad.testa.aperian.quam opinionem sequitur Hippol.in singul.clxxxvij.& hanc dicit veram & communẽ Alcia.in d.præsump.ij nu.9.

REGVLA LXXVI.

BONA præsentia & futura, in generali obligatione, & hypotheca bonorum continentur. Hanc regulam probat tex.in l.fin. C quæ res pigno.obliga.possunt.

Amplia hanc regulam vii.modis,& limita ix.modis,vt per Anto. de Fano in tracta.de pignori.in ii.par.princ. in ii.membro: à nu.1. vsque ad num.fin.

INCIPIT LITERA C.

REGVLA LXXVII.

CANONICAM institutionem in beneficialibus vnusquisque probare tenetur. Hanc regulam probat gloss.in cap. ex insinuatione. in gl.fi.de procurato. Ratio est, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione: vt in c.vni.vt eccles.benefi. & in regul. beneficium.de regul.iur.lib.6. & licet quis nõ teneatur docere titulum suæ possessionis, vt in l.cogi.C.de petitio.hęred.tamen in beneficialibus hoc locum non habet:vt in c.ordinarii,de offic.ord.lib.vj. per quẽ text.ita tenet Abb.in c.licet heli.de Simo.nu.22.quem sequitur Iacobi. de S.Geor. in l.quidam quasi. nume.6.ff.de probatio.& quia sola possessio in beneficialibus non sufficit nisi adsit canonica institutio:vt in c.ex frequentib.de institu.& debet habere literas suæ institutionis:vt in c.legum.ij.q.j.

Et circa istam regulam vide Gome. in regula de triennali possessore.quæst.xlii. Lamberti.in tracta.iuris patro.in iii.par.ii libri.articulo ii.quæst.3.

Hanc regulam limita quinque modis, vt per Ioan. de Selua in tracta.de beneficio:in iii.parte.quæst.xxv.per totum.

REGVLA LXXVIII.

CANONICVS regularis non poteſt eſſe delegatus Papæ. Hanc regulam ponit Archidiaco.& Ioan.Andr. in c.ſtatutum.de reſcript.lib.vj.& ibi Domi.in j.quæſt.Ratio eſt, quia talis canonicus de iure antiquo prohibetur eſſe iudex: vt in c.de præſentium.& ibi glo.xvj.quæſt.j.Facit ratio.c.j.de ſyndico.& c.ij.de poſtula. quam opinionem dicit eſſe communem Gome.in d.c.ſtatutum. nu.32.licet Abb.in c.cauſam quæ.el j.de iudic. teneat contrarium, cũ quo ipſe Gome.ibi tenet.

Hanc regulam amplia vno modo:vt per Gome. in d.c.ſtatutum. nu.32.& limita vj.modis, vt per eundem ibi, à nume.48. vſque ad nume.57.

REGVLA LXXIX.

CANONES abrogati obſeruandi non ſunt. Hanc regulam ponit gloſ.in c.j.in verbo,ſtatuta.de conſtitu.& ibi glo. allegat iura hanc regulam probantia.

1 Amplia primò vt etiam procedat in ſtatuto correcto. Tenet Bal. in j.conſtitu.C.in §.quibus. nu.2.Bartol.in l.omnes populi. nume. 68.ff.de iuſtit.& iur.quos ſequitur Gome.in §.in perſonam. nu.17. Inſti.de actioni.

2 Amplia ſecundo, quòd tales leges vel canones correcti non debent inſeri in corpore Iuris.Ita tenet Chriſtop. Porcus, per illum tex.in §.ſed neque.nu.1.Inſti.de teſta.Quod tamen intellige & declara vt per Marc.Anto.Baueri.ibi.nu.5.

3 Tertio amplia, etiam ſi quis iura uerit ſeruare illud ſtatutũ: quia ſi poſteà abrogetur nõ tenebitur illud obſeruare.Tenet Bal.in prælu.feudo.nu.15. cum ſtatutum correctum non ſit amplius ſtatutũ.

4 Quartò amplia,vt non ſolùm non debeat obſeruari talis lex correcta,ſed nec etiam reformationes circa eas factæ obſeruari debẽt. Vt tenet Barba.in d.c.j.de conſtitu.per text.in l.vni.in princ.C.de latina liber.tollen.

5 Quintò amplia, etiam ſi Canon vel lex non eſſet correcta: ſed ſi non eſſet recepta à ſubditis. Ita tenet Aret.in conſi.liiij. quẽ ſequitur Anto.Baueria,in Rubr Inſti.de teſtam.nu.11.

6 Amplia ſextò,vt non ſolùm procedat in Canone vel in Lege correcta:ſed etiam in Canone vel in Lege antiqua per deſuetudinem antiquata.Ita per plura fundamenta concludit Io.Igne. in Repe.l. neceſſarius.in § non aliàs.nu.122.ff.ad Syl.Et intra quantum tempus præſcribatur contra legem per contrarium vſum, vide Docto. in c.j.de treuga & pace.cum aliis allegatis per Bald. in tracta.præ-

ſcriptio.

scriptio.in 5.par.v.partis princip.quæst.x.Anto. Baueriam in d. rubri.de testam.num.11.Et quando lex tollatur per non vsum,vide vltra loca ordinaria Matth.de Afflict. in tract.de iure protomiseos.c.j.§.scriptum.in j.notab.ad finem.

7 Amplia septimò,vt non solum non debeant obseruari, verum ēt quòd allegari non debeant,nec ex eis arguendum sit,vt in l.fi.& ibi Bar.ff.de fur.Arch.in c.frequens.de rest.spoli. in 6.gl.in c.nouit.in verbo,quicunque de iudi.& ibi docto. Quam ampliationē limita 7.modis,vt per Soci.in reg.ccxxx. Alias 7. limitationes ponit Mar. Anto.Baueria in allegata rub.Instit.de testa.nu.8.Alias ponit Feli. in c.j.de constit.& in c.fraternitatis.de hære.num.2. vbi ponit 4.limit.ad hanc ampliationem Ias.etiam in §.in personam nu.18. Institu.de act.& ibi Gome.nu.17.

8 Amplia octauò vt procedat in tantum quòd ille qui vtitur cōstitutione abrogata vel lege,incidat in pœnam falsi. Probat text.in l.fi.iuncta gl j.ibi,& ibi Bar.ff.de fals.

1 Quam octauam ampliationem limita primò, quando ex tali allegatione legis nemini fieret præiudicium Ita declarat Gome.in d.§.in personam nu.17.Inst.de act.facit tex.in l.damus.C.de fals.qui ꝓbat ꝙ falsum nemini nocens nō est punibile.Circa quam l.vide eundem Gome.in §.ex maleficijs nu.18.instit.de actio.

2 Secundò fallit suprà dicta ampliatio vt non procedat quando talis allegatio fieret sine dolo,q̃a ex ea quis non punitur crimine fal. Tenet Gome.in d.§.ex maleficijs nu.19.facit tex.in l.neq; exemplū C.de fal.vbi probatur ꝙ falsum quod committitur sine dolo nō est punibile & ita tenet Bar.in l.quid sit falsum.ff.de fal.Io.de Imo.in consi.31.nu.2.& in consi.104.nu.1.

1 Porrò supradictam principalem Regulā limita primò,quandocūque lex vel Canon correctus,esset correctus in parte & non in totū: quia in parte non correcta seruari debet.Ita concludit Deci. in c.j.in j.lect.nu.37.de constitu.

REGVLA LXXX.

CANONICI ecclesiarum Cathedralium ad Synodum episcopi non tenētur venire:quia Canonicatus dicitur simplex beneficium,& Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus,vt no.Panor.in c.nouū genus nu.8.de decim. Hanc regulā ponit Henr.Bothæus, in tract.de Synodo episcopi,in 2.par.nu.22.Pro qua regula facit ꝙ no.gl.& ibi Card.in 3.nota.nu.2.& Abb. notab.j.Fel.nu.1. in ca.ꝙ super his de maio.& obed.

1 Amplia primò, non solum procedere in Canonicis ecclesiarū cathedralium,verū ēt in canonicis ecclesiarū collegialium, cum non solū isti canonici ecclesiarū collegialiū dicātur habere simplicia beneficia,sed etiam dicuntur clerici secundi gradus,Secūdū Domi.de S.Gemin.& Car.Alex.in c.episcop.17.dist.nu.3.cū valeat argumē-

tum.de maiori ad minus negatiue.vt in gl.in verbo,fortius. in c.cũ in cunctis.& ibi doct.de elect & in Auth multo magis.C.de sac.san. eccle.Facit,quia canonici ecclesiarum collegialium non vocantur ad Concilium prouinciale,vt not.Card.in c.fi.in j.notab.de his quæ fiunt à præla.Canonici verò ecclesiarũ cathedraliũ vocantur, vt ibi.

Hanc regulam limita 7.modis, vt per Henr.Bothæum in d.tract. de Synodo Episcopi in 2.par.à nu.23.vsq; ad nu.30.

REGVLA LXXXI.

CARDINALES ex consuetudine habent priuilegium vt possint liberare damnatũ ad mortem, dum ducitur ad supplicium.

Hanc regu.ponit Bal.in l.addictos.in fi.C.de appell. quem sequũtur ibi Pau.& Sali.eandem opinionem Bal. sequitur Cæpo.in caut. j.in prin.Chassa.in consuet Burgun.in tit. *Des iustices*, rub.j.§.5. nu.101.col.3.fo.53.Catellia. Cotta in memorali.iuris,ĩ verbo,Car. Corsettus in sing.incip.Card.Hippol.in sing.272.Ludo. Gom.in §. pęnales nu.50.insti.de act. Ias.in l.j.nu.2.C.ne liceat potentio.Fel. in c.quærenti nu.6.de offi.deleg.

Hanc regulam limitat vj.modis And.Barb.in tracta.de præstant. Cardi.in j.par.quæst.ix nu.1.cum alijs.

REGVLA LXXXII.

CAVSA cessante cessat effectus, vt in c.cùm cessante.de appel. in c.magnæ. in princ.de voto.in l.generaliter.C.de episc.& cleri.in l.adigere.in §.quamuis.ff.de iure patro.Circa quam regu. vide Alc. in l.j.ff.de verb.signifi.fol.7.in fi.Deci.in consil.xxiiij.nume.2.Ias. in l.quod dictum nume.2.ff.de pact.& notab.in l.j.nu.61.ff. de officio eius.

Hanc regulam ponit cum quinq; limitationib. Deci.in d.c.cum cessante nu.1.eandemmet regulam ponit And.Tiraquel. in tract. de cau.cess.vbi in j.part.tract.notab.materiam.& in 2.par.à prin. vsq; ad finem limitat eam xl.modis.

REGVLA LXXXIII.

CAVSAE à sede Apostolica debent committi personis existẽtibus in dignitate. Hanc regu. probat tex.in c.statutum. in prin. de rescrip.lib.6.& ibi glo.& in Cle.2.de rescr.& ita tenet Abb.in c. suspitionis.nu.9.de offi.deleg. Alex.in consi.77.nu.5.vol.2. idẽ Alc. in rub.ff.de offi.eius nu.3.& ibi Ias.nu.5.Sebast. Vantius in tract.de nullita.senten.in rubri.x.de nullita.ex defect.iurisd.deleg.pag.177. nu.66.cum sequen.

Hanc regulã ponit Ludo.Gome.in d.c statutũ in nu.60.in fi. vbi vsq; ad nu.78.eam ampliat nouem modis, Et à nu.78. vsq; ad nu.85. limitat

limitat eã 4.modis.posteà ponit alias xcix.in ꝓposito,vsq; ad nu.89.

REGVLA LXXXIIII.

CAVSA quæ terminatur per testimonium vnius est nulla,quãuis testimonium sit legitimum. Hanc regu.ponit text.in ca.licet vniuersis.& in c.licet ex quadam.de testib. & tex. in l.iurisiurandi. C.eo tit.de iure regio.l.32.ti 16.par.3.

Circa hanc regu.vide gl.in ca.tanta.in verb.filius.lxxxvj. distin. Abb.& doct.in c.proposuisti nu.1.de prob.Ant.& Cano. in c.veniẽs el j.de testib.Ias.in l.j.§.si absens nu.9.ff.si ex noxa.causa aga. Hippo.in sing.cxij.Ludo Gome.in §.in personam nu 23.& 24.instit.de actio. Barthol.de Chass.in consue.Burgun.in ti. *Des iustices.* Reg. j.§.vj fol.69.col.1.nu.1.cum alijs.

Hanc regu.vbi eam dupliciter limitat,ponit Soc.in Reg.423. Et circa primam limitationem per eum ibi positam vide Berna.de Luco,qui cũ ea dicit esse com.opi.& sublimitat vno modo in reg.747.

Hanc regu.limitat sex modis,vt per Ioan.de Pla.in l.semel nu 3. C.de re milit.lib.xii. Viginti duas fallentias ad hanc regulam ponit Bonifa.de Vitalli.in tract.maleficio. in tit.de probatio. & quot sunt genera probat.num.18.Et triginta fallentias ad hanc Regulam ponit Specula.in tit.de teste.§.restat.nu.7.vsq; ad nu.12. & in princi. vsque ad nume.7.ponit viginti casus in quibus requiruntur plures quàm duo testes.Alios quàm plures casus in quibus vni testi creditur circa hanc regu.vide per Iaso.in repet.l.admonendi nu.187. cũ aliis.ff.de iureiuran.

REGVLA LXXXV.

CAVSAE de partibus in quibus extitit appellatum ad Papã, non dicuntur ad Curiam deuolutæ, nec in ea necessariò tractandæ, sed in partibus remittendæ sunt. Hæc reg. probatur in c.interposita,& in c.cordi.§.post hæc.de appell. Hanc eandem regulam per tex.ibi,ponit Francus in c.sæpe num.25.de appella.& in c.Nicolao. nu.5.eod. ti.Præposi.in d.c.sæpe nu.1.& 15.& Rota in deci.1.in nume.2.ritu.de elect.in nou.secundum nouam impressionem,& secundum antiquam in deci.38.

1 Limita primò hanc regul. vt non procedat in causis maioribus, de quibus in ca.ꝙ translationem.de offi.lega.& in causis beneficialibus ac spiritualibus,quæ de sui natura in Romana Curia tractandę sunt,in q̃bus siue appelletur in partibus,siue à principio causæ huiusmodi inchoentur,in Curiam dicuntur bene deuolutæ, & ad partes non sunt vllo modo remittendæ. Probatur in c.quamuis. & in c.i.& in c.cupientes.de elect.lib.6.& in Clem.causam eo.ti. & in c. vt debitus.de appella.in fi.glo.in cap.1.in verb.deuoluta.de supplẽ. negli.prælat.lib.6. Hanc limita.ponunt Rota,in decisio.1. nume.2.

Francisc.in d.c.sæpe nu.25.& ibi Præposi.nume.16.

2 Limita secundò in causis clericorum & aliarum personarum ecclesiasticarum : quia tales per viam appellationis ad Papā cum negotio principali & accessorio de facili & quasi naturaliter deuoluūtur, vt est tex.in ca.dilectis filijs.circa fin.ibi, ex parte decani cui ēt officialis duxerat deferendum &c.de appell.& non loquitur in causa beneficiali.

3 Tertiò limita non procedere quando appellatum fuit à grauamine,& causa commissa in Curia cōnstitit legitimè appellatum, quia tunc cognitio totius principalis negotij cēsetur deuoluta,& in Curia est tractanda.vt in c.vt debitus.de appella.imò etiam ꝙ pronunciaretur male appellatū,nihilominus causa huiusmodi quo ad principale negotium in Curia remanet : quia propter appositionē manus Papæ & ex antiquo stylo ipsius Curiæ causa semel in ea commissa non exijt, nec vlterius ad partes remittitur, vt inquit Rota in decisi.3.& in decisi.43.in titu.de appellatio.in nouis, secundum nouam impressionem,& secundum antiquam in decisi.xj. & in decisi.cccxxj.& in d.decisi.j.in tit.de elect.Bal.in l.si vt proponis nu.16.C.quomo.& quando iud. Feli.in c.quoniam Abb.num. fina.in fine, de offi.deleg Abb.in c.Nicolao nu.6.de appell. Deci.in consi.689.nume.13. Et propterea licet appellatio deseretur,nihilominus negotium semel deuolutum non tollitur nec reuocatur per desertionem.ita Rota in decisio.17.in titu.de appella.in nou. secundum nouam impressionem:& secundum antiquam in decisio.114. Aegidius Bellam.in decisio.520.quamuis ad effectum, vt Auditor appellatione deserta in negotio principali cognoscere possit, foret necessaria specialis commissio, secundum Domin.de Rot.in d.decisi.xvij.& in decisio.secunda,& in decisio.lxj in titu.de appella.in antiquis secundum nouam impressionem,& secundum antiquam in decisio.quinta,& decisio.604. Gome.in regula de trienn. possess qō.liiij. Quod intellige nisi ex aliqua rationabili causa ipsi Papæ aliter visum fuerit, scilicet si causa modici momenti fuerit, seu Pauperum vel miserabilium personarū quæ expensas quæ fiunt in Curia pati non possent : nam is natura mouetur ad miserendum, vt inquit Io.And.in c.significatinb.de officio dele facit tex.in c.j.in fi. de postul.quæ in proposito notabiliter adducit Ioā. Staphylæus in tract.de gratijs expectati.in c.de rescrip.in forma breuium, incip. Post commissione nu.55.

4 Quartò limita si litigatores fuerint in Romana Curia præsentes, quia tunc altero ex ipsis litem monente,dubitandum non est quin causa sit in Romana Curia tractanda.Ratio est,quia Roma est communis patria,vt in l.Roma.ff.ad municipa.ita tenet Rot. in decisio.xix.& in decisi.21.in decisi.de Bisigne.sub ti.de appel.facit gl.in c.j.de appel.in vj.

5 Quintò limita in causis in Romana Curia ex speciali mandato Papæ commissis,cū isto casu de deuolutione minus sit dubitandū.

&

& nunquid causa sit in Curia tractanda postquam de speciali mandato Papæ constat, quia huiusmodi specialis commissio satis deuoluit: Vt est decisio Domi. de Rota 6. in titu. de dolo & contu. in nouis secundum nouam impressionem, & secundum anti. 169. Aegid. de Bella. in deci. 676. de quo vide Cassiadorũ in deci. 2. in fin. titu. de procura.

6 Sextò limita si à sententia definitiua fuerit ad Papam appellatum, cum isto casu, si iudex non defert, deferant iura. vt in l. quoniam iudices. C. de appella. & in l. si cuius. C. de appella. recipien. & in Auth. de iudici. in § nostros. colla. 6. nam ob eius reuerentiam deferenda erat, vt in c. veniens. de iureiur. etiam si inrerponeretur à laicis Papæ temporaliter non subiectis, vt in ca. si duobus. de appel. in fi. imò iudex non deferens puniri debet, vt in c. de priore eod tit. ita tenẽt Do. de Rota in deci. 50. in titu. de appel. in nouis, secundum nouam impressi. & secundum antiquam in decisio. 366. in decisio. 61. in titu. de appella. in antiquis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. dcv. Cassiadorus, in decisio. viij. in titu. de appella.

7 Septimò fallit si appellatio à grauamine vel aliàs quomodocunque ad Papam interposita fuisset à iudice acceptata, quia tunc per delationem seu acceptationem huiusmodi omnis cognitio transfunditur in Papam, & iudici taliter deferenti non est vlterius remittenda, vt in d. c. cùm appelletionibus. de appella. in 6. licet Specul. in d. titu. de appella. in § qualiter. nu. 25 super hoc variauerit. Istam opinionem tenet Rota in decisio. 49. eod. titu. in antiquis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisio. 538. iidem de Rota in decisio. 16. & 21. in titu. de appellat. in decisionibus de Bisigne. & sufficit quòd vnus ex pluribus iudicibus deferat ad effectũ illum deuoluendi, ut tenent Rota in decisiote ix. in titul. de appellatio. in illis de Bisigneto. & in decisione lv. in titu. de appellatio. in antiquis secundum nouam impressionem. & secundum antiquam in decisio. ccccclxix.

REGVLA LXXXVI.

CAVTIO prolata à lege, intelligitur de nuda. Hanc regulam probat text. & ibi doct. per eum, præcipuè Iason in princip. in l. sancimus. C. de verbo. significa. Paul. & Alexan. & idem Iason in l. diuortio. in §. interdum. nume 8. solut. matrimo. Hierony. Cagnol. in l. plus cautionis. nume. 7. ff. de reg. iur. Ant. Corset. in sing. incipienti, cautio.

1 Amplia primò hanc regulam, vt habeat locum etiam si à testatore proferatur, vt in d. l. sancimus. & ibi doct.

2 Amplia secundò etiam inter contrahentes habere locum, secundum Salic. in d. l. sancimus. notatur in l. j. C. de procur.

1 Limita primò vbi persona esset suspecta, vt in l. diuus. & in l. cum idem.

idem.ff.de petitio.hæred.& in l.fideiussor.& in l.sciendum.ff.qui sa tisda coga.ita tenet Guliel.Mayne.in d.l.plus cautionis.nu.1.

2 Secundo fallit quando lex dicit quòd idoneè caueatur vel sufficienter, nam talia verba important quòd cum fideiussore vel pignore caueatur.vt in l.si mandato Titij.in §.fi.ff.manda.& in l.4.in §.si sub conditione.in versi.adiici.ff.de fideicom.liberta.& in l.si debitori.ff.de iudi.Ita notabiliter tenet Iason in d.l.sancimus.num.3. vbi sublimitat hanc limitationem 6.modis:quem refert Bernard.de Luco in reg.lxxiij.

3 Tertio limita quando lex hoc onus iniungens esset prætoria: quia tunc intelligitur cum fideiussoribus vel pignoribus. vt in l.j. in §.iubet.ff.de colla.bonorum.& in l.prætoriæ.& ibi Bar.ff.de præ to.stipul.& ita tenet Paul. de Castr. in d.§. interdum. Salic. in d.l. sancimus.

4 Quartò fallit in quadrimestri quod datur condemnatis miserationis causa, quia intelligitur datis pignoribus uel fideiussoribus. Raaio est,quia talis dilatio non debet esse nociua creditori,quin debeat esse cautus & securus quòd adueniente tempore sibi satisfiat. Ita notabiliter tenet Ang.de Peru.in l.debitori.nu.2.ff.de iudi.vbi dicit ita se vidisse practicari.Eandem opinionem,licet de eo mentionem non faciat,tenet ibi Iacobi de S.Georg.nu.8.Istam opinionem tenet idem Angel.in l.in omnibus.nu.2.eo.tit.de iudi. quem sequitur Guliel.Mayneri.in d.l.plus cautionis.nu.2.

5 Quintò fallit in Principe dante rescriptum. vt in l.vniuersa.C. de preci.Impera.offeren.Nam si princeps dat alicui priuilegium ne possit molestari intra annum à suis creditoribus, debet intelligi dummodò ille cui est concessum satisdet de soluendo post terminum.tenet Bald.in d.§.inrerdum.Paul. de Castr.in d.l.in omnibus. Abb.in c.quod ad consultationem.nu.22.de re iud.Hanc opi. tenet Iacob.de S.Geor.vbi dicit se ita in quæstione facti practicari fecisse in d.l. debitori. nu. 11. Quod tamen intelligo verum quandocunque talis satisdatio petitur à parte,aliàs ipse non tenetur.ista est gl. notabi. quam ibi sequitur Paul. de Castr. vbi dicit ita secundum eam practicasse in ciuitate Paduæ,in d.l.vniuersa.Eandem gloss.sequitur ibi Ias.& Aene.Fal.in addi.ab Abb.in d.c. quod ad consultationem numero 22.

REGVLA LXXXVII.

Cessio debiti potest à patre in filio scholastico fieri. Hanc regu.ponit Angel in l.j.nume.22.in fi.ff.de solu.matri.& ibi Bald. nu.8.in 5.colum.& Raph.Cuma.nu.14.Lud.Rom.in l. donationis. in §.pater.nume.4.ff.de dona.& in l.si donatione.num.8.C.de collar.Ioannes de Grassis in tract.de cessione iu.& actio.§. 3. nu.3.Iacobi. de sancto Georgio. in repeti./ frater à fratre. numero 33. ff. de

de condictione indebiti. & in l. j. numero 62. C. ne liceat potentio. Soc. in regu. ciii. Fallen. ij. Ioan. Crot. in repeti. d. l. frater à fratre. col. xxiiii. Fall. ix. ff. de condict. inde eandem opinionem dicit esse communem Ias. in l. j. nu. 52. ff. sol. matri. & Petrus Rebu. in tracta. de priuileg. schola. in priuil. lx. nu. 2. & in priuil. lxi. dicit quòd in tantum valet, quòd à patre reuocari non potest. Eadem opinio approbatur hodie de iure nostro regio in Pragma. xxv. in Pragmaticis antiquis, in vo. Pragmaticarum, fo. 18. col. j. licet contrariam opinionem teneat Ioan. de Imo. in d. l. i. nu. 15. ff. solu. matri. & ibi Alex. nu. 55. Bart. in l. i. in § neque castrense. nu. 3. ff de colla. bono. Bart. Bald. & Salic. in l. filiæ cuius. C. famil. ercifcun. Aret. in consil. xvii. nu. 6 Ias. in l. filiæ licet. in princ. C. de colla. eandem opinionē tenet Guliel. Ponta. in l. j. nu. 88. & ibi Franc. de Ripa. num. 140. vbi dicit istam esse magis communem opinionem. ff. solu. matri. eandē. dicit etiam magis communem Alex. in l. in quartam. nume. 22. ff. ad leg. falcid.

1 Amplia primò procedere siue pater fuerit naturalis, & legitimus, siue naturalis tantum: quia filius & pater sunt nomina naturalia, vt in l. tutelas. ff. de capi. diminu. in l. parentes. ff. de in ius vocā. Barto. in l. pronuntiatio. in § familiæ. ff. de verbo. signifi. nam sicut naturalis filius admittitur ad accusandum & vindicandum mortem patris naturalis occisi, vt tenet Bar. per illum text. in l. certis. nu. 3. & in l. hos accusari. §. omnibus. nu. 8 ff. de accusat. Bald. in c. de cætero. nu. 2 de testib. ita cessio naturali filio fieri potest. facit text. in l. Lucius. §. fi. ff. de lega. ii. & ita tenet Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 16. ff. ad Trebel. Quod tamen intelligo verum, dum tamē prædicta cessio non excedat quintam partem bonorum patris, si habet alios filios legitimos: vt l. ix. & x. Tauri.

2 Amplia secūdò procedere in filiis spuriis, ideo sacerdos pater poterit filiis suis cedere, quia naturali vocabulo sunt pater & filius, & in vocabulis naturalibus non debet attendi rigor iuris ciuilis, nam hos etiam ius Canonicum recipit & alere disponit, postquam in lucem emissi sunt, vt in c. cum haberat. de eo qui duxit in matrimo. quam pollu. per adulte. Et de iure Regio est hodie dispositum in l. viii tit. xiii. par. iii. & in d. l. ix. & x. Tauri. & quia filiorum appellatione veniunt à nobis progeniti etiam sine nuptii, vt in l. i. in §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. & in §. j. Instit. de iu. natur. licet de iure ciuili aliter sit dispositum, vt in Authen. ex complexu. C. de incest. & inutilibus nuptiis. & in Authent. licet. C. de natura. lib. qui tam de iure Canonico quàm Regio rigor earum non seruatur. Et quia fauor studii hoc adiuuat, qui potest etiam esse in naturali & spurio & publicè vtile est vt ipsi studeant. ne vitia parentum sectentur, vt in c. vndecunque. & in c. nasci. lvii. distin. Quod tamen etiam intelligo, vt dixi supra in prima ampliatione.

3 Tertiò amplia non solum in patre & filio in potestate, sed etiam in emancipato, quia vterque filius & pater est, & naturalia iura immutari

mutari non possunt,vt in §.sed naturalia.Insti.de iure natura.& donatio facta filio studenti,ualet,siue sit in potestate, siue emancipatur:vt tenet Ang.& Ias in d.l.j.ff.soluto matri.ergo cùm donatio valeat,cessio etiam illi facta valebit.

4 Quartò amplia habere locum in auo, nam patris appellatione auus continetur,vt in l.iuxta.ff.de verb.signifi.maximè in fauorabilibus,vt hic,secundum Bar.in l.liberorum.nu.21.ff.de verb. sign.& hoc est fauorabile respectu nepotum,ergo valebit.

5 Quintò amplia idem habere locum in auia,cùm idem sit iudicii, & aui nomine auia continetur,ut in l.j.ff.de verb. signifi. Ita tenet Bal.in l.Nelennius.col.j.ff.de nego.gest.Sar.in l.2.in §.videndum. ff.ad Tertul.Alex.in consi.198 nu.4.vol.7.Deci.notabiliter in cons. dclvj.per totum.

6 Sextò amplia procedere etiam in matre,ut in filio studenti cedere possit:cùm sit eadem ratio in matre quæ in patre, & dispositio loquens in matre,eadem in patre procedit,ut in l.j.C.de rescin. vendit.& in l.si pater.C.de curato. furio. Et sicut fratris nomine uenit soror l.tres fratres.ff.de pact.sic & patris nomine mater,de quo vide Bal.post glo.ibi,in verbo,minus.in l.quisquis.nu.2.C. ad legem Iuliam maiesta.Ang.in §.interdum.nume.16.Instit.de hæred. quæ ab intesta.defer.Alber.Bru. in tractatu Statutorum, in 5. articulo principali.q.13.nume.17.Ias.in l.si quis id quod.nu.1.ff.de iurisdic. omnium iudicum.

7 Septimò amplia procedere regulam hanc econtrariò, scilicet, quod filius possit cedere filio scholastico debitum Ratio est, quia bonum est argumentum à correlatiuis: vt in l.fin.C.de indict. vid. tollend. quod est statutum in vno correlatiuorum, etiam in alio locum habet:vt in l.1.& 2.C.de cupres.lib.xi.

8 Octauò amplia habere locum in monacho:nam Abbas & Conuentus possunt cedere debitum religioso si est scholaris illius Conuentus vel monasterii,& tunc pater dicitur cedere filio:nam monachus in iure nostro æquiparatur filiofamiliàs ita tenet Bartol. in l.1.ff.de vulga.& pupilla.& licet Innocen.in c.cùm olim.in numer.4.de priuil.dicat æquiparari seruo, dico debere intelligi quòd debeat æquiparari filio vel seruo prout fauorabilius fuerit monasterio. ita notabiliter tenet Bald.in l 1.numer.42.C. qui admit. quem sequitur Iason in l.1.nume.42.ff.de vulgari & pupillari.idem Ias.in l.cùm fundus.§.1.numero.17.ff.si cert.petat.Lucouicus Romanus in l. is qui hæres.in §.neque filius.numero 11.ff.de acquirenda hæredita.facit quod notat Cardinalis Parisius in c.in præsentia. nume. 206. in fin. de probationibus.

1 Primò limita non procedere in patre spirituali quem patrinum uulgus vocat,is enim non cedit filio studenti quem de sacro fonte leuauit,quia verbũ hoc,pater,intelligit̃ de naturali,nõ autem de spirituali,vt in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. Doct.in Rubr.de col.spiritua.facit quod not.Guliel.Benedic.in repet.

pet.c.Rainutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nu.761.

2 Secundò limita in patre adoptiuo:filii enim adoptiui non sunt sui nec inter suos computantur:vt in §.eum autem.& in §. at ij.& seq. Institu.de hæredit.quæ ab intest.defer.& in l.adoptiuum. vbi Doct. ff.de in ius vocan.& iura loquentia in patribus & filiis, non extenduntur ad adoptiuos.

3 Tertiò fallit in vitrico,id est,in marito matris:nec in nouerca:tum quia nec vnus est pater,nec altera mater, de quibus loquitur hæc regula:nec patris nomine venit vitricus,per textū in l.j. in fi.ff.depos. vbi sub generali parentum nomine non comprehenduntur.

4 Quartò fallit in patre scientiæ,scilicet,prçceptore : quia non pōt cedere suo discipulo,licet pater & filius inuicem vocentur: vt in l.j. C.de excusa.artifi lib.x.quia hæc regula intelligitur in patre naturali,tunc quia est quasi dominus bonorum paternorum:vt in l.in suis. ff.de libe.& posthu.in l.fi.C.de impub.& aliis substit. Marc.Anton. Bauer.in §.pater.nu.3.& 13.Institu. de testamen.

5 Quintò limita in patre non habere locum qui vult filio suo priui legiari,non tamen studenti:cùm hæc regula loquatur in scholastico: ergo secus est in alio:arg.tex.in l.cùm prætor.ff.de iudi.

REGVLA LXXXVIII.

Cessio regulariter in potentiorem facta est nulla:vt in rub.ff. de aliena.iudic.mut.causa fact.& per totum.C.ne liceat potentio.& cedens actionem punitur pœna contentu ibi, scilicet, pœna arbitraria,& iactura causæ:vt in dict.iuribus. Et vide circa hanc regulam Marc.de Man.in lib.x.obser.obseruatione xcviij. & Socin. in regu. xlviij.Lud.Gozad.in consi.iij.nu.24. & de iure Regio in l.xiij cum sequen.titul.vij.part.iij.

1 Amplia primò habere locum hanc regulam tam in actore quàm in reo. Ita tenet Alber.& alii in l.j.C.ne lice.potent.Dec.in c.j.nu. 25.de offic.deleg.Ias.in d.l.j nu.1.reprobata gloss.in l.penult.in fin. ff.de aliena.iudi.& in Rubr.C.de his qui poten.nomi. & pro opinione Doctor.contra gloss.est gloss.in l.non solùm.in verbo, in eos.ff. de aliena.iudic.

2 Amplia secundò procedere post sententiam durante appellatione vel exequutione,cùm ibi cessio generaliter prohibeatur: & quia integer debet esse status appellationis:vt in l.1.ff.nil noua. appel.pen den.ita tenet Alberic.in l.1.nume.4.C ne liceat potenti.licet contrarium teneat Ludo.Gomez in gloss.ad regulas Cancellariæ,in regula de subrog.collitigan.q.1.in versi.& ista quæ dicta sunt.vbi allegat dictum Abbatem post Speculat.in cap.2.nume.4. de alienatione iudicii.quæ opinio Abbatis magis facit pro opinione Alberici quàm ipsius.

3 Amplia tertiò procedere tam ante litem contestatam quàm post: vt in l.ex hoc dicto.in §.ait prætor. & ibi gloss.ff.de alien.iudi.mut.

causa.

causa. Ita concludit Pau.Paris.vbi hoc notabiliter declarat in c.aduersario.num.5.& 6.de exceptio.

4 Amplia quartò procedere quandocunque cessio facta est in clericum:nam tunc dicitur facta in potentiorem : vt est gloss.in c.fin.de aliena.iudic.in glo.1.quam sequitur ibi Collecta. nu.1. Sed illa glo. communiter reprobatur secundum Doctor.ibi,præcipuè Abb.nu.2. eandem glo.reprobat Ludo.Gomez.in d. regula de subrogan.colligan.quæstio.1.in versicul.dicitur etiam . eandem gloss. dicit communiter reprobari Iacobinus de sancto Georgio in dicta l.1. nume. 13.quæ glo.potest saluari secundum Abba.& iacobi. & gomez.ibi, vt procedat in episcopis, vel in clericis habentibus iurisdictionem super laicos:nam tunc dicitur potentior, quod ante eos tenuit Inn. ibi,nu.5.& vide Xuarez in alleg.xix. in princip .

5 Amplia quintò procedere in minore: nam quis non potest facere cessionem minori de re immobili? Ratio est,quia non potest minor alienare rem immobilem sine iudicis decreto: vt in toto titul.C.de præd.mino.vt est glos.in l.potest.ff.de autho.tuto. & ibi Bart.Istam ampliationem ponit Iacobin. de sancto georg. per supradictam rationem in d.l.1.C.ne liceat potentio.num.18. Facit vltra eum:nam minori in iure nostro competunt multa priuilegia, & ideo dicitur potentior. Quam ampliationem etiam in vidua habere locum,in vidua tanquam priuilegiata , concludit Aegid.de Bellamera in d.c.2. de alienatione iudic.nume.19.

6 Amplia sextò quandocunque cessio est facta in personam tutoris contra personam pupilli· nam tunc hæc talis cessio facta in tutorem dicitur in potentiorem facta: quia iste tutor potest se ostendere minacem vel terribilem pupillo: Vt notabiliter concludit Innoc.in d. c.ex parte.nu.5.de aliena.iudic.mutan.causa fact.pro qua opinione est text.expressus in Auth.minoris debitor.C.qui dare tuto.uel cura.pos.& in Authen.vt hi qui obliga.se habe.perhi. res mino.in §.si quis.colla.6.quam opinionem tenet notab.Maria.Socin.iun.in consil.148.nu.13.& 14.volu.j.

1 Limita primò non habere locum quando quis solueret quod debet,vt in l.nā & si obligatus soluero quod à me petere velles, huic edicto locus non erit.ff.de alie.iud.mut.causa fa.

2 Secundò fallit quando quis rehabuisset rem alienatam,vt in l.ex hoc edicto.in fi.cum l.sequen.ff. de aliena.iudicij.

3 Tertiò limita quando quis instituendo vel legādo rē alienauerit in l.ex hoc edicto.ut in §.alienare.ff. de alien.iudicij.Ratio est,quia alienatio est necessaria,& non prohibetur.& l.fin.titu.7.par.3.

4 Quartò fallit quando res aliena periret sine culpa, vt in l.non solùm.ff.de aliena.iudicij.

5 Quintò limita quando quis rem suam non possit recuperare:tūc enim permittitur in potentiorem cedere.Ita tenet Barba.in Rubr. de rescrip.col.19.& 20.versicu.idem dicendum erit.quia tunc licet rem alienam furari æquiualentem,quando rem meam aliter habere

non

non possum propter opulentiam vel potentiam aduersarii detinentis eandem rem:vt est glo.in c.ius gentium.j. distin. Ita tenet Inno. in c.olim.el.j.nume.8.de restitu.spolia.facit text.in c. Dominus noster.xxiij.q.ij.ita notabi.tenet Alexand.in consil cxxxv.nu.1.vol.j. Felin in c.quoniam.nu.13 de Simo.& in c ij.nu.36. de sponsa in fi. Chassanæ in consuetudi.Burgund.in titul. *des iustices*. Rubr. prima. §.v.fol.48.colum.ij.numer.32. Hippolyt.de Marsi in sing.clxxvij. Matthæus de Afflict.in constitu.Neapolit.lib.1.Rubr. viii.nu.36.
Et in tantum hoc est verum & procedit, vt etiam ille qui huiusmodi rem furatus est sit tutus in foro conscientiæ. Archidiaco. in cap. non sane.nume.4.xiiij.quæstio.v.quam opinionem ante eum tenuit Innocen.vbi suprà.& in cap.quia plerique. de immuni.ecclesiarum. quem sequuntur omnes supradicti Doctor. Floria.in l.itaque.nu.6. ff.ad l.Aquil.Hippoly.in consi.liij.nume.19.Abb. in cap.1.num.10. de dolo & contum.Iaso.in l.j.nu.7.C.de testam.Pala. Ruui.in repe. Rub.de donatio.§.lxv.nu.5.

6 Sextò fallit quando quis rem quæ à me petere volebat pro derelicto habuit:nam factum eius non improbat prætor. vt in l.item.in §. potest.in fi.ff.de aliena.iudicii.

7 Septimò limita quando cessio fuit inutilis.vt in l. non putauit.in §.non quauis.ff.de bono.posses.contra tabul.& in l.continuus.in §. cum quis.ff.de verbo.obligatio.tenet Bald.in l.quid ergo.in §.eum autem.in fi.ff.de his qui nota.infa. quem sequitur Ias.in l.cùm dubitabatur.num.140.C.de iure emphyteu.

8 Octauò limita quando alienans paratus est se defendere ac si possideret. vt in l.quia etiam.in §.quid ergo.ff.de aliena.iudic.& ita tenet Specul.in tit.de cessione.in §.j.versi.cessat autem. num.17.

9 Nonò fallit quando talis cessio fieret bona fide, & non malitiose ad opprimendum aduersarium,tunc enim bene valet. vt in l.qui stipendia.C.de procurato.tenet Specul.in titu. de cessione actionis.in §.j.nu.4.quem sequitur Iacob.de sanct.Georg.in l.prima.nume.13. C.ne lice.poten.Abba.in c.ex parte.nu.4.de aliena.iudicii.vbi declarat quando dicatur cessio bona fide fieri.

10 Decimò & vltimò limita & declara supradictam regulam vt prædicta actio competat tantummodò contra alienantem:sed contra hæredem vel bonorum possessorem non datur. vt in l.non solum.in §. fi.cum l.sequen.ff.de aliena.iudic. nec post annum datur, vt in l.vel post annum.ff.eod.titul.

REGVLA LXXXIX.

CHARITATIVVM subsidiũ episcopus non potest exigere à subditis pro expeditione Bullarum suæ promotionis. Hanc regulam probat tex.in c.vt præteritæ de elect.secundum verum intellectum: nam tex.ibi dicit quòd expensæ factæ pro negotio electionis, de bonis patriarchatus fiant totaliter. & verbũ patriarchatus exponitur, id est, de bonis spectantibus ad cameram Patriarchæ futuri: secundum

dum Goffre.ibi.& est vera expositio secundum Car.nu.2.q.ix. contra Hostien. Pro qua opinione facit text. in cap. cupientes.in §.ad hæc.& in §.fi.iuncta gl.ibi in verbo,indicauit.de elect.lib.vj. Hanc etiam regulam ponit Boeri.in decis.cxxxiiij.nu.6.

1 Fallit primò quando fructus prælaturæ non sufficerēt pro dictis expensis & immineret necessitas pro eis soluendis:quia tunc posset episcopus petere charitatiuum subsidium,iuxta text.in c.cum Apostolus.de censi.& ita debet intelligi dictum Chassa.in consuet.Burgun.in tit.*des iustices.* rub.j.§.iiij fol.35.col.iiij.nu.36.

2 Secundò limita quādo esset consuetudo quòd pro sumptibus seu expensis prædictis sit contributio facienda per omnes subditos: Vt tenet Hostien.Anto.de But.Ancha.Car. & Panor.in d.cap. vt præteritæ.Calde.in consi.iij. in titu.de censib.per text. in cap.conquestus.ix.q.iij.vbi dicit tex.iuncta gl.in verbo,consuetudo. quòd ratione consuetudinis potest aliquid peti. Facit tex.in c.fi. xviij.q.ij. vbi tex. dicit quòd monasteria debent exhibere episcopis consueta seruitia.& ibi glo.ij.dicit quòd consuetudo inducit annuas præstationes:& sic omnes Doct.supradicti dicunt quod si apparet de consuetudine,illa est seruanda, quæ est optima legum interpres.c.cum dilectus. de consu. quam limit. sequitur. Boeri.in d.decis.cxxxiiij. nu.7. Remigius de Gonny in tract. de charitati. subsidio.quæst.vj. pag.39.cum duabus sequen.

REGVLA XC.

CHARITATIVVM subsidium exigi non potest vltra taxam,nec valet consuetudo contraria.& hodie est taxatum charitatiuum subsidium per Extra.Vas electionis.in tit.de censi.in Extraua.communibus,in §.præmissis quoque.de qua Extrauaganti facit mentionem.Boeri.in decis.cxxxiiij.nu.10. Remigius de Gonny in tracta.de Charita.subsi.q.xvi.Circa quam regulam vide Matthæ.de Affli.in decis. Neapoli. cxxxvj. Thom. Gram. in decis. lxxxviij. Hanc regulam ponit Barthol.de Belencinis in tracta. de Charitati. subsidio.q lxii.Facit pro ea gl.in d.§. præmissis.in verbo, vel consuetudine. vbi Papa videtur reiicere & improbare talem consuetudinem.facit tex.cum gl.in verbo consuetudinis.in cap.dilecti.& ibi Hostien.& alii,de maiori.& obedien.

1 Fallit primò nisi talis consuetudo esset antiqua, & tanti temporis cuius initij memoria non sit in contrarium: quia talis consuetudo inueterata habet vim priuilegii à principe concessi.vt in c.super quibusdam.in § prçterea.de verb.signi. & in l.ex hoc iure.in §.ductus aquæ.ff.de aqua quotidi.& æsti.& ita tenet Abb. in consi.lxxi. volu.ij. Et hanc limitationem quòd consuetudo inueterata habeat vim priuilegii intelligo veram in capaci:secus tamen in incapaci:vt declarat Hippo.in singu.lxxx. Pet.Rebuff. in tracta.de deci.q.xiii.nu.68.Feli.in c.accedētes.nu.6.in 2.limita. & in c.causam

quæ.

quæ.nu.2.de præscrip.& ibi Abb.idem Abb.in c.quanto. notab.j.de consuetu.Hiero.Grat.in consi.vi.num.20.vol.j.Fran.Balb.in repet. l.Celsus.in iij.par.nu.10.ff.de vsucapi.& supradicta consuetudo non solùm habet vim priuilegii,sed habet vim legis: vt in l.j.in §.fin.ibi, vetustatem legis obtinere.& in l.in summa.in prin.ibi,vetustas quę semper pro lege habetur.ff.de aqua plu.arcend. Circa quam limitatio.est notandum quod dicatur spatium tanti temporis cuius initii memoria non stat in contrarium.Cin.in l.ij.C.de seru.& aqu.nu. 9.in ix.q. dicit quòd spatium tanti temporis cuius initii memoria non extat dicitur spatium centum annorum: quam opinio.sequitur Cæpol.in tracta.Seruit.vrba.præd.c.xix.in prin. Rebuff.in tracta.de decimis.q xiij.nu.94.Bertachi.in suo Repert.in verbo, præscriptio. el ij.colum.iiij.Chassa.in consuetu.Burgun.in ti. *des iustices*. Rub.j. §.ij.nu.8.fol.68.nu.1.licet contrarium teneat Felin. & fortè malè, per supradictas authoritates in c.ad audientiam.nu.27.de præscrip.

2 Secundò limita nisi esset consuetudo generalis quòd,prælati exigerent seu reciperent charitatiuum subsidium à subditis vltra taxã dictæ Extrauagantis. quod intelligo de consuetudine generali vniuersalis ecclesiæ,per tex.in c.cõtra morem.c.distin. quam Papa scit & tolerat: vt per Oldra.in consi.ccliiij.num.8. & 26. ita etiam tenet Bartholo.de Belenci.in d.q.lxij.Remigi.de Gonny in allegato tracta.de charita.subsi.q.xvi.in fin.& in q.xviij.in fine.

REGVLA XCI.

CHARITATIVVM subsidium non possunt petere inferiores episcopi. Hanc regulam originaliter tenuit expressè Abb.antiquus in c.cùm Apostolus.de censi.per tex.in d.c.cùm Apostolus. in §.prohibemus.in fin.ibi, archidiaconi siue decani nullas exactiones siue talias in presbyteros exercere præsumant.reprobata glo.ibi,in verbo, exactiones. Hanc opinionem tenet etiam Archidiaco.in c.iuxta sanctionem.xvj.quæst.j.nu.1.Host.in d.§.prohibemus.Abb.in d.c.cùm Apostolus.nu.6.Belenci.in allegato tractat. de charitati.subsi.q.iiii. Hanc opinionem dicit esse communem Nicol.Boeri.in decisio.133. nu.2.eandem dicit etiam communem Chassa.in consuetud.Burgun. in titu. *des iustices*. Rub.1.§.4.fol.35.col. 2.nu.6. eandem opinionẽ tenet Io.Mauritius in repet.l.vnicæ. pagi.100. C.quo loco mulier. mune.subi.sole.lib.x.quæ opinio approbatur hodie de iure regio in l.3.in fin.titu.23.parti.1.

1 Fallit primò in casu vbi laicus domino suo subuenire teneť. Secundũ Collectarium in c.conquerente.nu.5. de offi.ordi.quẽ sequitur Remigi.de Gonny in tract.de charitati.subsidio.q. 28.pag.91.

2 Secundò limita nisi in hoc sit priuilegiatus, vel habeat consuetudo. Ita tenet Hostien.in d.cap.cùm Apostolus.& ibi Henricus Bohic,numer.5.& Abb.num.6.Boerius in d.decisio.133.num.2.Ioan. Mauritius ubi supra.

3 Tertiò fallit nisi isti essent superiores & capita alicus ordinis, vt Priores generales totius ordinis. Tenet id Calderin. in consil.iii.in titu.de censibus.quem sequitur Chassa.vbi suprà.nu.28. Boer.in d. decis.cxxxiii.num.3. & sic si fecit magnas expensas in promotione pro communi vtilitate religionis, poterit exigere charitatiuũ subsidium à tota religione, si non potest soluere de bonis prælaturæ.

4 Quartò fallit in ecclesiis patronatis: nam debent subuenire dominis suis: & sic possunt petere charitatiuum subsidium. ita tenet Innoc.in c.cum & plantare.de priuileg.nu.2.quod est verum interueniente episcopi consensu: quod etiam sequitur Anto. de Butrio ibi nu.19.& ibi etiam Ancha.nu.12.

REGVLA XCII.

CITARI debet qui prætendit interesse, & sic pars quæ ex actu potest præiudicari ad validitatem processus & pro ordine substantiali: aliàs actus non valet. Hanc regulam probat tex.in l. nã ita diuus.ff.de adoptio.in l.de vnoquoque.ff.de re iudi.in l.fina. C. de legiti.hæredi. in l.tres denuntiationes. C.quo. & quan iudex.in l.si quando.C.de testibus.in c.ij.& in c.dilecti.eo.titu.in c. dilecta. de senten.excom.in c.Romana.in c. constitutionum. de senten.excommu.in Clem.sæpe.de verb.signific.in Clem.pastoralis. de re iudi.in c.porro.de diuor.& ibi glo.in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.de constitu.& ibi glo.in c.j.de causa posses. & proprie.in c. quoniam contrà.de probatio.in c.nos in quenquam.& in c.Deus omnipotens.ij. q.j.& sic ille qui vult litigare contra aliquem, ante omnia debet citare suum aduersarium, aliàs processus non valet: quia citatio est inuenta de iure naturali, & est species defensionis: & nullo modo potest omitti, etiam per principem, vt est text. in Clem. Pastoralis. in §.cæterum.de re iudica.ita tenet Bal.in l.cum fratrem. in fin.C. de his quib.vt indig.Alex.in consi. 5.vol.2.nu.2. Ias.in l.ij.quam legit cum l.j.C.quando libel princi.dat. & in l.rescriptum. in ij.notab. ff.de pact. pro quo facit quod dixi in Regula xliij. Circa hanc regulam vide Tho. Gram.in decis.lxv. Fran. Niconi.in repet. c.quoniam contra.in verbo, citationes.num.49 Paul.Paris.in consi j.nume.32.vol.j.& melius quàm alibi Sebastia.Vantium in tract. de nullitate sententiæ, in Rubri.xij. de nullitate ex defectu citationis. per totam.

Hanc regulam cum xi.limitationibus ponit Socin.in regu.xx.in posterioribus. Hanc etiam ponit Zasius cum vna ampliatione & ix. limitatio.in l.de vnoquoque.nume.10. cum aliis ff. de re iudi.quẽ refert Bernar.de Luco cum illis limitationibus in regu.lxxvii. Hãc regulam cum xii.ampliatio.& lx.limitatio.ponit Hippol. in d.l.de vnoquoque.nume.8.vsque ad num.113. Hanc etiam regulam cum vij.limita.ponit Catel.Cotta in Memora.iur.in verbo, citatio. Hãc

etiam

etiam regulam cum.xlvii. ampliatio.& xxxv. limitatio. ponit Maria.Soci.in tract.de citatione.artic.vii.per totum.

Quam regulam in sententiis etiam habere locum ponit Bernar. de Luco in regu.dclxxiii.per tex.in d.c.nos in quenquam.& in d.c. Deus omnipotens.& in d.c.j.de causa posse.& proprie. quam limitat secundum eum ibi Ias.xix.modis.in l.nec quicquam. in §.vbi decretum.nu.23.ff.de offi.procon. & legati. Eandem regulam limitat aliis xix.modis Francis.Nicon.in repeti.c.quoniam contra. in glo. in verbo,citationes.nu.54.vsque ad nu.97.Eandemmet regulam limitat cxv modis Anto.Nice.in concord gl.concord.lii. nu.224.vsque ad nu.371.& in repetitione testium,vt in c.ij.de testib.Ponit regulam cum vi.limita.Roma.in singu.ccclxiiii.Socin.cum ix.in regul.ccccvi.

REGVLA XCIII.

CITATIO regulariter in scriptis fieri non debet: quia est in arbitrio iudicis citare viua voce vel in scriptis,debet tamen in actis scribi vt ex eis appareat. Hanc regulam probat text.in c.cum dilecti.in versicu.spectantibus. in verbo,viua voce.de dolo, & contuma.

1 Limita primò non procedere in iudice delegato qui debet citare inserto tenore suæ commissionis: qui tenor non potest apparere nisi in scriptis:vt in c.preterea.& ibi Abb.& Doctor.de dilatio.Bar. in Auth.qui semel.C.quomo.& quan.iud.Alex. & Ias.in l.ex quacunque.ff.si quis in ius voca.non ierit.

2 Secundò fallit quando nuntius vellet citare realiter, faciẽdo capturam in bonis vel in personam:quia debet ostendere commissionẽ in scriptis.Secundum Barto.in l.palatinos.C.de collat. fundo.fisca. lib.xi.nu.1.& 2 Philip.Franc.in c.cum parati.nu.30.de appella.De iure regio est tex.in l.iii.tit.xiiii.lib.5.Ordina.

3 Tertiò fallit quando citatur aliqua persona illustris vel clarissima:quia debet citari in scriptis:aliàs citatio non valet.Ita notab.tenet Bart.per tex.ibi,iuncta gl.in l.quoties.C.de dignit.lib.x. nu.7. quem sequitur Ias.in §.quadrupli.nu.24.Insti.de actio.

4 Quartò fallit quando destinatur nuntius ad capienda bona fisco delata: nam non creditur ei sine literis. vt in l.prohibitum. in fine. C.de iure fisci.lib.x. Similiter quando aliquis mittitur ad exigendas pecunias fiscales: vt in d.l.palatinos,tenent Doctor,in d.c.cum parati.

5 Quintò fallit quando citatio fit in domo & non personaliter: nã non valet ad effectum reddendi citatum contumacem nisi fiat cum literis.Secũdum Bal.& Ang.in l.vt perfectius.C.de ann.excep.col. ij. Alex.in addi.ad Bar. in d.l.palatinos.nu.3.

6 Sextò limita in nuntio electo specialiter qui non est nuntius cõsuetus: nam sibi non creditur nec valet eius citatio sine literis. Tenet Bald.in d.l.vt perfectius.nume.18.& Bartol.per illum tex.in l.

eum qui.in §.si epistola.ff.de furt.& in l.iustè possidet.ff.de acqui. poss.& ibi Alex.num.30.idem Bart.in extrauag.ad reprimendum in versi.per literas.facit tex.in cap.prudentiam.in princ.ibi,per certũ nuntium.de offi.deleg.tenet Fran.in d.c.cùm parati.nu.29.

7 Septimò fallit quando citatio fieret extra prouinciam,quia non valet nisi fiat in scriptis,Secundum Bar.in d.Extrauag.ad reprimendum.in gl.in verbo,per nuntium.in medio.qui sint rebel.in Vsibus feud.per tex.in Auth.de collato.§.eos.coll.ix.quod etiã tenet Francus in d.cap.cùm parati nu.31.

REGVLA XCIIII.

CITATIO partis requiritur in exequutione sententiæ, vt in l.j.ibi,si cœperis ex sententia conueniri.C.de iur.& facti igno.& in l.meminerint C.vnde vi Pro hac regu... allegatur tex. licet parum faciat,in l.defendente.ff.de autho.tutor. vbi iudex debet interrogare partem an velit satisfacere . Hanc regulam ponit Bart.licet cũ distinctione,in l.à diuo Pio.§.in venditione num.2.ff.de re iudicat. idem Barto.in d.l.meminerint.& in Extrauag.ad reprimendum. in verbo,exequutionem.qui sint rebell.in Vsib.feudo. quem sequitur Alexan.in d.§.in venditione num.35.& ibi Ias.num.9. & ibi Vinc. de Hercula.nume.32.

Prima ratio huius regulæ est, qa aliter pars lædi poterit propter multas exceptiones quas opponere poterit, scilicet,incompetentiam iudicis qui sententiam protulit,iuxta glo.fi.in Clem. vnica de sequest.possess.& fruct. & in l.fina.C.si à non compe.iudi.& sic alias exceptiones quas scribit Petr.de Ferra.in pract. in forma exequut. senten.glo.& Doct.in d.l.j.C.de iur.& fact.ignorã.& Matth.de Afflict.in consti.Neap.lib.2.rub.17.nu.15.

1 Amplia primò siue exequutio fiat in actione personali siue in reali,cùm sit eadem ratio : Secundum Cin.in l.ab exequutione.C.quorum appel.non recip.quem sequitur Io.de Imo.in d.§. in vendit.& ibi Alex.vbi dicit ꝙ hæc opinio est verior in iure:& ibi Ias.nu.9. licet Bar.teneat contrarium in d.§ in vendit.& in alijs locis,suprà allegatis,quæ opinio est cõmunior secundum Ias.ibi.Sed opi. Cin.approbatur de iure regio in l.2.tit.xiiij.lib.5.Ordi.

2 Secundò Amplia procedere etiam si in illa in qua fuit condemnatus fieret exequutio,cùm etiam pars in hoc lædi possit,fortè propter hypothecam vel aliud ius quod in illa re habet, & ideo ad hoc debet citari,vt in l.de vnoquoq; ff.de re iudi.& ita tenet Ioann. de Imo.in d.§.in venditione nu.13.quem vltra Ias.vbi suprà, & Alex. sequitur Vinc.de Hercu.nu.35.

3 Amplia tertiò,etiam si iudex qui eam protulit exequeretur,cùm exceptiones possint allegari in exequutione : quod fieri non posset si pars non citaretur,Secundum Alex.in d.§.in venditione.Card.in Clem.sicut q.2.de appel.Philip.Franc.in c.ex ratione nu.83.de appel.

pell. Deci. in consi.97.nume.2.

4 Amplia quartò, etiam si exequutio fieret contra eundem condẽnatum, & sic in omni exequutione tutius est ꝙ fiat citatio. Secundum Soci.in tract.de dilation.articu.7.quæst.xix. Alexan.& Iaso.in d.§.in venditione.

5 Amplia quintò, etiam post desertionem appellationis, scilicet, si pars intra tempus non fuit prosequuta appellationem, & sic reman sit deserta. Secundũ Bart.in l.j.in fi.ff.nihil noua.appel.penden.quẽ sequitur Deci.in d.consi.xcvij.num.2.Matth.de Afflict.in constitu. Neap.lib.2.rub.17.nu.20 Alex.in d.§.in venditione nu.32.

1 Limita primò nisi constaret notoriè nullam absenti competere defensionem, Vt est gl.in ca.ad nostram.el 3. & ibi Docto. de iureiuran.& in c.cùm sit.de appella. Facit tex.in l.si cùm seruum. in § si quis seruum, ibi, vt si præsens esset. & in §.iusta. ibi, non est necesse vocare.ff.de fideicomm. liberta.in l.recusare in princip.ff.ad Trebel.in cap.cùm olim. secundum vnam lecturam glo.de re iudi. Inno.in c.tua.de cohabita.cleri.& muli.quem sequitur Matthæ.de Afflict.in constitu.Neapol.in d.rub.xvij.nu.21.Nico.Bello.in consil.lxx.nu.16.Pau.Pari.in consi.j.nu.33.volu.1.Vin.de Hercu.in d. §.in venditione nu.36.& Ioan.de Aima Vaionensis in procemio cõcordatarum, fo.49.col.1.

2 Limita secundò quando præcessisset cognitio super exequutione, & non restaret nisi exequutio facti, tunc enim non est necessaria citatio, vnde tunc iudex potest committere ad petitionem partis nuntio vt exequatur, nulla facta partis citatione, & tunc exequutor poterit manu militari exequi sententiam, per tex.in l.qui resstituere.ff. de rei vendi.ita eleganter tenet Matthæ.de Afflict.in d. rub.xvij.num.17.Bar.in d.§.in vendit.num.2.

3 Tertiò fallit quãdo prius citato aduersario esset facta exequutio de parte, tunc si in alia parte fiat non requiritur citatio, secundum Deci.in c.ex ratione.nu.72.de appel.

4 Limita quartò non procedere de iure regio: nam absq; citatione sententia mandatur exequutioni, vt in l.v.tit.8.lib.3.Ord.vbi ponitur tempus x.dierum, intra quem terminum debet reus comparere coram iudice ad opponendam exequutionem. & hanc practicã cõmuniter seruari tenet Roderi.Xuarez in repeti.l post rem iudicatã. in duodecima limitat.fo.148.col.3.nu.2. & decem dies enumerantur à die factæ oppositionis, vt in l.ix.in legib.de Madrid.quæ l.trãsumptiuè habetur in l.lxiiij.in legib.Taur.

REGVLA XCV.

CITARI quis non potest vt personaliter compareat, quoniã liberum eẽ videtur citato comparere per se vel per procuratorem, vt in c.querelam de procu.& in l.j.ff.eod.tit.& no.in c.j.de iudi.li. 6o.& in l.fi.C.de procur.circa quam reg.6.Bern. de Luco in practi. c.cxiij.Matt.de Afflict.in cõsti.Neap.li.1.rub.96.nu.14.& 50.Pau.

Pari.vbi limitat 3.modis,in consil.cxx.nu.1.Hanc reg.amplia in 4. modis,& limita 8.modis,vt per Marian.Soci.in tract.de citatio. articu.xx.nu.25.vsq; ad nu.39.

REGVLA XCVI.

CITATIO ad hoc vt valeat requiritur requisitio partis. Hanc regulam ponit Abb.in ca.j.nu.4.de iudi.& in nume.33. Ale. in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.facit tex. in l.ad peremptorium ff.de iudi.& in ca.licet de accusationibus & in l.fi.C.de bonis authorit.iudi.possiden.& in l.properandum §.& si quidem in verb. requirente parte C.de iudi.gloss. in l.sancimus. in verb. per contumaciam C.ad Trebellian.melior text. de iure in cap. proposuisti in verb.ad petitionem cuiusdam aduersarij.de foro competen.& ibi Abb.Feli.in d c.j.nume.1.de iudi.Deci.in j.lect. nu.25. & in 2.lect. num.14.& ibi Francis.Are.nu.10.Sebastia. Vant.in tracta.de Nullitat.sententiarum,in rub.xij.de nullitate ex defectu citationis.num. 44.pag.256. Hanc regulam limitat quinque modis Francis.de Ripa in d.c.j.nume.20.de iudi.

REGVLA XCVII.

CITATIO ad hoc vt valeat requiritur authoritas iudicis & commissio. Hanc regulam probat tex.in l.neminem.C.de exhib. reis & in §.si verò quidam iurant.in Auth.eo.tit.coll.v. tex.in c.ex parte de rescrip. Hanc regulam vltra Abb.ponit Felin. vbi ponit rationem eius,in ca.j.nu.1.de iud.& ibi Deci.in 2.lect.nu.92. Aret. in nu.41.vbi dicit ꝙ opi.Bar. qui ita tenet in d l.neminem communiter à Doctoribus approbatur. Hanc etiam regul.ponit Francis. Niconi.in repe.c.quoniam contra in glo.in verb.citationes num.5. eandem opinionem tenet etiam Ias.in §.quadrupli num.12.Inst.de act.Chassa.in consnetu.Burg.in tit. *Des iustices*. rub.j.§.vj.fo.66. colla.4.num.61.Sebastia.Vant.in tract.de nullita.senten. rub.12.de nullitate ex defectu citationis nu.32.pag.253.Pau.Pari.in c.quoniã contra.nu.43.de probat.Matth de Afflict.in constit. Neap.li.j.rub. 90.nu.2. Hanc regulam cum tribus ampliationibus, & duabus limitationibus ponit Francis.de Ripa in d.c.j.nu.85.de iudi.

1 Amplio hanc regulam vltra eum vt procedat siue causa sit ciuilis siue criminalis: in ciuilibus probat text.in d.c. proposuisti.de foro compe.& in c.ex parte el 2.de rescrip. cum alijs iuribus suprà adductis.& in criminali probat tex.in c.j.de iud.secundum communem intellect.facit quod notat Bal.in d.l. neminem nu.4. facit etiã tex.in l.absentem ff.de pœnis.

1 Limita primò vltra ripam, vt non procedat in citatione de nouo reiteranda propter nullitatem primæ: quia vbi prima citatio sit facta authoritate iudicis, licet nulliter ex aliqua causa poterit per

nun-

nuntium alia de nouo fieri sine alia authoritate. Ita tenet Roma.in l.qui per salutem.ff.de iureiu.per tex.ibi facit tex in c.ex literis.de offi.deleg.quem sequitur Ias.in d.l.qui per salutem nume.4.

2 Secundò limita quando aliqua causæ cognitio requiritur in citatione,aliàs secus,vnde simplex citatio ad comparendum potest fieri per nuntium absque alia speciali commissione iudicis. Ita tenet Phil.Dec.in d.c.j.de iudi.in 2.lect.nu.95. vbi dicit quòd ita Florentiæ practicatur,& ibi Aret.nu.41.Bal.in l.si quando nume.12.C.de testibus Philip.Franc.in c.cùm parati.num.14.de appellatio.Ias.in §.quadrupli.nume.35. Institu.de actio.quod notabi.declarat Sebastianus Vantius,vbi tenet hanc opinionem, in tractatu de nullitatibus sententiarum rubri.12.de nullitate ex defectu citationis nume. 38.pag.254.

REGVLA XCVIII.

CLERICI non habentes curam animarum,sed beneficia simplicia, non tenentur ire ad Synodum episcopi. Hanc regulam ponit glo.& ibi Card.in 3.nota.nume.2.& Abb.in j.notabi. Felin.nu. 1.in c.quod super his.de maiori.& obedien. Hanc opinionem sequitur Henri.Bothæus in tracta.de Synodo episcopi in 2.par.nu.18.

1 Limita primò quando episcopus aliquid vellet statuere concernens totum clerum,vel procedere ad reformationem morum. Ita Abb.post Ioan.And.& Host.in d.notab.j.quos sequitur Hen.Both. in d.2.par.nu.17.& 20.

2 Secũdò limita quando episcopus in sua Synodo notificaturus & publicaturus est statuta, & ita in Synodo prouinciali seu archiepiscopali,vt in ca.fi ibi,diaconos & clericos.18.distin.& ibi hoc tenet Vgutius & vterq; Cardina.pro quo facit, quia tunc etiam laici tenentur venire secundum Archid.in d.c.fi.& Abb.in d.j.notab.quos sequitur Henr.Both.in d.ij.par.nu.33.

REGVLA XCIX.

CLERICVM percutiens est excõmunicatus, & non nisi à Romano Pontifice debet absolui. Hanc regulam probat tex.in c. si quis suadente xvii.q.4.& in c.j.& in c.non dubium.& in c.ex tenore de senten.excõ.& in c.religioso eo.ti.li.vj. De iure regio tex. in l.3. tit.9.par.j. Hanc regu.ponit Nico.Plotius in tracta.de excom.in prin.nu.23.vsque ad fi.vbi eam limitat 14.modis.eãdem regulam ẽt cum aliis 14 limitat.ponit Io.de Lignano in tract.de censura ecclesiastica §.6.nu.1.Alias 14.limita.ad hanc regu.ponit tex.in l.3.tit.9.par.j.& x.limitatio.ponit gl.in d.c.si quis suadente.in verbo,violentas,& vii.limitationes ponit Bernardus Laurentius in tracta.in quibus casibus iudex secularis possit imponere manus in personas ecclesiasticas num.7. Hanc regul.cum xx.ampliat. in effectu

licet 8.tantùm videantur,& xxii.limitatio.ponit Stepha.Aufred.in tractat.de potestate seculari super ecclesiast.personas in 3.regu.per totam.vbi licet tantummodo ponat xii. limitatio. sunt xxii. vt suprà dixi in effectu.

1 Vltra quas ampliationes & limitationes amplia Primò hanc regulam,vt non solùm percutiens sit excommunicatus, verùm etiam ipso iure sine aliqua denuntiatione,Vt est tex.in extrauag. Martini Quinti,quæ incip.insuper ad euitanda . vbi probatur quòd ad hoc vt quis sit excommunicatus requiritur quòd denuntietur. Sed Extrauag.illa excipit suprà dictum casum nisi fuerit excommunicatus pro violenta manum iniectione in clericum:quia tunc non requiritur denuntiatio.& Extrauag. illam ponit ad literam Archiepis Flo. in tracta.de excomm.num.16.& in Summa in 3.part.ti.xxvi.ca.vlt. vbi ponit etiam approbationem illius extrauagãtis : & illam refert Feli.in cap.Rodulphus nu.39.de rescript.Ange.in Summa , in verbo,excommunicatio.el 8.Phil.Dec.in ca.à nobis nu.20.& ibi Pau. Pari.nu.13.de exceptio.

2 Amplia secundò habere locum etiã si percussus si primæ tõsuræ. Vt in ca.quisquis.xvii.q.4. in c.de persona xi.q.i.in c.clericos xi.distin.in c.cùm non ab homine.ibi , quocunq; ordine.de iudi.in ca.1. de cleri.coniuga.lib.6.glo.in Cleme.2.in verbo,clericos. de vita & hone.cler. & in cap.ii.in verbo,clericos. de præben. & ita expresse tenet Ioan.Lupus Segouiensis in tract.de censu.ecclesia.qõ.2.& 5. Thom.Gram.in decisi.x.num.1.Matthæ.de Afflict.in consti.Neap. lib.i.Rub.xix.nu.21.Ioan.de Imo.in c.ex literis.num.6.de vita , & honest.cler.Lamber.in tract.iuris patro.in 1.par.2.lib.in 2.artic. in 7.q.nume.6. Hanc opinionem tenet etiam Ioan.Mauri.in repeti.l. vnicæ,pag.75.C.quo loco mulie.mune.subi.sole.lib.x. eandem opinionem dicit esse communem Alber.Trotius in trac.de vero & perfecto clerico,in 1.lib.dub.2.

3 Amplia tertiò habere locum in personis quæ regulariter viuunt, licet non faciant professionem : nã isti gaudent priuilegiis clericorũ & manus iniiciẽtes in eos violentas incurrunt sn ĩam excõmunicationis.Ita Ant.de Butr.quem sequuntur alii Doct.in c.2.nu.6.de foro compe. Quam opinionem dicit esse cõem Nicol.Boet. in tracta.de vita & hone.Eremitarum nu.14.Eandẽ opinionẽ tenet Lamber.in tract.iur.patro.in i.par.2.lib.in vii.q.artic.4. num.2. Idem est in mulieribus q̃ vt Deo seruiãt se recludunt in vna domo ad ieiunandum & orandum,quę tñ habent priuilegium monachorum, ita vt eas percutientes incidant in pœnam huius regulæ , & sub iudice seculari cõueniri nõ possunt. Ita probat tex.in c.indẽnitatibus.in §. supradicta.de elect.lib.6.ita tenet Ang.in Auth.apud quos oporteat causas dicere monachos in prin.nume.4.colla.6.Anto.de But. in d. num.6.Cardina.de Turre Crema.in c. qui verè . in vltim.q.16.q.1. Quam opinionem sequitur Nicol. Boetius in tract.de statu. & vita Eremitar.nume.15.licet contrarium teneat Rota in decisio. clxvii.

in antiq.secundum veterem impressionem, & secundum nouam in tit.de regularibus, in decisio. j. de qua decisione facit mentionem Cæsar Lamberti.in d.tracta.in j.par.2.lib.in 7.q. prin.arti.6 nu.4.

4 Amplia quarto etiam si clericus sit degradatus, non tamen potest percuti,& percutiens eum incidit in c.si quis suadente. Tenet Bald.in c.sedes apostolica.de rescrip.nu.4.& allegat Inno. ibi. Ratio est,quia priuilegium dignitatis durat finita dignitate.glo.est expressa in c.accedens.in glo.j.l.dist.& est gloss. fin.expressa quæ hoc probat in c.dictum.81.distin.Pro quibus gloss.est tex. in l.vnius.in §.seruum.ff.de quæstio.& in c.ostenditur.de consecra.dist.4.tex.notabi.in l.fin.in versic.non esset torquendum in memoriam pristinæ dignitatis.ff.de decurio.Facit etiam gloss. in c.contingit.el 1.de sententen.excom.& in c.ad abolendam.de hæreti.in verbo, prærogatiua. & hanc opinionem tenet Hippol.in singul.107.& in l. eiusdem.in prin.nu.7.ff.ad l.Corn.de Sica.& in l.etiam si redhibitus. num.2.ff. de quæstio.Andr.Tiraquel.in tracta. de causa cessante.in 2.parte,limitatib.15.nume.4.

5 Amplia quintò, etiam si percussus sit coniugatus, dum tamen contraxerit cum virgine semel & non bis,& deferat tonsuram & vestes honesta. Vt in c.j de cleri.coniuga.lib.6.& est l.49.titu.6.par. j.l.13.titu.3.lib.1.Ordi. & est Pragmatica 27. in vol. Pragmaticarum,vbi taxatur habitus clericalis.ita tenet Matthæ.de Afflictis in constitut.Neapol.lib.1.Rubr.3.nume.21. quod tamen intelligo verum in percutiente ipsum clericum coniugatum, non tamen in persona vxoris eius,ita Ioan.Andr.& ibi Domi. in c.j. de cleri.coniuga.lib.6.Ioan.de Imol.in c.2.de fo.compe.Tiraq.in gl.j.post leges connubia.nume.59.

6 Amplia sextò,etiam si clericus percussus sit mortuus,durat enim priuilegium in cadauere,vt percutiens iniuriose, incidat in pœnam huius regulæ.Ita tenet Feli.in ca.à nobis.el 2.nume.4.de sententia excummu.Alber.Brunus in tracta.de augmento.nume.95.Hippo.in l.vnica.nu.53 C.de raptu virgi.& in l.fin.nu.56.ff. de quæstio.pro qua opinione est tex.in c.quod in te.de pœniten.& remissio.vbi clericus qui potest tempore interdicti ingredi ecclesiam viuus, potest in ea sepeliri mortuus.facit etiam text.in l.2.ff.de cadaue.puni.glo. in c.licitè.32.q.7.

7 Amplia septimò,etiam si percutiens sit clericus. vt in c.cùm pro causa.& in c.porrò.& in c.monachi.de senten.excom.

8 Amplia octauò, etiam si clericus percussus sit excommunicatus. Ita Innoc.in nu.3.& communis opinio in c. si verè.nu.1.de senten. excom.& est tex. pro ista opinione in c.j.& in c de Monialibus.eo. tit.facit glo.in c.si quis deinceps.17.q.4.& in c.si quis vestrum. 23. q.5.& in c.2.ne cleri.vel mona.lib 6. Felin. in c.j.de senten.excom. Ratio est,quia priuilegium hoc ordini,non clerico conceditur,ut in c.contingit.el 1.de sen.excommu.

9 Amplia nonò in percutiēte ingressum religionem nouitium,& si

nullum

nullum ordinem habeat. Vt in ca. religioso. de sent. exco. lib. 6 sunt enim de foro ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ, vt in cap. duo sunt. 12. q. 1. ita concludit Anchara. in consil. 68. Andr. Tiraquellus in tracta. de vtroque retra. in titu. *de retrait lignagier*. in §. 1. gloss. 8. nume. 22. & nume. 30.

10 Decimò amplia, etiam si non sit verè clericus sed destinatus clericatui, & sic gerat se pro clerico, vt sunt pueri deseruientes in choro, deferentes habitum & tonsuram, quia percutiens eos est excommunicatus. Ita concludit Archidia. in d. c. si quis suadente. nume. 8. Felin. c. cùm adeò. de rescrip. faciunt cumulata per Ias. in l. diuortio §. interdum. ff. soluto matri. Pala. Ruuios in repe. Rubr. de donatio. §. xxxviij.

11 Amplia vndecimò nō solum si percutiat clericum, sed consanguineum clerici causa eiusdem clerici. Vt in c. sciant cuncti. de elect. li. 6. gl. in Clemen. 2. in verbo, quomodolibet. de senten. excō. facit etiā tex. in c. quicunque, de senten. excommu. lib. 6. tenet Matth. de Afflict. in tracta. de iure protomi. in Rubr. nume. 27. Quod intellige solum in casibus specialibus in illis iuribus, secundum Syluestrum in sua Summa, in verb. excommunicatio. el 9. Caieta. in eod. verb. cap. xxxiiij. Iason in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. numero 12. ff. de noui oper. nunt.

1 Limita primò non habere locum quando quis insequitur clericum, sed non percussit. Vt est gloss. in cap. Fœlicis. in verb. insequutione. de pœnis. libr. 6 quam sequuntur ibi Ioan. Andr. & communiter Doct. Innocen. Abb. & Doct. in cap. nuper. de sententia excommu. licet contrarium tenet gloss. in cap. si quis pulsatus. de pœniten. dist. in j.

2 Fallit secundò in eo qui capit clericum vt obuietur delicto committendo. Tenet Abb. in c. si verò. el j. de senten. excom. idem Abb. & Philipp. Deci. nu. 36. in c. cùm non ab homine. de iud. facit glo. notab. in c. 2. de hæreti. vbi probatur quòd quilibet tenetur alium corrigere in delicto committendo. Et ex hoc patet quòd familia potestatis potest capere clericum incedentem de nocte cum armis, sine metu excommunicationis. tenet Abb. in c. vt famæ. de senten. excō. mu. in c. j. nu. 7. j. nu. 7. de deposi. Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. Deci. in d. c. cum non ab homine. nu. 40. Montaluus in l. 51. tit. 6. parte. 2. quæ opinio hodie approbatur per l. 15. titu. 3. lib. j. Ord. Et xx. casus, in quibus iudex secularis potest imponere manus in ecclesiasticas personas sine metu excommunicationis, ponit Bernard. Lauren. in tracta. quibus casibus iudex secularis possit imponere manus in ecclesiasticas personas. in 14. volumi. Tractatuum.

3 Limita tertiò quando clericus primæ tonsuræ exercens officium carnificum seu macellariorum, aut tabernarij publici, & personaliter tertiò monitus propriis nominibus expressis à diœcesano non dimiserit illud officium, nam isti tales non gaudent priuilegio clericali.

ricali, Vt est text. & ibi glo. in verb. publicè. & in verb. nominatim in Clemen. j. de vit. & honest. cleri. sed hodie sufficit si in genere moneantur: vt in Extrauagan. Leonis x. quam refert Boer. vbi eam ad literam ponit, in decisio. 69 nu. 36. & ideo si fuerit tertiò monitus & non destiterit à tali officio, si est coniugatur perdit statim priuilegium, & percutiens non incidit in Canonem: & si non est coniugatus, tantummodò perdit priuilegium clericale, scilicet, in rebus suis, vt ibi dicit Clement. quam declarat Bernar. de Luco in pract. c. 67. Cæsar Lambert. in tract. iuris patrona. in j. par. 2. lib. in arti. 26. 9. q. princ. nu. 3. fol. 250. col. 1. & circa hāc regulam vide text. in l. 4 tit. 9. par. 1. quæ ponit casus in quibus percutiens clericum possit absolui ab alio quàm à Romano Pontifice.

REGVLA C.

Clerici & personæ ecclesiasticæ & ecclesiæ non debent subire munera p̄sonalia, sed sunt immunes, & sic nō tenentur soluere collectas, neque aliud tributum. Hæc reg. probatur primò de iure diuino, Nume. cap. 3. & cap. 7. Probatur etiam & secundò de iure naturali, vt testatur Caius Cæsar in lib. 6. suorum Commenta. Tertiò probatur de iure Canonico, in c. non minùs. & in c. aduersus. de immunit. ecclesi. & in c. peruenit. 86. distin. & in c. quàmquam de censib. lib. 6. Quartò probatur de iure ciuili, vt est text. in l. placet. C. de sacrosanc. eccle. canonizata in ca. generaliter. in § placet. 16 q. 1. facit etiam text. in Authent. item nulla communitas. C. de epis. & cle. Probatur etiam de iure regio, in l. j. titu. 3. lib. 1. Ordina. & in l. 3. in quaterno Gabellarum. & in l. 51. titu. 6. par. 1. / Hanc regulam ponit Bar. in l. vnica, nume. 32 C. quo loco mulier munera subi. debe. lib. 10. idem Bartol. in consil. clxxx. & in l. j. in §. fin. ff. de muneri. & honori. Panor. & alij. in d. c. non minus. nu. 1. & 17 Ias. in l. placet. in 2. lectu. nume. 10. C. de sacrosan. eccle. Ioan. de Platea in l. fina. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. Guido Papa. q. ccclxxij. Franc. Cur. Iun. in consil. lxj. nume. 2. Matthæus de Afflictis in c. j. nu. 32. quæ sint regal. in Vsibus feud. Thomas Grammaticus in decisione 19. nume. 14. & in consil. 1. posito post decisiones nu. 32. & 33. Ioan. Mauritius in repe. d. l. vnicæ. pag. 51. cum sequentibus. C. quo loco mulier munera subire debeat. Ioan. Bassianus in consuetudi. Aluerniæ, cap. 25. artic. 8. Petrus Antibolus in tracta. de muneribus. §. 4. numero 26. cum sequentibus Franc. de Platea in tracta. de excommunicatione §. xxxvj. Chassanæ, in consuet. Burgund. in titu. *Des iustices.* Rubric. 1. §. 5. nume. 4 fol. 49. & in §. 4. in dicto titu. *Des iustices.* Rubric. 1. numero 17. fol. 29. Cardina. in repet. c. perpendimus. numero 9. de senten. excom.

1 Amplia primò, etiam si clericus vellet sponte soluere dictam collectam, nam non posset nec communitas debet recipere. Ita tenet Thomas Parpalia, in rep. d. l. placet. versi. & tertium. C. de sacros. eccle.

cle. Ratio est, quia hoc priuilegium est inductum in fauorem totius cleri prout in dubio præsumitur, & sic illi non potest renunciare, ut in c. si diligenti. cum aliis, de foro compe. Facit quod no. Ias. in l. ad egregias. nu. 2. ff. de iureiur. & in l. j. §. & post operis. nu. 12. ff. de noui ope. nuntia. pro qua limitatione est text. in cap. exigit. de censibus. lib. 6. licet contra eam velit tenere Ioan. Mauri. in repet. d. l. vnicæ, pagi. 82.

2 Amplia secundò habere locum etiam in colonis, & vxoribus, & filiis clericorum. nam eis non possunt imponi collectæ propter bona quæ habent a clericis uel ecclesiis, Vt in d. c. generaliter. in §. nouarum. 16. q. 1. Bal. in l. j. C. de episco. & cleri. idem Bal. per illum text. in l. bipennes. C. de agrico. & censi. lib. 11. vbi tex. dicit quòd domini, non coloni vel censiti pro eorum erædiis tributa soluere tenentur. Circa quā limitationem vide Maurit. in d. repe. l. vnicæ. pag. 46.

3 Amplia tertiò in emphyteutis uel vasallis ecclesiæ seu ecclesiarum: nam sunt exempti à muneribus sordidis. Tenet Bart. in l. senatoribus. C. de dignita. lib. 12. vbi expresse dicit quòd vasallus ecclesiæ est exemptus. & non dicit à quibus, sed de necessitate intelligendum est à sordibus. & de emphyteuta idem tenet Bal. in l. quæro ff. de vsufructu legato. Bar. per illum text. in l. priuatæ. de excusati mune. C. nu. 2. quem sequitur Thomas Parpalia in repeti. l. placet. in princ. quod etiam sequitur Ioan. Maurit. vbi allegat alios Doct. in d. rep. pag. 287.

4 Ampliá quartò in oblato qui se & sua obtulit religioni, quia tunc tam persona ipsius oblati quàm eius bona monasterio collecta sunt libera & exempta ab omnibus oneribus secularibus, sicut sunt reliqua bona ecclesiastica & personæ ecclesiasticę. ut in c. j. & ibi gloss. de decimis. tenet Abb. in consil. 54. nu. 2. volu. 1.

5 Amplia quintò in fratribus Hierosolymitanis, quos Rhodianos vulgus nominat: nam ipsi sunt immunes & non tenentur soluere collectas, cùm pro Christianæ fidei incolumitate eos passim videamus militantes, nam sunt de ordine clericali, & separati a lege matrimoni. & obligati ad horas dicendas, & habent certum & limitatum ordinem viuendi à Pōtificibus institutum. Vt in Clem. j. de religio. domi. nam computantur inter personas ecclesiasticas, vt in ca. duo sunt genera. & ibi glo. j. 12. q. j. Bar. in l. semper. in §. quibusdam. nu. 1. ff. de iure immunita. tenet Ioan. Mauri. in repe. d. l. vnicæ. pag. 96. in fin. cum sequen. Quod intelligo in fratribus quos assiduè pro diuini cultus augmento & salute operam dare agnoscimus. vt per Alexan in l. ne quidam. C. de milita. testamen. Doct. in Clem. cùm ex eo. de senten. excommu. & in Clemen. 2. de foro competen. Quod hodie est derogatum, quantum ad collectas. in omnibus Commendatariis, tam sancti Ioannis, quàm sancti Iacobi. & alij in l. 3. in fin. in quaterno Gabellarum.

1 Fallit primò nisi aliud habeat consuetudo, nam si consuetudo est quòd clerici cōsueuerūt soluere collectas certis bonis ad eos trā sla

tis,

tis,valeret consuetudo.Hoc voluit sentire Bar.in l.ad collationem. C.de auro corona.lib.10.Alexan.in additio.ad Bar.in l.rescriptum. in §.sciendum.ff.de muneri.& honor.Bal.in consi.112.nu.4.volu.2. Specul.in titu.de cleri.coniuga.nu.5. Rochus de Curte in tract. de consuetu.nu.511.vbi tenet quòd in conflictu opinionum illa est te nenda quam sequitur cõsuetudo,etiam si sit contra ecclesiam,quod ante eum tenuit Abb. post Ioan.Andr. in cap.at si clerici.de iudic. Hanc opinionem sequitur Remigius de Gonny. in tracta. de charita.subsi.pag.238.cum sequen.Paul.Parisi.consi.27.nume. 27. volu. j.& in nume.32.licet contrarium teneat Abb. in c. non minùm.nu. 17.de immuni.eccle.

2 Limita secundò quando aliqua possessio æstimata seu asscripta & appretiata & registrata in lib.communi seu communitatis,deueniat ad clericum seu ecclesiam ex quocunque tit.nam tunc tenetur clericus vel ecclesia penes quam est dicta possessio ad collectas soluendas per laicos imponendas,sicut sui antecessores debant.Ita tenet Spec.in tit.de cleri.coniuga.nu.11. uersi. alij dicunt. Lucas de Penna in l.fin.C.de exacto.tributo.lib.10.Guido Papa in decisi.79. Contra quam fallentiam dicit esse communem opinionem Remigius de Gonny in tract.de charita.subsi.pag.246.vbi eam notabiliter examinat vsque ad pag.253.Sed pro hac limi. est text.in l.j. titu.3. lib.j.Ord.& videtur etiam l.55.titu.6.par.1.

3 Fallit tertiò quando ex vetusta consuetudine seu antiqua præscriptione debetur domino per vasallos terrarum suarum annis singulis quædam præstatio vocata collecta,pro qua soluenda omnia bona immobilia ipsius terræ sunt taxata & appretiata in certa summa præstãda pro ipsis collectis,si possessiones illorum bonorum ex aliquo tit.inter viuos vel in vltima voluntate transferantur in ecclesias vel clericos,aut aliàs ipsi clerici in eis legitimo iure succedant,pro bonis eisdem tenentur clerici vel ecclesiæ ad soluendam taxationem pro rata illorum bonorum,prout prædecessores laici pro illis bonis anteà persoluebant. Hanc fallentiam in eisdem propriis terminis ponit Lucas de Penna in l.fin.in prin.C.de ex actori.tributo.lib.10 quem sequitur Remi.de Gonny, vbi beatissimè eam examinat, in tract.de charita.subsi.pag 254.cum sequen.

4 Fallit quartò quando clerici possedissent de facto & non de iure, nam tunc non excusantur ab istis muneribus,vt sunt fratres Minores si possiderent immobilia quæ sunt eis prohibita. Vt in clemen. exiui.de verb.signifi.facit tex.in c.recolentes.in fin.de statu mona. ita tenet Anchar.in consi.109.nume.2. quem sequitur Ias. in l.vbi pactum.nu.30.C.de transact.Thomas Parpa.in repe.l. placet.C.de sacrosan.ecc.Ioan.Maurit.in repe.l.vnicæ.pag.92.C.de mulie.& in quo loco munera subire debeant.lib.10.

5 Limita quintò quãdo fraudulenter fieret translatio bonorũ per laicum in clericum vel ecclesiam,vt tenet Specula. in titul.de cleri. coniuga.num.16.quem sequitur Thom.Parpalia in repe.d.l.placet. versi.

versi.item limites.Ioan.Mauri.in d.repet.l.vnicæ. C.de mulie.& in quo loco.pag.78.De iure regio est tex.in l.lix.tit.v.par.v.

6 Fallit sexto quando alienans vel donans seu legans tempore contractus apponit conditionem quòd ecclesia soluat onera seu collectas:tunc si ecclesia vult acceptare,debet cum onere suo. Ita tenet Anchar.in consil.217.nu.1.quem sequitur Felin.in c.ecclesiæ sanctę Mariæ.nu.77.de constitu.quam opinionem sequitur Thom. Parpalia in allega.l.placet.in Versi.sextam limita.pro qua opinione alleg. tex.in l.si ista stipulatio.in fi.ff de operis liber. vbi acceptans contractum debet in totum illud ratificare.quem sequitur Bellon.in consi. xl.nu.4.licet Mauri.contra eam teneat in d.l.vni.pag.83.

7 Fallit septimò quando communitas imponeret collectas pro certis annis successiuis, si intereà medio tempore trãseat ad ecclesiam, tenebitur ecclesia soluere. Tenet Angel.in consil. ccvi. & in consil. 24.quem sequitur Felin.in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ. nu.77.de consti. Thom.Parpa.in d.l.placet.versicu.aliam & septimam limitationem. Nicola Bellon.in d.consi.xl nu. 4.

8 Fallit octauò quandò princeps indicit collectam vasallis suis:nam si ecclesia tenet feudum ab eo siue mediatè siue immediatè, ecclesia tenetur ad talem collectam soluendam. Tenet Ioan.Faber nume.8. in d.l.placet.C.de sacrosanc.eccle.Pro qua opinione facit tex. & ibi Doctor.in c.nimis.de iureiurand.de quo vide Carol. de Grassalio in suo lib.Regalium Franciæ:libr.2.ius 11.Francis.de Platea in tract.de excommunica.§.xxxvi.nume.6.

9 Fallit nonò quandò esset statutum quòd omnia prædia alicuius territorii essent tributaria,scilicet quòd soluant annuatim certũ qd communitati. Tenet Bar.in l.rescriptũ.in § si ff.de mune. & honor. nu.5.& ibi Alex.in eius additio.idem Bar.in l fina. C.de exactori.tributo.lib.x.Anchar.in c.1.de immunita.ecclesiarum. lib.vi.idem tenet Bald.in l.fin.C.sine censu vel reliquis.num.7. & hoc vult dicere gloss.in l.munerum. in § patrimoniorum.in verbo, Pontifex.ff.de mune.& hono.idem tenet idem Bald.in consil.cclxxx.volum.ij.vbi tenet quòd opinio Bartol.propter publicam vtilitatem & necessitatem est in vsu:aliàs esset damnare totum mundum. & hanc opinionem Bar.sequuntur alii Docto.relati per Philip. Deci.in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.nu.214.de constit. quam opi. latissimè defendit Ioan. Mauri.in Rubr.l.vnicæ,pag.57.C.de mulie. & in quo loco.libr.x. Contrariam opinionem tenet Iacobus Butr. in Authent. item nulla communitas.C.de episco.& cleric, quam opinionem contra Bartol. dicit esse communem Ias.in d.l.placet.in ij.lect.nu.21. Eandem opinionem contra Bart.dicit esse communem Felin. vbi latissimè eam examinat,in d.c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.num.76.& eam dicit esse falsam Bald.in d.l.placet.& in l.neminem.C.de sacrosan.eccles.& in d. Auth.item nulla communitas.& in d.l.fina.C.sine cens.vel reliqu & d.consi.cclxxx.vbi dicit quòd hæc est tutior opinio. Ludo. Rom.in l.si publicanus.§.j.nu.7.ff.de publi.& vectiga. Abba.nu.13. & Ioan.

de

de Imol. num. 16. versic. an autem. in c. fi. de vi. & honesta. cleric. pro qua opin. contra Bart. est text. in l. ij. titu. iij. lib ij Ordi.

10 Decimò fallit in clericis coniugatis: vt in c. j. de cleric. coniuga. lib. vi. quòd tantùm excepit eos in duobus casibus, de quibus ibi. & ibi: glo. in verb. cæteris. Hanc opin. tenuit Abb. antiquus in c. ex parte. in prin. de cleric. coniugatis. & ibi Panor. not. j. Ang. in Authe. de monachis. §. penul. colla. j. nu. 15. Bal. in sua Margarita, in verb. clericus. Guid. Papa. in decis. lxxiij. & cclxxxiij. Bertachi. in tracta. de Gabellis, in vij. par. princ. nu. 19 Ioan. Mauri. in repet. l. vnicę. C. de mulierib. & in quo loco. libr. x. Quæ opin. approbatur de iure regio per tex. in l. xiij. tit. iij. lib. j. Ord. & l. xxiij. titu. iiij. lib. iiij. Ord.

11 Fallit vndecimò in clericis negotiatoribus. Ita tenet Fed. de Senis in consi. ccvij. facit text. in c. quanquàm. à contrario sensu, de cēsib. lib. vi. & in Clemen. fi. eod. titu. & ibi gloss. tenet Panor. in consi. vi. vol. j. Bertachi. in tractat. de Gabellis, in vi. quæst. septimæ partis principalis, nu. 10. idem in ij. quæst. tertiæ par. princi. Spec. in titu. de immuni. ecclesiarum. nu. 3. text in l. iij. in quaterno Gabellarum. Ratio est, quia est prohibita negotiatio in clericis, cùm distrahat à diuinis: vt in d. c. quanquam. & in c. fin. & ibi Doctor. de vita & honesta. clericor. & in summa. xiiij. q. iiij. & in cap. j. lxxxviij. distin. Porrò dicitur quis negotiari quando rem emit & integram lucrando reuēdit, non mutata forma: non qui emit vt sibi sit materia operandi cū ea, etiam si in venditione lucretur. vt in c. eiiciens. lxxxviij. distinct. ita firmat Domin. in dicto cap. quanquàm. Cardina. in d. Clem. præsenti. in 3. notabi. Bertachin. in d 7. par. nume. 11. Quod tamen intelligo verum quando clericus portat res proprias causa negotiandi: quia talis tenetur soluere Gabellam: non si ex dicta causa portaret res ecclesiæ. ita tenet Anchara. Imol & Panormi. in d. cap. fin. de vita & honesta. cleric. Bertachi. vbi suprà.

12 Limita duodecimò ratione belli imminentis. vt in c. peruenit. de immunit. eccles. in c. non minus. in versi. nisi episcopus. eo. tit. & in l. neminem. C. de sacrosan. eccle. De iure regio est text. in l. 52. titu. 6. part. prima. facit etiam tex. in c. aduersus. eod. tit. de immunit. eccle. Pro quo etiam facit quod habetur 4. libro Regum, capi. 12. vbi Ioas Rex Israel pro necessitate tulit omne aurum & argentum, & vniuersa uasa quæ inuenta sunt in domo Domini. Facit etiam eodem li. 4. capit. 16. vbi similiter Ezechias Rex Israel dedit omne aurum & argentum quod repertum fuerat in domo Domini pro necessitate patriæ, & vt eis subueniretur. Facit pro hoc: nam bona ecclesiæ & facultates sunt deputatæ vt oppressos & captiuos redimant: vt in c. sacrorum. & in c. sicut. & in c. aurum. & in c. gloria episcopi. xii. quæst. 2. Hanc opinionem tenet Nicola. Bellon in consil. 1. nu. 1. Ioan. Mauritius in d. l. vnica; pag. 63 Chassà. in consi. 64. numer. 2. Curtius Iunior in consi. lx1. nu. 14. vbi dicit hanc esse communem opinionem Socin. & Doct. in l. si ex toto. ff. de legat. 1. Matthæ. de Afflict. in c. 1. in §. similiter de Capita. qui curi. vendl. in vsib. feudo. Paul. Paris. in

consi.

consi.78.nu.14.& 17.vol.1.Ioan.Iacobus de Leonar. in consil.117. nu.26.inter consilia Alberti Bru.Pro qua limitatione facit tex.in c. in omni timore.& in c.si nulla necessitas.23.q.8.tex expressus de iure ciuili in l.nullus penitus.C.de cursu publico.li.12. vbi probatur, quòd tempore expeditionis nullus cuiuscunque ordinis vel dignitatis,vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia excusationem angariarum seu perangariarum habeat:& sic non solùm tenentur contribuere, verùm etiam custodire muros ciuitatis & eam defendere. Sed cōtra supradictam limitationem est tex.expressus in c. reprehensibile. 23.q.8.vbi dicit tex.quòd clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis,etiam contra piratas maris:quia cùm sint milites Christi debent Christo in diuinis seruire. In quo est distinguendum, aut quæritur vtrum clerici debeant ire ad belligerandum, ita vt velint alios impugnare:& dico quòd non, etiam si ageretur pro recuperatione terræ sanctæ:cùm clericalis ordo reddat eos inhabiles ad pugnandum, etiā contra Sarracenos.ita probatur in c.ex multa.in §.fin. de voto. Aut quæritur vtrum teneantur ad custodiam ciuitatis seu opidi vbi morantur, vt in casu nostræ limitati.& tunc si maxima necessitas nō subest excusantur:quia non debent auocari ab officiis diuinis, vt in d.c. reprehensibile.facit etiam text.in c.Cyprianus.xx1.q.3. Aut imminet magna necessitas, ita vt sine eis non possit commodè ciuitas ab oppressione & inuasione custodiri,& tunc eos puto teneri : vt in d.c.peruenit.& in d.l.nullus]. quæ debet intelligi propter necessitatem instantē ne aliis iuribus contradicant. Pro quo facit text.in c. penult.de homicid.

Hanc opinionem tenet Abb.in d.c.peruenit.& in c.sicut. nu.fina. de iureiur.Ang.de Claua.in Summa,in verbo, immunitas.§.34.Ias. in l.si ex toto.nu.15.ff.de leg.1.Carol.Ruin.in consi. ccxix. volu 1. nu.12.& Maritius in repet.l.vnicæ,pagi.55. C.de mulieri. & in quo loco.libro.10. Pro quo facit, nam quilibet tenetur defendere patriam suam,præsertim cùm ex ipsius defensione protegantur orphani & viduæ & miserabiles personæ, pro quibus episcopi & clerici debent summoperè laborare.vt in cap.1.87.distinct. facit etiam tex.in c.1.& fina.de postulan.

13 Fallit decimotertiò quandocunque princeps imponit collectam pro redemptione sua:nam omnes etiam ecclesiastici debent contribuere:quia ecclesia est mater captiuorum:vt in præcedente limitat. dixi.& ita notab.concludit Nico.Boer.in decis. cxxv1.nu.9.

14 Fallit decimoquartò in tributis seu collectis præteritis: nam si possessor non soluit tributum seu collectam,potest pro præterito anno exigi ab ecclesia,vt tenet Bar.in l.incola.la 2.num.5.ff.ad municipa.Ias.in d.l.placet.in 2.lect.nu.21.& ibi Thomas Parpa.in versic. aliam limitationem.Anto.de Butr.Panor.& Io.de Imo.in d.c.fin.de vita & hone.cleri.facit tex.in l.Imperatores. ff.de publica.

15 Fallit decimoquintò quoties ecclesia transiret iteratò ad priuatū, ita tenet Dyn.quem sequitur ibi Bar.nu.3.in l.Paulus.ff. de acquir. hæred.

hæred. vbi ponit regulam, quòd licet statim ex quo res est apud ecclesiam sit priuilegiata, statim ex quo recidit ab ecclesia desinit esse priuilegiata: quem sequitur Tho. Parpa. in d. l. placet. in versi. nonam limitationem.

16 Fallit decimosextò in oneribus in quibus est pietas, vel publica versatur vtilitas: vt in viis & itineribus instruendis. vt in l. ad instructionem. C. de sac. sanct. eccle. & in l. ad portus. C. de operi. publi. & in l. ab sit. C. de priuile. domus Augu. lib. xi. & in l. fin. C. de quibus mune. nemi. liceat se excusa. lib. x. glo. in c. non minus. in verbo, releuandas. de immuni. ecclesi. De iure regio tex. in l. liiii. tit. vi. par. j. & l. xx. titu. xxxij. par. iii. & in l. i. titu. iii. libr. i Ordi. Hanc limitationem ponit Lucas de Penna in l. final. in fine. C. de exactio. tribu. lib. x. Fran. de Ripa in lib. ii. respon. cap. xx. nu. 5. & 6. Hanc etiā opinionem tenent Bartol. & Docto. in d. l. ad instructiones. C. de sacrosanct. ecclesi. de quo latissimè & notab. per Aegidiū Bella. in consi. xlv. incip Cōsu. ciuitatis Aluinia. Guido Papa in quæst. lxxviii. Cōtrarium tamen consuluit Abb. in consi. iii. in j. volu. pro qua opinione est glo. in d. l. ad instructiones. & ideo pro concordia est distinguendum: aut mœnia fiunt seu reparantur ad ornatum ciuitatis, & tunc procedit opinio illa quòd ecclesia non tenetur: aut verò propter necessitatem belli, & tunc secus: ita videtur sentire Cinus, & Bald. in d. l. ad instructiones. vbi dicunt quòd tunc sunt compellendi clerici per episcopum: allegant c. j. de immunita. ecclesi. lib. 6. & ita notab. concludit Carolus de Grassalis in suo Regal. Franciæ, lib. ij. ius vi. pag 255. in versi. cogi.

17 Fallit decimoseptimò in collecta imposita pro liberanda ciuitate à peste: quia talis collecta propter communem clericorum & laicorum vtilitatem videtur esse imposita, & quia pietatem respicit: nam nulla est maior pietas quàm pauperes & debiles infirmosque tueri & patriam subleuare: c. fortitudo, & c. non inferēda. xxii. quæstio. iii Ratio est, quia ibi concurrit pietas & communis vtilitas: ita concludit Panormita. in d. consi. iii. volu. i. nu. 1. quem sequitur Ripa in d. ij. lib. responso. cap. xx. nu. 8.

18 Limita decimooctauò non habere locum in fratribus tertii ordinis sancti Francisci: nam isti non excusantur à collectis. Ita notabi. tenet Petrus de Ancha. in c. j. de immunita. ecclesi. lib. vi. vbi tenet quòd isti non sunt personæ ecclesiasticæ, & ideò non sunt exempti à datis seu collectis: quia isti licet dicantur fratres, vt in Clem. cùm ex eo. de senten. excom. tamen non sunt propriè atque strictè religiosi, sed fratres de pœnitentia: neque propriè dicuntur habere regulam, sed potius quendam modum viuendi, vt est glo. notab. in Clem. prima, de religio. domi. & in dicta Clemen. cùm ex eo, Barto. tamen in l. semper. in § quibusdam. ff. de iure immu. dicit se vidisse consilia plurimorum Doctorum Iuris Canonici & Ciuilis, asserentium quòd isti à talibus exactionibus sunt exempti: nam sunt Deo deuoti: vt in cap. duo sunt genera, xii. q. j. Pro qua opinione est tex.

in c.j.de immu.ecclesi.libr.vi. dum dicit personis ecclesiasticis. nã non potest negari quòd prædicti non sunt personæ ecclesiasticæ licet non sint clerici. quam opinionem Barto. vltra alios Doctores sequitur Franc.de Platea in tractã. de excommuni.§. xxxvi. nume. 3.& Abb.in cap.vnico.nume.6.de obliga.ad ratioci. Est tamen verum quod Barto.notabil.in dicto §.quibusdam.in fine, in versicul. puto tamen dicit,quòd quandocũque apparet prædictos assumpsisse habitum seu ordinem in fraudem onerum,quòd eis non prodesse,& sic procedit nostra limitatio.quem sequitur Corne.in consil. ccxx.nume.10.volu.iij.idem Corne.in consi.ccv.nume.1. cum sequentibus,volu.j.Pro qua opinione ex tex.ibi glo. in l.cura. in §. qui obnoxius.ff.de muneri.& honori.& in Extraua.Ioan.xxij.quæ incip.Sancta Romana & vniuersalis ecclesia.sub titu. de religio.domi.& hanc opinionem tenet Nico.Boer.in tractatu de vita & statu Eremita.nume.15.pro qua opinione est text.in l.xix.titu.iiij.libr. iiij.Ordina.Ex quo confirmatur notab. dictum Federi. de Senis in consil.xcvii.nume.4.in fine..Nam cum verum sit quòd quandocũque aliquis laicus commisit aliquod delictum,si formata est contra eum inquisitio, & sequuta condemnatio efficiturque clericus vel religiosus,per talem mutationem fori non excusatur à potestate secularis iudicis quin possit eum punire. ita notabil. tenet Bartol in l.cum quædam puellam.ff.de iurisdictio.omn iudi.& in l.j.ff.de pœnis.Abb.& Canonistæ in c. vnico, de obliga.ad ratiocin.nume.4. pro qua opinione est text. in l. si quis decurio. C. de fal. quod tamen intelligo,facta prius degradatione à iudice ecclesiastico, secũdum Docto.vbi suprà,quòd indubitanter procedere dicit Ias.in d. l.cùm quædam puella.nume.10. Quod tamen verum intelligo nisi ille qui commisit delictum antequàm id commiserit fecisset votum clericale vel intrandi religionem: quia tunc non punitur per iudicem secularem,quasi votum trahatur retrò.hoc tenet notab.Bald. in l.j. in fine.C. an seruus ex suo facto post manumissionem tenea. quem vltra multos Doctores antiquos sequitur Iacobi. in d.l.cum quædam puella. & in l.si quis posteà. nume. 10.ff.de iudi.Thomas Ferra.in caute.xxiii.Gerar.de Petra sanct.in singu.lj. Ioan. de Neuiza.in Sylua nuptia.libr.j.num.62.Chassa.in consue.Burg.in titu. *des iustices*,Rubr.j.§.v. fo.51.nu.67. maximè quia in hoc casu statur iuramento suo, an votum emiserit ante commissum delictum, sicut stari debet iuramento in his quæ dependent à voluntate & cõscientia nostra:vt est glo.notab. quam ibi sequitur Ias. nume.100. in §.sed istæ quidem.Instit.de actio.& in c.significasti el ij.de homici.sed Federic. de Senis, vt suprà dixi, tenet hoc esse verum nisi talis delinquens efficeretur de fratribus tertii ordinis, nam si assumpsit habitum tertii ordinis,non obstantibus supradictis, puniri poterit à seculari iudice. quam opinionem Federi. de Senis in consil. xcvii.nume.4.in fine,sequuntur Doct.Canon.præcipuè Cardina.in repet.cap.perpendimus. nume.8. de sententia excommu. Iason in

d.l.

dicta l.cùm quædam puella. nume. 13. Hippo. in singu. dxxxiiii.

REGVLA CI.

CLERICI propter fornicationem aut concubinatum deponendi non sunt. Hanc regul.probat tex.& ibi glo.in c.Maximianus.lxxxi.distinc.& in cap.lator.ij.quæst.7.in verb.in corporali.est similis glos. secundum Cors. in singu. incip. Fornicatio. vbi ponit hanc regul. in cap. presbyter. lxxxii. distinct. pro quibus gloss. est text.in c.presbyter. Hanc etiam regul.ponit Ioan.de Imo. & ibi Docto.in cap. vt clericorum mores.de vita & honesta.cleric. Hanc regulam ponit etiam,vbi dicit cum ea esse communem opinionem post Docto.ibi, Felin.nume.8.in cap. at si clerici. de iudi. eandem opinionem, vbi dicit eam esse communem, & allegat plures Docto. ponit Bernard. de Luco in practica. capit. lxxii. circa quam regulam vide notabiliter Cæsa.Lamberti. in tracta. iuris patronat. in j.par.ii.libri:in arti.xx.ix.q. princip.nu.14. Bemondum,vbi hãc dicit esse communem opinionem,in tracta.de publi. concubi.pagina 251.nu.10.cum aliis. Hanc regulam ponit,vbi eam limitat tribus modis Ioannes de Selua in tractat.de beneficio, in iii.parte. q. iij.nume.16.

1 Vltra quas limitationes limita primò non habere locum si clericus fornicatus fuerit cum Moniali,vt est gloss.in cap virginibus.& in cap.si episcopus.& in cap.si quis rapuerit.& in cap. si qua monacharum.xxvii.quæstio.j.& ita per illas gloss. tenet Bernard.de Luco in practica,cap.lxxv.Paul.Grillan.in tracta. de pœn. ob nefa.coitus.q.j.num.17.

2 Limita secundò non procedere in virgine, & in nupta propter stuprum & adulterium. vt in cap. si quis clericus.lxxxi. distinct. & in cap.lator.ij.quæst.vij.& ibi glo.j. quam ibi sequuntur Archidia. & Doctor.& hanc esse communem opinionem tenet Bernar. de Luco in pract.crimi.cap.xcix. vbi latissimè eam examinat. eam etiam dicit communem opinionem Paul.Grillan.in d.tracta.quæstio.vii. nume.2.

3 Limita tertiò si cum soluta & uirgine de facto contraxerit matrimonium.ut in c.fraternitatis. xxxiiii. dist.& in cap. si quis amodò, lxxxi.distinctio.

4 Limita quartò qnando fornicatio est notoria & scandalosa, & cõtinuata,quæ digna est depositione, vt in c. quàm sit.de excess.præl. in c.ex parte. de testi.glos.j. in dicto cap. presbyter. lxxii.distinct. Facit etiam tex.in cap fin.& ibi Doct.de cohabita.cleric.& mulie.: & ita expressè tenet Mart.Nauarrus in c.consideret.nu.121. de pœniten.distinct.v.

5 Limita quintò quandocunque clericus commisit incestum,scilicet cũ consanguinea,quia tũc deponitur: Arg.tex.in c.tuæ.de pœn. glo.in d.c.Maximianus,& in d.c.lator.quas sequitur Ioan.de Imol.

in d.c.vt clericorum.de vita & hone. cleri. Abb. & cæteri scribentes in cap. at si clerici. in §. de adulteriis. de iudic. & ibi gloss. Ratio est, quia grauior est crimine adulterii: vt in c.adulterii malũ. xxxii.q.vii.sed prò adulterio imponitur suspensio: vt in c.significauit.de adult.& etiam deponitur, vt supra dixi in ij.limit. ergo pro isto qui est maior a fortiori debet deponi.ita concludit Paul. Grillan.in d.tracta.de pœnis ob nefariam coitus.in iii.q. num.3.& in x. quæst.nume.4.

6 Limita sextò in nouerca, socru, nuru, priuigna: vt in c.qualiter. & in c.hoc quoque.xxxv.q.iii in c.i.in §.inquisita.de consan. & affin.ita tenet Paul.Grillan.in d tract.q.ii.nu.2.

7 Limita septimò quandocunque clericus contra naturam fornicaretur: vt in c.vt clericorum. de vita & honesta. cleric. & ita probat tex.in c.clerici.de exces.præl. & à cœtu fidelium omnino debẽt expelli: vt in d.c.clerici.ita tenet Pau.Grillan.in d.tract.de pœn.ob nefa.coi.q viii.nu.3.

REGVLA CII.

Clericvs in causa ciuili potest reconueniri coram iudice seculari. Hanc regulam probat glo. in c.j.in verbo, super suis. de mutu.petitio. & in c. at si clerici.in verbo, non tenet. de iudi.& in c.multi.in verbo, seculari.ii q.j.& in summa.xi.q.i. & in l.cũ Papinianus.C.de senten.& interlo. om.iudic. de iure Regio cõcordat tex.in l.lvii.titu.vi.par.i. Circa quam regulam vide Philip. Dec. in c.at si clerici.nu.25.de iudic.Hanc opinionem dicit esse communem Iac.de sancto Georg.in l.ij.in §.sed si agat.nu.4. ff.de iudic.& in l.qui non cogitur.nu.1.eo.tit.

Hanc regulam posuit Maria Soci.in d.c.j. de mutu. petitio.num. 24.vbi in nu.28.cum sequent.eam limitat decem modis.

REGVLA CIII.

Clericvs non succedit in feudum. Hanc regulam probat tex.in c.i.in §.qui clericus. si de feu.fuerit controuers. in vsib. feud.vbi dicit tex. quòd eo ipso quòd quis est clericus, vel votum religionis affidat, priuatus sit feudo. Facit etiam text. in c.i.de milite vasa.qui arma bellica depos. vbi miles assumens habitũ religionis priuatur feudo. Facit etiam tex.in c.j. an mutus vel surdus. vbi probatur quod vasallus effectus clericus feudũ retinere non potest. Facit etia tex.in c.j. de feu. fœmi. vbi ille qui efficitur clericus vel conuersus, aut aliquo modo habitum religionis assumit, in feudum paternum non succedit: & si illud habeat, perdit ipsum. De iure Regio est tex in l.vj.titu.xxvi.par.iiii. Hanc regulam per multas alias rationes posuit Præp.in c.i. in §. & quia vidimus.col.iii. qui feud. dare pos. Barba.in Rub.de feudis.nu.1.cum seq.Alex.in consi.x.vo



lu.v.

In.5.nu.1.Abb.& Canonist.in c. in præsentia.de probat.vbi notabl. Pau.Pari.nu.192.Chassa.in consue.Burgun.in titu. *Des fiedz*. rub. 3.vt §.5.fo.114.col.3.num.1.cum seq Franc.Curt.iun.in tract.feu do.in 3.par.in x.q.nu.13.vbi vsq; ad num.19.examinat quæstionem hanc pro vtraq; parte,& finaliter concludit cum hac opinione, allegans ibi quamplures alios Doct.idem tenentes. eãdem opinionem tenet Matth.de Afflict.in c.j.in §.prętereà si vasallus. in gl.3.num. 72 quæ fuit prima cau.benefi.amitt.& in c.j.nu 9.de milite vasallo qui arma bel.depo.& in c.j.nu.32. an mutus vel alias imperfectus,I vsib feu.idem Matth.de Afflict.in constitu.Neapo.lib.3 Rub.5.nu. 5.Ias.in consi.cxvij.volu.3.nu.1.& in consi.cxiij.nu.2.vol.j. Anto. Capitius in decisi.Neapol.decisi. 31.nu 2.

1 Limita primò vt procedat in feudo vero & proprio, pro quo debetur seruitium personale, secus autem in eo in quo debetur seruitium reale.ita colligitur ex dictis Abb.in d.c.in præsentia. col.pen. de probat.& ibi Feli.nu.46.Pau.Pari.ibi nu.193. Hanc opinionem tenet Carol Ruin.in consi.xlij.nu 9.volu.j.

2 Limita secundò quando clericus non esset in sacris constitutus, sed esset primæ tonsuræ.ita Bal.quem sequuntur alij Docto. in d.c. qui clericus.si de feu.fuerit contro.Præpo.Alex.in d.§.& quia vidimus.Calder.in consi.2.in titu.de feud.Curt.Senior in consi.lxij.in 2.col.ver.6.me mouet.Alber.Bru.in consi.xvj.nu.1.& in consi.38. nume.10.Matthæ.de Afflict.in d.c.qui clericus nu.17.si de feu. fuerit controuer.

3 Limita tertiò quando pater vel alij agnati facerent aliquem in fraudem effici clericum,ad hoc vt in feudo succedere nõ possit. Ita expressè tenet Iacob.de Bell.in ca.j.de feu fęmin.i j.qõ. per illum tex. vbi dicit ita sæpe vidisse in regno Siciliæ, quem sequitur Francis.Curt.iun.in tract.feu.in d q.x.nu.25.

4 Limita quartò non procedere in fęmina quæ intrasset monasterium:quia in casu in quo feudum transiret in fœminas, transiret & ad Moniales. Ita cõcludit Feli.in d.c.in præsentia.nu.47. post alios Doct.Alex.in d.consi.x.nu.6.in 5.volu quos sequitur Franc. Curt. in d.tract.feu.vbi notab.hoc ponit in d.q x.nu.26.

Contra quam limitationem tenet Chassan.licet sub dubio ibi relinquit cogitandum in consuetu.Burgun.tit. *Des fiedz*. Rubr.3.§. 5.fol.115.col.2.nu.15.

5 Limita quintò in Monacho qui ex dispensatione Papæ factus est Comes: quia succedit in feudo aperto postquàm est Comes. Ita notab.tenet Bal.in consi.cclxxv.nu.7.vo.2.quem sequitur Cur.iun.in d.tract.licet corruptè eum alleget.in d.q.x.nu.28.Circa quam vide Chassa.vbi suprà,nu.16.

6 Limita sextò non procedere in istis cruciferis qui militant contra infideles, vt sunt Commendatarij sancti Ioan. ita Bal.licet sub dubio,in consi.clxx.num 2.volum.2.quem sequitur Præpo.in ca.j. de milite vasallo qui arma bellica depos.in vsib.feudorum nume.3.

in fine licet de Bal.nullam mentionem faciat. & ibi hoc tenet idem Bald.contrarium tamen tenet And.Barb.in rubr. de feudis nu.3.& in tract.de præstan.Car.in j.par.q.5.nu.7.quam opinionem dicit de rigore iuris verborum esse Alber.Bru.in cõsi.17.Catellia. Cotta in Memoral.iuris,in verbo,clericus in fi.Chassanæus in consuet.Burg. in d.fol.115.col.3.num.18.Curt.iun.in d.tract.feud. in d.x.q.num. 20. est tamen notandum quòd Bald. in d.consil. non se bene firmat in hac opinione.

7 Limita septimò non procedere in feudo franco & libero: quia in eo succedit clericus & etiam monasterium. Ita notab. tenet Bald.in c.inter dilectos nu.5.& 6.de fide instru.& in Authen. nisi rogati.C. ad Trebellian.num.15.vbi allegat tex.in d.c.inter dilectos.idẽ Bal. in l.si plures nu.7.C.de condi.inser. quam opinionẽ sequitur Alex. in d.consi.x.nume.15.vol.5.Feli.in c.in præsentia nu.45.de probatio.Barb.in d.rub. de feudis nu.2.

8 Limita octauò nisi clericus de nouo inuestiatur à domino sciente ipsum clericum,quia possit feudum retinere. Ita concludit Aluaro.in c.j.in §.j.de benefi.fœmin.Aret.in d.c. in præsentia nu.84. de proba. Francis.Cur.in d.tract.feud.in d.q.x.nu.30.Alex. in d.consi. x.nu.17.Matth.de Afflict.in c.j.in §.ex hoc illud nu.8.de bene.feudi.& in ca.qui clericus nu.8.si de feu. fuerit controuer. Quod tamen intelligo verum quando post monachatum de nouo datur per dominum directum illo monacho sciente, si autem eueniret monacho per legatum vel alia de causa,puta successionis vel simili: tunc distinguendum est quale sit feudum,& quod seruitium præstare tenetur,vt declarat Are.in d.nume.84.quem sequitur ibi Paul. Paris. nume.193.in fi.

9 Limita nonò vbi esset consuetudo in contrarium in aliquo loco, quia consuetudo specialis derogaret generali consuetudini feudorum: quia generi per speciem derogatur, vt in c.Robe.cum sim.de feu.cognitio. Ita concludit Bald.in consi.clxx.nu.2.vo.2.

10 Limita decimò non procedere in feudo acquisito pro se & suis successoribus quibuscunq;: Per ea quæ not.Bal. in l.j.nu.37.q.34. ff.de rer.diui.vbi dicit ꝙ quando fuerunt opposita dicta verba, transit feudum ad extraneos, imò etiam ad legatarios, quem sequitur Ias.in l.quædam in §.nihil interest.nu.3.ff.de eden. Alber.in consil. xvj.nu.8 Alex.in l.si patroni.col.pen.ff.ad Trebell.& in l.Gallus,in §.etiam ff.de lib.& posth idem tenet Bal.in c.inter dilectos de fide instr & in c.quæ in ecclesiarum nu.39.de constitu.Feli.in c.in præsen.nu.48.de proba. Contrarium tamẽ tenet Barb.in rub.de feu.nu. 5.quam opinionem sequitur Chassa.sub dubio vbi suprà,num.17.& Cur.Iun.in d.tract.q.x.nu.31.vbi remittunt se ad Feli.in d.c.in præsentia.nume.48.

11 Limita vndecimò in Canonicis regularibus: prout concludit Curt.Senior in consi.lxj.& lxii.

12 Limita duodecimò non habere locum in Cardinalibus. Ita concludit

cludit Ias.per plura fundamenta in consi.117.nu.2.vo 4.quam opinionem tenet etiam Matthæ.de Afflict.in c.j.num.10.de mili.vasal. qui arma bell.deposuit,in vsib feu. vbi dicit idem esse in Archiepiscop.& episcop.cum sint personæ illustres, & possunt seruire per substitutum,vt in c.j.de re iudi.lib.6.quod no.Bal.in l. nullus C.de decurio.lib x. Hanc opin.tenet Barb.in d rub.de feud.nu.2. in medio,& in tract.de præstā Card.in 1.par.q.5.Præpo.in c.1.§. & quia nu.47.qui feud.dare possunt.

13 Limita tertiodecimò non habere locum in fratribus tertii ordi. S.Francis.Ita consuluit Roma.per ea quæ diximus in regu c.in cōsi.376.nu.14.quem sequitur Barb.in c.ex parte nu.11.de feu.Curt. in d.tract.feud.in 2.par.q.20.Ant.Capit.Neapol.in decisi.10.nu.3. & 17 Præpo.Alexan.in c.1.in §.& quia nu.53.qui feud.dare poss.in Vsibus feudor.

REGVLA CIIII.

COGNITIO de suspectis tutoribus potest delegari. Hanc regulam ponit tex.in l.cognitio.ff.de offi.eius cui manda. est iuris. & in l.1.in §.damus ff.de suspect.tuto.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita vno modo, vt per Fran.Purpur.in d.l.cognit.per totam.

REGVLA CV.

COHAERES tenetur de euictione cohæredi cui res euicta obuenit ex diuisione facta ab ipsis cohæredibus. Hanc regulam probat tex.in l.si fratres C.comm.vtriusq.iudi.Probatur de iure Regio in l.9.tit.15.par.6 Ratio huius regulæ est: quia diuisio quæ fit à partibus vicem obtinet permutationis,vt in l. communi diuidundo.in §.si debitor.ff.commu.diuid.

Hanc regulam amplia vno modo,& limita tribus modis, vt per Franc.de Ripa in l.qui Romæ.in §.duo fratres nu.97.ff.de verb.ob.

REGVLA CVI.

COLLATERALES succedunt in feudum vsque ad septimum gradum. Hanc regulā probat tex.in c.1.in §.quia vidimus. qui feud.dare poss.in vsib feud.Et ibi And.de Iser.Bal.in Auth. defuncto.col.1.C.ad Tertull.Curt.Iun.in tract.feud. in 3 par.qō.17. nu.48.Matthæ.de Afflict.in c.1.in § hoc quoq; nu.41. de successio. feud.Hieron.Gratus in consi.ix.nu 46.volu.1. Quam regulam latissimè examinat Martinus Laudensis in consi.119.nu.8.inter consilia Alberti Bruni.

1 Limita primò vt non procedat in successionibus regni,quia tunc admittuntur illi qui essent vltra millesimum gradū.Ita singu.dixit

Bald.in c.j.de feudo Marchiæ.in vsib.feu. in pen.col. quem sequitur Alua.& Matth.de Afflict.in d.§.hoc quoque nu.40.Cur. iunior in d.tract.feu.in d.q.17.nu.49.

2 Limita secundò non procedere in feudo iurisdictionis, & castrorum,& terrarum : nam in ipsis succedunt collaterales vltra septimũ gradum : quia feudum iurisdictionis videtur concedi vnicuique in solidum. Hanc limitationem ponit Francis.Aret. in consi.165.nu. 2.in fi.maximè in feudo Marchiæ & Ducatus,Comitum & Baronũ nam in istis succedunt etiam vsq; centesimum gradum. ita notabiliter concludit Bal.in c.i.in §.capitale.ver.item apponitur. de feudo Marchiæ.Hiero.Gratus in consi.ix.nu.46.volu.j.Deci.in consi. 85.nu.3.Curt.iun.in d.q.xvii.nu.46.

REGVLA CVII.

COMES sub dominio Regis in dubio præsumitur habere Comitatum iure proprio:non autem tanquam feudalem. Hanc regulam ponunt Hostien.& Ioan.Andræ.in c.fi.de iudi.& in c.nimis. & ibi Anto.de But.de iureiuran.Card.Alex.in præludiis feudo.nu.56 Alex.in consi.xv.in princi.volu.5.

Hanc regulam ponit And.Alcia.in tract.præsump.in 2.regu.præsump.3.nu. 2.vbi eam limitat quinq; modis.

REGVLA CVIII.

COMMISSIO facta iudici ꝙ debeat iudicare secundum cõsilium alterius,valet. Hanc regulam ponit Abb.& Ioan.de Imol. in c.si pro debilitate.de offi.deleg.Bar.in l.1.in §.si plures nu.18.ff. de exerci.act.Bal.in Authen.ad hæc in princip.C.de iudi.& in l.nec quicquam in §.vbi decretum.nu.5.col.3.versi.item quilibet ordinarius.ff.de offi.proconsu.& leg Io.de Imo.in illa institut.nu.14.in medio ff.de hæredibus instituen.

Hanc regulam limita tribus modis,secundum Deci.in c.si pro debilitate,nu.69.de offi.delega. vsque ad nu.74.

REGVLA CIX.

CONCESSIO vel obligatio non perit mortua persona cui aliquid competit,vel fuit cõcessum,aut relictum,vel promissum,sed ius competens transit ad hæredes. Quam regulam probat text.in l.si pactum ff.de proba.in l.1.C.vt actiones & hæredib. & contra hære.& in l.veteris C.de contrah.vel committenda stipu. Circa quam regulam vide Alex.in l.si quis filium.in §.1.ff.de acquir.hære. Phil. Deci.& doct.in l.hæredem ff.de reg.iur.Ias.in §.actiones nu.1.cum aliis.institu.de actioni.

Hanc regulam ponit Alber.Brunus in tract.de interitu & peremptione

ptione: in 11. conclusione, nume. 57. vbi eam ampliat 8. modis vsque ad numero 65. & à nu. 65. vsque ad nu. 82. limitat eam 18. modis, in 17. volu. Tractatuum.

REGVLA CX.

CONDITIO ob causam competit ex capite causæ non sequutæ in contractibus innominatis. Hanc regulam probat tex. in l. si pecuniam. ff. de condictio. causa data.

1 Limita primò si causa non est sequuta propter casum fortuitum contingentem in persona aduersarij. vt in d. l. si pecuniam. ibi, condictio temporis &c. secus est in contractu nominato per l. qui operas. ff. loca. & in l. item si vno. in §. item cùm quidam. ff. eodem titul. secundum Pau. de Castro in d. l. si pecuniam. & hoc procedit si casus fortuitus imminet de præsenti, & sic non cessabit: aliàs secus, vt patet in d. l. si pecuniam. dum dicit, de condictione ob causam ex capite pœnitentiæ, &c.

2 Limita secundò, nisi esset actum à principio quòd non possit repeti datum ex capite causæ non sequutę, sed tantùm ex capite pœnitentiæ. Vt probatur ex his quæ nota. Raphael Cuma. in l. si a ienam. in §. Marcellus. in versi. item colligitur hic notabilis limitatio. ff. de dona. causa mortis.

3 Limita tertiò in contractu innominato facto cum ecclesia, nam non potest agi contra eam condictione ob causam, sed solum prę scriptis verbis ad implementum contractus, Vt in c. verum. de conditio. apposi. secundum intellectum traditum per Nicola. de Matarel. in l. dictam. C. de condict. ob caus. prout refert Bal. ibi, nu. 5.

4 Limita quarto si deficit causa quæ fuit causa faciendi contractum scilicet si causa fuit remota & non proxima, & amplius non superest. nam tunc cessat condictio ob causam ex quocunque capite: vt in l. j. & ibi Bal. C. de pactis.

5 Limita quintò in contractu, facio vt des: vel in contractu, facio vt facias, si factum sit non repetibile. Nam tunc datur actio de dolo si aduersarius non vult implere vel præscriptis verbis seu in factum. de quo habetur in l. naturalis. in §. quòd si faciam. ff. de præscri. ver. & in l. cum proponas. C. de dolo. per glo. in d. l. si pecuniam. per Bartol. & doct. in l. fina. ff. de condic. ob causam.

6 Limita sextò si causa vtriusque est sequuta, vt in d l. si pecuniam, & ibi Bar. Ratio est, quia iam sumpsit suā perfectam vim & obliga.

7 Limita septimò quando expresse fuit dictum à principio quòd recipiens decem debeat restituere si Capuam non ierit, vel si pœnitebit datem. per l. si dominus ff. de præsc. ver. Nam tunc datur actio præsc. verb. sed non condictio ob causam, vt in d. l. si dominus. licet Bal. aliter dicat in l. 2. C. de condictio. ob causam.

8 Limita octauò si actor non plene impleuit pro parte sua, vt quia promisit amplius non petere vt reus daret decem. Nam tunc quia

aliud

aliud non amplius petere habet causam successiuam, cessat condictio ob causam. & habet locum actio de dolo: vt in l.actiones.secundum vnam lectu. C.de transact.de qua per Rapha.Fulgo.in d.l.si pecuniam.in princi.

9 Limita nonò in contractibus nominatis, nam in eis esset condict. ob causam.vt in l.fin.ff.de condictio.ob cau.

10 Limita decimò si de tali contrastu innominato est factum publicum instrumentum,in quo solet apponi stipulatio: nam tunc datur condictio ob causam:vt per Bart.in l.si vt proponis.nu.11.C. de condic.ob cau.de quo vide Ias.in l.j.nu.9.ff.de pactis.

11 Limita vndecimò in illo qui impleuit contractum pro parte sua ob causam impossibilem de iure vel de facto scienter:nam tunc cessat repetitio.vt in d.l.dictam.C.condic.ob causam.

12 Limita duodecimò si repetens non vult soluere interesse aduersarij quod ipse aduersarius prætendit. vt in d.l.si pecuniam.in princi. Sed certę hoc procedit in condic. ob causam ex capite pœnitentiæ, secus si ex,capite causæ non sequutæ,secundum Bald.in d.l. si pecuniam.Quod ego intelligo verum nisi aduersarius esset paratus adimplere contractum pro parte sua, seu si non fuisset in mora implendi,argu.text.in d.l.si pecuniam.quicquid Bald.ibi dicat.

REGVLA CXI.

Condictio ob causam habet locũ ex capite pœnitentiæ in cõtractibus innominatis,vt in d.l.si pecuniam.ff.de condic.causa data.

Hanc regulam limita 13.modis,vt per Iason in d.l.si percuniam numero 2.

1 Vltra eum autem limita primò si per stipulationem promisi tibi decem vt vadas pro me Romam, quia iste non est simplex contractus innominatus,sed mixtus:cum stipulatio sit contractus nominatus.vt in l.j.in fin.ff.de pact.in quo non habet locum pœnitentia, vt in l.sicut.C.de actio.& obligatio.iuncta l.Aristo.ff.de donatio.secundum Pau.de Castr.in d.l.si pecuniam.de quo per Bart.in l.fina.ff.de condic.ob causam.

2 Limita secundò in tractibus nominatis,nam in eis cessat pœnitẽtia.ut in d.l.sicut.C.de actio.& oblig.& in l.in commodato. in §.sicut.ff.commoda.& notant omnes doct.in d.l.sicut.& in d.l.si pecuniam.in principio.

3 Limita tertiò si dixi dono tibi pecuniam hanc, puta decem ut vadas pro me Romam,nam tunc cessat pœnitentia, quia donatio est hodie contractus nominatus,vt in l.Aristo.ff.de dona.ita tenet Pau. de Castr.in d.l.si pecuniam nu.8.

4 Quartò fallit si contractus innominatus incipit à præcedente cõuentione,nam secuto implemento contingit liberatio ab obligatione saltem naturali qua tenebat, vnde vna & eadem solutio non debet parere liberationem & obligationem seu repetitionem, ut in l.

cùm

cùm is.in § j.ff.de condi.indebiti:secundum Rapha. Fulgo.in d.l.si pecuniam.sed Pau.ibi tenet contrarium, de quo ibi per eum, pro quo allegat quod notat Cin.In l.j.in 2.col.C.de pact.

5 Limita quintò in quolibet contractu innominato, excepto contractu illo innominato,do ne facias: prout loquitur illa, si pecuniã. Secundum Guliel.de Cugno ibi. Communiter tamen doct. tenẽt cõtrarium, quia est eadem ratio in aliis contractibus innominatis quæ est in illo de quo loquitur Guliel.de Cugno,prout tenet Paul. de Castr.in d.l.si pecuniam.nu.14.

6 Limita sextò quando in contractu innominato ex vtraque parte est secutum implementum:Vt probatur in d.l.si pecuniam.& ibi notabiliter per Pau.de Cast.in sua distinct.& hoc nisi interueniat consensus vtriusque partis, & datur retro similis, vt in l.ab emptione. ff. de pactis.

7 Limita septimò nisi in contractu innominato sit apposita illa clausula quòd valeat omni meliori modo &c. vt in d.l.si pecuniam.iuncto text.in l.cùm pater.in §.filius matre.ff.de lega 2.

8 Limita octauò si in obligatione & scriptura contractus innominati est apposita illa dictio,omni modo.Argu.gl.in verbo, omni modo.in l.fina.& quod ibi notat Ang.C.de si leicom.

9 Limita nonò si fuit actum inter contrahentes quòd non reuocetur contractus innominatus ex capite pœnitentiæ,sed tantùm ex capite causæ non secutæ. Secundum Rapha.Cuma. per illum text. in l.si alienam.in §.Marcellus.ff.de don.cau.mor.

10 Limita decimò in eo quod datur causa conditionis implendæ: Vt est glo.magna in l.inter mortis.ff.de dona.causa mor.ita tenet Paulus de Cast.in d.l.si pecuniam.nu.5.

11 Limita vndecimò in pactis liberatoris, de quo per Bar.& Bal.in d.l.si pecuniam.per eundem Bart.in l.dedi.in prin.ff. de condict.ob caus.per eundem Bal.in l.quamuis.C.de transact.

Limita duodecimò si talis contractus innominatus sit pars vel præambulum contractus nominati. nam tunc cessat condictio ob causã ex capite pœnitentiæ.Secundum Bald.in d.l. quamuis. per tex.in l. fundi partem.& in l.Labeo scribit.ff. de contrahen. empt. iuncta l. dedi.ff.de condict.ob causam.

13 Limita decimotertiò si semel contra actorem fuit iudicatum, vel super hoc transactum.Arg.tex.in l.actione.C.de transact.& in l.fratris.eod.titu.& in l.euidenter.ff.de exceptio. rei iudica.

14 Limita decimoquartò si causa implenda per aduersariũ non sit causa impulsiua & non finalis.Per gloss.in d.l.si pecuniam. per notata in simili per Bartol.in l.2.in §.fina nu.2.ff.de donatio.

15 Limita decimoquintò in diuisione: Secundum Bal.in l.si diuisione.nu.3.C.famil.ercifcun.& ibi Salice.

16 Limita decimosextò in hærede facienti contractum innominatum:Secundum Salice.in d.l.si pecuniam.in principio nam facultas petendi non transit in hæredem. allegat notata in l.3. ff. de seruis

expor-

exportan.& in l.fin.C.de reuocan.don.in l. omni modo.C. de inoffic.testa.quod notatur in l. Pomponius scribit, si frumentum.in §. fin.ff.de rei vendi.

17 Limita decimoseptimò si aduersarius in præparamentis tantum impendit quantum habuit,vel plus,ab actore, vt in d.l.si pecuniam. in fine principij .

REGVLA CXII.

CONDITIO quæ in se infert viduitatem nõ est seruanda:& ideò si testator dicat, relinquo Seiæ fundum si nupserit arbitratu Titij.si viuo Titio nupserit Seia sine eius arbitrio,nihilominus debet habere legatum. Han regulam probat text.in l.turpia.§.si Titiæ legatum.ff.de lega.j.& in l.filiæ.ff.de conditio.& demonstra.& in l.cum tale legatum.in §.rescriptum est.ff.eodem titulo.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luco in regula 114. cum duabus limitationibus .

Amplia duodecim modis,vt per Emanuelem a Costa Lusitanum, in d.§.rescriptum est.à pag.1. vsque ad pag.58.& limitat aliis 12. modis à pagina 58.vsque ad paginam 116.

REGVLA CXIII.

COMBVRI in quibus casibus quis debeat,ponit quindecim.Alber.Gandinus in tract.malefici.in ti.de pœnis reorum.nu. 57. quos casus ponit Salice.in l j.C.de nili aggeri.non rumpen. Et decem & sex casus ponit Chassa.in consue. Burgund.in rubric.j. in titu. *Des iustices*.§.5.folio 46.col.3.nu.3. & duodecim casus ponit Ioan. Paponis in commento ad consue.Borboniæ:in tit.j.de iurisdictione.§. 2.pagina 7. & 8.

Adde alium casum vltra omnes in crimine Sodomiæ.nam licet a. de iure mori debeant,Authen. vt non luxurien. homi.contra natu. in §.præcipimus.colla.6.& l.fœdissimam. & l.cùm vir nubit in fœminam.C.de adulter.& in l.eiusdem. in §. qui hominem libidinis causa castrauerit.ff.de sicariis.iuncta l.j.C. de eunuch.& in c.adulterij.xxxij.quæstio.vij.& Leuitici xx.cap.& in l.j.& ij.titu.xxj.parte vij.& in l.ij.titu.ix.lib.4.fori.& ita tenet Chassanæus in consue.Burgun.rubri.j.in princip.numero 56 fo. 17.colum. 4. Et de detestatione huius criminit vide Matthæum de Afflict.in constitutio Neapolita.lib.3.rubri.42.nume.3.Hippol.in consil.xxviij nume.4.& 5. hodie tamen non solùm debent mori, verùm etiam comburi,vt in Pragmatica lxxxv.in volumina Pragmaticarum:de qua pragmatica facit mentionem Cesar Lambertinus in tracta.iuris patrona. in prima parte 2.libri,in articulo xviij.ix. quæstio. principali. nume.16. & 17.folio 245.vbi per totum illum articulum tractat materiam illius Pragmaticæ.

Regula

REGVLA CXIIII.

CONDITIO quæ solet dici perplexitas vitiat institutionem. Hanc regulam probat text. in l.si Titius. ff. de conditio. institu. vbi ponitur exemplum.

1 Limita primo quando perplexitas immediatè non insurgit ex verbis testatoris, sed habito respectu ad aliud, scilicet ad patrimonium eius. nam tunc non vitiat, sed dissoluitur talis perplexitas, prout meliùs fieri poterit, considerata voluntate testatoris: Vt patet exemplũ in l.qui quadringenta. ff.ad l.falcid.

2 Limita secundò quando perplexitas prouenit ex verbis testantis, sed contingit inter eos quarum vna est digna maiori fauore, & in illa valet dispositio: Vt in l.seruum communem habemus, in §.Titius hæres esto cum ibi nota. ff.de vulg.& pupil.

3 Limita tertiò quando versatur inter res dignas pari fauore, si talis perplexitas potest dissolui per implementum facti tendens ad cõmodum implentis, tunc non vitiat: sed potiùs per tale implementum dissoluitur. vt in l.si quis ita. ff.de condit.institu. facit quod notat gloss.& Bart.in d.l.si Titius.

REGVLA CXV.

CONDITIO impossibilis affirmatiua in contractu adiecta vitia omnem contractum l.impossibilis. ff.de verb.oblig.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita ix.modis, vt per Vdalri. Zasium in d.l.impossibilis. à nu.4. vsque ad nu.16.

REGVLA CXVI.

CONDEMNATVS ad soluendum non euitat executionem, dato quòd velit fideiubere vel pignora dare: Vt probat text.in l.si se non obtulit.in §.ait prætor. ff.de re iudic.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita aliis duobus modis, vt per Franc.de Ripa in d.§.ait prætor. nu.4.

REGVLA CXVII.

CONFESSIO facta in iudicio præiudicat, vt in c.fin. & in c.vestra. vbi gl.de cohabita.cleri.& mulier.& in c.cùm olim.in fi.de ver. signifi.& in c.fina.de resti.spol.& in c.j.de accusatio.lib.vi.cũ aliis. De iure regio tex.in l.iiij.titu.xiij.par.iij.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita decem modis, vt per Philippum Decium, in cap.at si clerici. nume. 17. vsque ad numer. 44. de iudiciis.

REGV-

REGVLA CXVIII.

CONFESSIO facta sine causa, scilicet si aliquis confiteatur se debere decem, & non exprimit an ex causa mutui, vel depositi, vel ex alia causa, talis confessio non valet neque praeiudicat. Hanc regulam probat tex. in c. si cautio. & ibi omnes docto. de fide instru. & in l. cùm de indebito. in §. fi. ff. de proba. glo. in l. j. in verb. apud. ff. de interroga. actio. & in l. instrumenta. C. de probat. in l. generaliter. in verbo, eam. C. de non nume. pecun. De iure regio est text. in l. vij. titu. xiij. parte iij & in l. ij. tit. vij. lib. ij. fori.

Hanc regulam limitat quatuor modis Hippol. in l. j. in §. praetereà. num. 59. ff. de quęstio. vbi etiam latissimè tractat materiam huius regulae. & sexdecim fallentias ponit Felin. in dicto cap. si cautio. nu. 4. de fide instrumentorum.

1 Limita primò vltra eos quando in protocolo notarii instrumenta praecedentia continerent causam: nam licet sit vnum instrumentum, sequens non habens causam plenè probat: eò quia causa praecedens censetur in sequenti repetita. Ita tenet Io. And. in Addi. ad Spe. in titu. de deposito. super rub. quem sequitur Iacob. de sanc. Georg. in d. l. j. num. 27. ff. de interroga. actio.

2 Secundò limita quando apponeretur haec verba, sponte, & quia sibi sic fieri placuit confitetur dare vel debere decem: nam ista confessio etiam sine causa plenè praeiudicat propter illa verba. Ita consuluit notabi. Alexan. in consi. lxxxiij. nu. 6. cum seq. in j. vol. argum. tex. in l. Campanus. ff. de oper. liberto.

3 Tertiò fallit in actione reali, puta si quis confiteatur talem rem meam esse: quo casu mihi acquiritur rei vendicatio ex tali confessione, etiam sine causa. Hanc limitationem ponit Ange. Aret. in §. j. Institut. de literarum obliga. nume. 5. Quae reg. hodie de iure regio locum non habere videtur. vt in l. iij. titu. viij. lib. 3. ordinamenti. & dixi suprà in regula xi.

REGVLA CXIX.

CONFESSIO extraiudicialis parte praesente plenè probat. Hanc regulam probat text. in l. Publia Maeuia. in fi. ff. deposi. & in l. cùm de indebito. in § fin. ff. de probatio. & in l. generaliter. in fine. & ibi doct. C. de non nume. pecun. Et de iure regio probatur in l. 7. in medio, titu. 13. parte 3. Hanc regulam ponit Bal. in l. 1. nu. 4. C. ne ex delic. def. & in l. quoniam. nu. 7. in fi. 1. lectu. ff. de infami. Io. And. in rub. de probatio. Soc. in consi. 228. nume. 3. vol. 2.

1 Limita primò non procedere si à patre non fuerit acceptata. Quam opin. tenet Cyn. in l. vnica, in vi. q. C. de confes. & ibi Salice. in opposi. xv. nam ad hoc vt praedicta confessio plenè probet non solùm requitur quòd fiat parte praesente, sed quòd pars acceptet talem

lem confessionem. idem tenet idem Salice. in l. iubemus. C. de liberali cau. & in l. generaliter. in vi. quæstio. C. de non numera. pecun. vbi refert se ita consuluisse. quem sequitur Alexand. in consi. xx. nu. 1. volum. 4. idem Alexã. in consi. cxi. nume. 7. volum. 3. & in consil. 174. nume. 2. volum. 6. Curt. Senior in consi. 77. nume. 1 Hippoly. in repet. rubr. C. de probatio. num. 96. & in l. de vnoquoque. num. 124. ff. de re iudi. & in singul. 329. & in l. si quis ne quæstio. nume. 128. ff. de quæstio. Ioan. Imol. quem sequitur ibi Felin. nume. 23. in dicto c. si cautio de fide instrumen. Feli. in cap. capitulum sanctæ crucis. nu. 13. de rescript. Iacobinus de sancto Georgio in l. procuratore. nume. 2. ff. de interrogatoriis actionibus. Petrus Rebuffus in gloss. concordatarum, in rubri. de regia acceptatione, pagina 405 Chassanæus in consuetud. Burgun. in titu. *des retraictz*. rubri. x. §. 12. fol. 345. colũ. 2. numero 3. Iaso. in l. postquam liti. num. 2. C. de pact. Fran. de Ripa in rub. nu. 22. ff. de verb. oblig. Paul. Paris. in consil. 34. num. 29. vol. 1. & Pala. Ruin. in repetit capit. per vestras. in 4. notab. nume. 39. & Curt. Iun. in l. 1. nume. 41. C. de pact. Hanc opinionem dicit esse communem Ias. in l. error. num. 3. C. de iur. & fact. ignoran. & Andræ. Alciat. in rub. ff. de verbo. oblig. num. 5.

Contrariam opinionem tenet Anto. de Butrio in cap. vltimo. nu. 12. de confessio. & ibi Abb. num. 15. idem Abb. in cap. cùm dilectus. nume. 5. de succes. ab intest. & ibi Andr. Barba. num. 4. Socin. in dicto consi. 218. nume. 6. Philip. Deci. in cap. at si clerici. nu. 137. de iudic. post Abb. & Barba. & in l. postquam liti. num. 8. C. de pact. Aretin. in consi. lx. Alciat. sibimet contrarius in tract. præsump. in 3. regu. præsumpt. xxi. nume. 6. vbi in nume. 10. dicit hanc opinionem esse veriorem, & habere longè plures authoritates pro se. Eandem opinionem tenet Ioã. Bapti. de s. Seuerino in repetitio. l. admonendi. colum. 67. ff. de iureiuran. vbi dicit quòd hoc est de mente omnium Canonistarum in dicto cap. cùm dilectus. Eandem opinionem dicit esse veriorem in iure Catellia. Cotta in Memo iuris, in verbo, confessio. el 2. in medio. Eandem opinionem sibimet contrarius tenet Alexand. in l. 3 nume. 3. C. de repudi hæredi. Ratio est, quia cùm confessio fit in fauorem præsentis, præsumitur acceptatio ex parte eius. vt in l. qui patitur. ff. manda. & per ea quæ notant Barto. & doc. præcipuè Ias. nu. 70. in l. quæ dotis. ff. solut. matrimo. Pro qua opinione videtur tex. in d l. 7. in medio, titu. 13. par. 3. & l. 3. fol. 8. lib. 3. ordi. quam opi. etiam tenet Andr. ab Exea in lib. pactorum, nu. 4. vbi dicit quòd contraria opinio est rigida. & Ioan. Gualdensis in tracta. de art. testan. tit. vi. cautela vi. num. 2.

3 Limita secundò quando confessio fit per verba enuntiatiua: quia tunc non probat. Ita probat tex. in c. fi. & ibi Abb. nu. 19. & docto. de succesio. ab intesta. tenet etiam Matthæ. de Afflí. in decisio. cv. nu. 3. Quod tamen intelligo verum nisi esset confessio iurata. tenet Anto. de But. in d. c. fi. de successio. ab intesta. Felin. in d. c. si cautio. nu. 24. idem Matthæ. de Afflict. in decisio. 164. nu. 4. Pan. in d. c. fin nu. 10.

Limita

3 Limita tertiò nisi confessio esset facta calore iracundiæ: quia non nocet nisi detur perseverantia: Vt est glo. in c. ex literis. in verbo, ad monita & ibi Abb. de diuor. quam gloss. sequitur Philip. Deci. in l. quicquid calore. nu. 5. & ibi Hiero. Cagnol. ff. de reg. iur. Pala. Rub. in repeti. rubricæ, de donatio. §. xvij. nu. 14. Hippol. in l. j. in §. quæstionum ff. de quæst. & in rep. rub. C. de proba. nu. 102. & ita per illã glo. tenet Felin. in c. sicut. el j. de iureiur. & ibi Abb. idem Abb. in c. fina. nu. 11. de confes. idem Abb. & Phil. Deci. in c. at si clerici. de iudi. idem Abb. in c. cùm venerabilis. col. iij. post gloss. ij. de exceptio. & in c. cùm olim. el ij. de priuile. Anto. de Butrio in cap. olim. de rescript. Roma. in singula. 514.

4 Limita quartò non procedere in dispositione testis dicentis extra iudicium se falsum deposuisse in iudicio: quia per hoc non tollitur eius depositio. idem etiam est in iudice dicente se vænalem sententiam tulisse & subductum. Ita tenet Angel. in consil. cccix. nu. 5. pro quo est tex. in c. sicut. de testib. not. Inn. in c. cũ dilectus. de elect.

5 Limita quintò in confessione ex causa mutui: quia non probat infra biennium, nisi aliter probetur vera numeratio, Vt per totum titulum. C. de non num. pecu. & per totum. Insti. de litera. obliga.

6 Fallit sextò quando testes producerentur ad probandam confessionem contra instrumentum celebratum in scriptis continens debitum. quia tunc non omnis probatio confessionis parte præsente facit plenam probationem: sed est necesse quòd probetur per quinque testes rogatos, iuxta formam text. in l. testium. C. de testib. cum Authen. ibi posita. gloss. magna ad fin. in c. testes. iij. q. ix. & ita tenet Matthæ. de Afflict. in d. decisio. cv. nume. 4.

7 Limita septimò quando confessio fuit facta cum causa: vt si confiteor me debere ex causa mutui aliàs non nocet, licet probetur. Tenet glo. in d. c. testes. in glo. magna. & est tex. & ibi doct. in l. cum de indebito. in § si ff. de proba. & dixi in reg. cxviij.

8 Limita octauò in confessione prælati: quia non præiudicat ecclesiæ nisi aliter veritas probetur. Ita tenet Abb. in c. fin. de præscri. Io. Andr. in additioni. ad Specul. in rubr. de rebus eccles. non alien. Matthæ. de Afflict. in decis. Neapol. clxviij. nu. 4. de quo plenè per Flin. in c. edoceri. de rescript.

9 Limita nonò quando talis confessio fieret inter personas prohibitas & suspectas: quia non probat. vnde non creditur prælato dicenti se donare seruitoribus propter merita & seruitia quæ ab eis recepit, nisi aliter probetur, Vt notat Ioan. And. in additio. ad Specul. in tit. de rebus eccle. non alienan. super rubr. Bal. in l. iubemus. la ij. nu. 4. ver. si ergo in iij. col. C. de sacrosan. eccle. Et similiter quando maritus donaret vxori, vel pater filiæ propter merita. Et idem in similibus casibus qui sunt in iure innumerabiles, de quibus per Bart. & docto. in l. post contractum. ff. de donatio. & in l. per diuersas. C. mandati. & in l. si donatione. C. de collationi. in l. j. in §. nec castrense. ff. de collatio. bonorum. Angel. in consi. v. nu. 5. pro qua opinione

est

est text.in l. qui testamentum.& ibi notab.Iacobi.de sancto Georg. nu.1.cum seq.ff. de probatio.

REGVLA CXX.

CONFESSIO extra iudicium facta parte absente facit semiplenam probationem. Hanc regulam ponunt doct. in l.certú. per tex.ibi,in §.si quis absente.ff. de confes.glos. & ibi Panor.in c. fina.de successio. ab intesta. Matthæ.de Afflict.in decisio. xii.nu.2. & in decis.cccxxxvii.nu.6.Barto.& Doct.in l.admonendi. ff.de iureiuran.Paul Paris.in consi.cxx.nu.4.vol.j.Hippoly.latissimè in repet.rub.C.de proba.nu.89.& in singu.cccxxix. & Aymon in tract. de antiquitate temporis:par.j.in parte incip.viso de verbis.fol.34. colum.3. nume.45.cum aliis. De iure regio est text. in l.vii.titu. xiii.par.iii.

Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita tredecim modis,vt per Felin.in cap.si cautio.nume.22.cum aliis, de fide instrumen. Octo limitationes ponit Robertus Marranta in tractat. de ordine iudiciorum.vi. par.rubr. de confessione. nume. 12. cum aliis, folio 23.

REGVLA CXXI.

CONFITENS se mutuo recepisse pecuniam, nihilominus potest intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.vt in l.in contractibus. C.de non nume. pecunia.& in §.i.Insti. de litera.obliga.& de iure regio est tex.in l.ix.tit.j.par.v. tex.in l. clxxxiii.Styli.& circa hanc regulã vide Petrum de Vnzola in practica Artis notariatus,in rub.de excep.non nume. pecu.

Hanc regulam cum vii.limita.ponit Bernard. de Luco in regul. cclix.eam ponit Felin. in c.si cautio. cum sex ampliationib. & vii. limitatio.à nu.45.vsque ad nu.57.de fide instrumen.

REGVLA CXXII.

CONFESSORIA & negatoria actio competit pro seruitutibus rusticis & vrbanis. Hanc regulam probat tex. in §.æquè si agat.Instit.de actioni.]

Hanc regulam,vbi eam examinat & limitat quinque modis, ponit Ludoui.Gome.in d.§.æquè si agat.a nu.12.vsq; ad nu.15.

REGVLA CXXIII.

CONIVNCTVS admittitur pro coniuncto sine mandato,dummodò caueat de rato, quòd is pro quo agit habebit hoc ratum. Hanc regulam probat tex.in l.sed & hæ.ff.de procura. & in

l.Pomponius.in §.fin.eod.tit.& in l.exigendi.C. de procurato. in c.nonnulli.de rescrip. De iure regio est text.in l.x.titu.v.par.iii. Circa quam regulam vide Roma.in singu 619.& 656. Ioan.Basshanum] d consuetu. Aluerniæ,cap.iiii.artic.j.Marcum Anton.Baueri. in §.pater.nu.37.Instit.de testamen.Nicola. Bellon in consi.xxvi. nu.14.Chassanæ. in consuetu.Burgund.in tit. *Des droitz*. rubr.iiii. §.v.fol.141.colum.ii.nume.1.cum seq. & notabi.August. Bero. in quæst.cxxxii.per totam.Matthæ.de Afflict. in tracta.de iure protomi.in rubric.nu.13.cum sequen.Catellia.Cottam in Memorab.iur. in verbo,coniuncta persona.Sebastia.Vant.in tracta.de nullita.senten.Rubric. xiiii. Qualiter & quibus modis sententia & processus. pag.360.nu.99.cum aliis.Rip.in c.cùm M.Ferrariensis. nume.60. de constitu.

Hanc regulam cum xi.limitatio.ponit Alex. in l.exigendi. nu.4. C.de procur. Eandemmet regulam cum quinque limitatio.ponit Feli.in c.coram.nu.3.de offi.deleg.Eam etiam cum iiii.Ampliatio. & xvii.limitatio.ponit Ias.in d.l.exigēdi.nu.3.quos refert Bernar. de Luco in regu.cxxix.

1 Amplia primò procedere etiam vt coniunctus possit agere pro coniuncto quando agitur de libertate, etiam sine cautione de rato vel iudicato soluendo. Vt in l.amplius. cùm duabus seq.ff. de libera.cau.gloss.in l.Pomponius. in §.fin. in verbo, offeram.ff.de procurato.

1 Vltra quas limitationes limito primò quando coniunctus est præsens:nam tunc non potest comparere sine mandato. ita concludit Ioan.de Imol.in c.cum M.Ferrariensis.nu.40.de constitu.quem sequitur Alex.de Imo.in l.non solùm.ff.solu. matri.

2 Limita secundò non habere locum in petitione interpositionis decreti iudicis: Nam coniunctus pro coniuncto non potest petere tale decretum iudicis interponi super contractu coniunctæ personæ.facit tex.in l.minorum.C.de præd.mino.

3 Limita tertiò in protestatione: nam coniunctus pro coniuncto protestari non potest sine mandato. Ita concludit Felin. in c.cùm M.Ferrariensis.nu.48.de constit.facit tex. quem ibi ad hoc expresse notat Bald.in l.tutor.ff.de minori.Quod est verum nisi esset protestatio quæ fieri posset à quocunque: vt in l.prohibere. ff. quod vi aut clam.

4 Limita quartò in causis spiritualibus, & beneficialibus, Vt est gloss.j.in cap.cum pridem.de pact. & in d.c.coram. de offi.deleg. Hanc limitationem ponunt Felin.& Ias.vbi supra:contra quàm tenent expresse domini de Rota in decis.lxviii.nu.2.in tit.de rescrip. in antiq.secundum nouam impres. & secundum antiquam in decis. cccxxiii.Specul.in tit.de coniun.persona,in §.1.nu.7.Collecta.in c. nonnulli.de rescrip.num.15.Lapus in allega.lxx.Cardina.in Clem. j.quæst.vi.de rescrip. Roma.in d.singu.619. Abb. in cap.cum pridem.nume.7.de pact. & in cap.coram.nume.7.de offi. deleg.in c.

nonnul-

nonnulli, in § sunt & alii, de rescrip. Eandem opinionem Rotæ sequitur Sebastia. Van. in tract. de nullita. senten. in rubr. xi. de nullitate ex defectu mandati: pagina 223. nu. 130. Ripa in c. cùm M. Ferrariensis. nu. 60. in fi. de constitu. Et ratio est propter grauitatem præiudicii: & in his in quibus requiritur speciale mandatum nó admittitur coniunctus pro coniuncto sine mandato: vt est tex. in l. patri pro filio. ff. de minori. notatur in cap. nonnulli. & in cap. ex parte Decani. de rescrip. & in istis spiritualibus non potest sufficiéter prouideri per cautionem, vt notat gloss. in d. cap. coram. Sed de rigore iuris hæc limitatio est verior secundum Ias. in dicta l. exigendi. nume. 9. & Felin. in dicto cap coram num. 6 pro qua opinione est tex. in cap. accedens. de procura. per quem tex. ita tenet August. Bero. in dicta decisio. cxxxii. Iacob. de sancto Georg. in dicta l. exigendi. nume. 21. vbi dicit quòd in practica durum esset tenere côtra supradictam decisionem Dominorum de Rota. Porro coniunctorũ appellatione qui veniant ponit Paul. Paris. consil. xxiii. nu. 19. & cõsil. xlix. nume. 11. volu ii.

Et circa hanc regulam vide xlvii. casus in quibus de iure requiritur speciale mandatum per Petr. Rebuff. in glo. concorda. in titu. de electionis derogatione. in gl. in verbo, speciale. pag. 59. col. i. cum vii. sequen.

REGVLA CXXIIII.

CONIVNCTA persona non potest recipere solutionẽ pro coniuncta sine mandato: Vt probat tex. in l. non solum. ff. solu. matrim. & in l. ij. cum aliis. ff. vt in possessio. legato. & in l. qui hominem. §. gener. ff. de solutio. tenet Alexand. in l. exigendi. nu. 12. C. de procurat. & Roman. in singula. ccxxvii. Rip. in c. cùm M. Ferrariensis. nu. 60. de constitu.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita quatuor modis, vt per Ias. in d. l. non solùm, à nu. 1. vsque ad nu. 8.

REGVLA CXXV.

CONIVNCTVS, consanguineus, vel vicinus, præsumitur scire facta coniuncti, consanguinei, vel vicini. Hanc regulam probat tex. in l. octaui. ff. vnde cogna. & in l. de tutela. ff. de in integ. restitu mino. in l. si vicinis. C. de nupt. in l. si ita. in fine. ff. de fundo instruct. & in cap. quanto. & in cap. quosdam. de præsumpt. & in c. nulli. liiii. dist. & in c. qui & humanis. xii. q. ii. Circa quam regulã vide glo. in c. paratus. in verbo, nescire, xxiii. q. i. Legistas in l. i. ff. si cert. peta. & in l. ii. c. qui admi. Canonistas, præcipuè Abb. in cap. nume. 2. de restit. spolia. Alexan. in consi. cxiii. num. 12. volum. ii. Soci. in consi. clxxxvii. num. 22. volu. ii. Philipp. Deci. in consil. xxix. nume. 8. & in consilio ccvi. Hieronym. Gratum in consilio xxv. numero 7. & in consilio 51. numero 4. volumine ii. Felin. in capitulo

literis.nume.2.de præsumptio.Ias.in l.is poteſt.nu.63.ff.de acquir. hæredi.& Purpura.in l.j.num.91.cnm aliis.ff.ſi cert. peta.ibi Mar. de Mantua in ij. lect. nu.70. Quis autem propriè dicatur vicinus probat text.in l.j.in §.eo autem tecto.ff. ad Syllania.vbi dicitur q ille dicitur vicinus,cuius vox audiri poteſt. Hanc regulam ponit Soci.cum duabus limita.in regu. lxxj.& Feli. limitat eam quinque modis,in d.cap.literis.nu.5.vſque ad fin.de præſumptio.

1 Vltra quos amplias primò:nam vbi eſt maior cõſanguinitas vel vicinitas,ibi maior ſcientiæ præſumptio fit. Ita loquitur tex.in d.l. octaui.ff.vnde cogna.& in d.cap.quoſdam de pręſumptio.

2 Amplia ſecundo, etiam ſi materia ſit pœnalis: Secundum Bartol. in l.duminus hor reo rum.in fine princ ff.loca. Specul.in titu.de em ptio.& venditio.in §.nunc dicendum eſt.de reſcind. vendit.nu.30. in fin.facit tex.in l.ſi filium.C.de libera.cauſa.

1 Limita primò procedere tantummodò in his quæ concernunt iu ra ſanguinis & proceſſum naturæ.Ita Ange.de Peruſio in l.quoniã. C. de iure delibe.quem ſequitur ibi Iacob.de S.Geor.nu.2.

2 Limita ſecundò dummodò vicinus ſeu conſanguineus abſens diu non fuiſſet: quoniam tunc non præſumitur ſcire facta vicinorum. Ita tenet Barto.in l.is poteſt.in v.colum. ff de acquirend. hæredi. quem ſequitur ibi Iaſ.nu.63. Alex.in l. Lucius.in §.Titius. ff.de liber.& poſthu.Marc.Mantua in l.j.in j.lect.nu.61. ff.ſi cert.peta. & ibi Purpura.nu.122.facit tex.in c.cùm in tua.& ibi Abb.in ij.nota bi.qui matrimo.accuſa. poſſunt.

3 Limita tertiò in affine vel vicino nouo. Argum. text. in l.qui cũ vno.in §.fin.ff.de re milita. & de vicino. videtur text.in dicto cap. paratus.in verſicu.nec Paulus. xxiii.quæſt.j. ita tenet Purpura. in d.l.j. num. 126.

4 Limita quartò procedere duntaxat vſque ad gradus iuris ciuilis: Per tex.in d.l.octaui gradus. Bald. Nouellus in tracta. de dote, in xj.par.j par.princi.in tracta. priuilegii dotis putatiuæ.,in priuil. j.nu. 8.verſicu.ſed circa ignorantiam iuris.col.xiiii. quem ſequitur Marc.Mant.in d.l.j.in j.lect.nu.63.

5 Limita quintò non habere locum in filiis qui ſunt ſui hæredes, & in quos dominium rerum paternarum continuatur,ita vt quodã modo domini etiam viuo patre cenſeantur:Vt in l.in ſuis.ff.de libe. & poſthum.tamen non præſumuntur ſcire contenta in teſtamento pa tris.vt in l.eius qui in prouincia. in fin.ff.ſi cert.peta. & ita vult ſentire Bart.in l ſed ſi plures.in §.ad ſubſtitutos.ff. de vulga. quem ſequitur Iacobinus de ſancto Georg.in d.l.quoniam. in fine.C. de iure delibe.

REGVLA CXXVI.

COMPARERE per procuratorem poteſt qui tenetur veni re ad Synodũ. Pro qua regula facit tex.in c.fin.de his quæ fiunt a præla.

prælat. & ita tenet ibi Imo. Facit etiam tex. in c. episcopus ad Synodum 18. distin. & licet illa iura loquantur in debentibus venire ad Synodum prouincialem, tamen idem videtur dicendum in Synodo episcopi, quia de vno ad aliud sæpe arguunt doct. Pro qua opinione est pulcher tex. in l. diui. circa medium. ff. de iure patron. quam opinionem tenet Fran. Curt. in repe. l. admonendi col. xxij. ff. de iureiur. Pano. in c. bonæ. el 2 de postula. prælato. col. 2. Barba. in repe. c. Rayn. col. liiij. de testa. Præposi. in c. si vir. col. j. de cognat. spiritua. Corset. in sing. in verbo, opinio. Henr. Bothæ. in tract. de Synodo episcopi. in 2. par. num. 43. Pro qua opinio. facit, nam citatus simpliciter non tenetur comparere personaliter, sed potest per procuratorē comparere, c. pen. & ibi Pano. in 2. nota. de iuramen. calum. notatur in ca. j. de iudi. lib. 6. sed nullibi reperitur quòd supradicti teneantur comparere personaliter, ergo &c.

1 Primò fallit quando essent citati vt personaliter veniant ad Synodum. Probat gloss. 2. in d. c. fin. & ibi Abb. in 1. colum. de his quæ fiunt à prælat.

2 Fallit secundò in curatis qui rationem redditurí sunt in his quæ faciunt, vt habeant curam animarum, vt in ca. quod super his. de maiori. & obedien. & ibi Ioan. And. & Car. in 3. opp. Imo. & Panor. in j. notab. probatur in c. quando. & ibi docto. 38. dist. nam isti non possunt comparere per procuratorem: argum. tex. in ca. pastoralis. de iudic. gl. in c. j. de confes. lib. 6.

REGVLA CXVII.

COMPOSITIO inter personas ecclesiasticas, vt decimæ vnicurato debitæ alteri soluantur, valet, Vt in ca. 2. de transact. & in ca. de decimis, in fi. eod. tit. vbi Papa dicit. soluatis vel cum ipsis amicabiliter componatis, & sic cōpositio approbatur ibi à Papa, & hoc tenet ibi Abb. Ratio est, quia cùm decimæ Clericis sint reseruatæ, non refert quis ipsorum habeat vel quæ ecclesia. tradunt doct. in c. ex multiplici. de decim. & ita tenet Caro. Ruyn. in consil. cxlij. nu. 13. vo. 3. Circa quam regu. vide Barb. in c. si nu. 4. de rerum permut.

1 Limita primò non procedere in decimis personalibus. Ratio est, ne detur occasio vacationi & audiendi diuina extra ecclesiam parochialem, contra tex. in ca. ij. de paroch. ita tenet Collect. in c. Apostolicæ. de decim.

2 Limita secundò, etiam si ageretur vt monachi haberent totā prædialem decimam vnius parochiæ, vel alius curatus, nam tunc si curatus victum sufficientem non habet, eò ꝙ ei desint decimæ, aget ad congruam portionem, vt in c. de monachis. de præben.

3 Limita tertiò non procedere nisi causæ cognitio interueniat, debet enim superior examinare an talis cōpositio expediat ecclesiæ, aliàs compositio non valebit, quia est alienatio in qua hæc inquisi-

tio fieri debet, vt in c.ſine exceptione.xij.quæſt.2.gl.in c.j.de rebus eccle.non aliena.facit tex.in ca.2.de tranſact.

4 Limita quartò non procedere niſi interueniat conſenſus epiſcopi vel ſuperioris,vt ſuprà dixi,& ſic non valet cũ conſenſu inferioris,videlicet Abba.Prioris,ſeu alterius,vt in ca. placuit xij quæſt.2. & in d.c.ſine exceptione.& in cap.Abb.eadem cau.& quæſt. & in c. cùm apoſtolica.de his quæ fiunt à præla.vbi dicit non requiri capituli conſenſum, ſed Epiſcopi tantùm, licet in vera alienatione cõtrarium ſit,vt in ca.ſine exceptione 12.qõ.2. Et cùm decimæ ſint cibus clericorum, proinde ſicut de alimentis futuris non poteſt tranſigi ſine iudice, vt in l.cùm 2.ff.de tranſ. ita nec de decimis, vt tenet Anch.in c.cum homines.col.2.eod.titu.& epiſcopi præſentia loco iudicis habetur. quod eſt verum niſi inferior haberet iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,glo.in Clem.j.in verbo,proprij. de rebus eccleſi.non alienan.in cap.ſignificaſti.de foro competent.quia tunc cum authoritate illius valeret compoſitio. & ſi fuerit facta ſine epiſcopi vel ſuperioris conſenſu, mortuo eo qui eam fecit, ſucceſſori non præiudicat, vt in ca de cætero.& in c.veniens. de tranſact.in ca.ad hæc.de offi.vica.& hoc ſuper futuris decimis, ſecus de præteritis,glo.& doct.in ca.vt ſuper.de rebus eccleſi.non alien.Deci.in ca.venerabilis.in quarto notab.de confir.vtili vel inuti.

REGVLA CXXVIII.

COMPROMISSVM annullatur per mortem alterius cõpromittentium, vnde non tranſit ad hæredes. Hanc regulam probat tex.in ca.fin. de arbi.& in l.diem proferre in §.j.& in l. ſi interpellatur.ff.de arbit. Circa quam regulam vide Spec.in tit.de arbitris in §.finitur.verſi.item morte nume.2.Bartol.in l. qui liberis.§. hæc verba.ff.de vulg.& in l.ſi quis arbitratu ff.de verb.oblig. Bapti. de ſan.Bla.in tract.de arbit.quæſt.2.Lanfran.in tract. de arbit.in 3. qõ.4.quæſt.princi.Anto.de Butr.in c.Quintauallis nu.23.de iureiu. Maria.Socin.Iun.in conſi.66.nu.9.vo.j.

1 Amplia primò procedere etiam ſi in cauſa concluſum ſit, nã inſtantia compromiſſi ad hæredem non tranſit. Ita tenent Bart.Bal. & Alberi.in d.l.diem proferre.poſt Innoc.in c.ex parte. de arbitr. Abb.in d.c.fin.vbi poſt Anto.ponit rationem huius regulæ, quare compromiſſum extinguatur & non tranſeat ad hæredes, dicens ꝙ eſt,quia arbitrium eſt ſtricti iuris, & non extendibile niſi exprimatur, quod ſecus in iudicio,vt in c.cum dilectus.de arbit.& ibi Abb. ponit alias rationes.

2 Amplia ſecundò, etiam ſi compromittentes poſt ſtipulationem promiſerit facere compromiſſum in vnum vel in plures vſquequò cauſa expediatur: nam ſi alter mortuus fuerit, hæredes non poſ-

ſunt

sunt compelli ad compromittendum. nam si expirauit compromissum iam factum, ergo & promissio de cōpromittendo, quia non debet esse maioris efficaciæ quo ad transmittendum in hæredem spes compromissi faciēdi resultans ex dicta promissione, quàm sit ipsum compromissum iam factum. Ita per plura fundamenta consuluit Pau. de Cast. in consi. 31. nu. 4. volu. 2.

3 Amplia tertiò, etiam si alter ex compromittentibus ingrediatur monasterium, quia tunc etiam annullatur compromissum, Argumen. tex. in l. Deo nobis C. de episcop & cleri. & in Authen. ingressi. & in Aut. si qua mulier C. de sacr. sanct. eccle. ita concludit Bapt. de sanct. Blas. in d. tract. quæst. liij.

4 Amplia quartò, etiam si alter ex compromittentibus esset mortuus ciuiliter, nam tunc annullatur compromissum, & non transit ad hæredes. Ita concludit Baptis. de san. Bla. in d. quęst. liii. Aegid. de Bellam. in d. cap. fina. nume. 1. de arbit. Quod tamen intelligo verum si bona morientis ciuiliter sint publicata seu confiscata, ita vt fiscus habeatur loco hęredis: per tex. & gloss. in l. inter eos. in §. fina. ff. de fideiuss. & in l. quoties. ff. de nouatio. quod habetur in §. relegati. Institutio. quibus modis ius patriæ potesta. solui. ita tenet Ioann. de Imol. in dicto cap. fina. nume. 7. in fi. de arbi. Facit pro hoc quod notat Bartol. nume. 14. in dicta l. si quis arbitratu. in fine. ff. de verbor. obligatio. vbi tenet & determinat in compromisso facto in arbitratorem, vt stante banno, publicatione bonorum annulletur compromissum. quem sequuntur ibi Alexand. Roman. Iaso. & Socin. asserentes hanc communem opinionem. Quòd si hoc procedit in arbitratore, quanto magis dicendum est in arbitrio cuius compromissum facilius annullatur, vt notant doctor. in dict. l. si quis arbitratu.

5 Amplia quintò procedere quandocunque pro vna parte compromiserunt, si vnus ex illis moriatur & res erat indiuidua, tunc finitur compromissum. Ita concludit Alber. Galeot. in tract. de arbitris versicu. antepen. quem sequitur Ioann. Andr. in additio. ad Specula. in titu. de arbit. in § finitur nume. 2. eandem opinionem sequitur Ange. de Perusi. in consi. ccxlviii. nume. 1. in fin. pro qua opinione est glo. in l. diem proferre in §. j. in verbo, morte. in fi ff. de arbit. quam sequuntur ibi Bartol. Bald. & docto. & hanc esse communem opinionem tenet expresse Maria. Socin. Iunior in d. consil. lxvj. nume. 13. volumi. 1.

1 Limita primò non procedere si in compromisso dictum sit per partes ꝙ compromittunt pro se & hæredibus suis: quia tunc nō finitur morte, sed transit ad hęredes. vt probat tex. in d. c. fin. de arbi. & in d. l. diem proferre in §. j. Ita tenet Specul. in d. §. finitur nume. 2. Abb. & alij doctor. in d. c. fina. Bald. in consi. cij. volum. iij. Bart. & alij in d. §. j. Hippol. in singu. liiij. Marian. Socin. Iun. in dicto consil. lxvj. nume. 7. volu. j. Quod tamen intelligo verum quando ab vtraq; parte ex compromittentibus cōpromissum sit pro hæredib.

secus tamen quando vna pars tantum de hærede mentionem fecit, nam tunc non comprehenduntur hæredes. tex. est in l. sed interpellatur in §. si ab altero ff. de arbi. & ibi Bar. & Bal. Henri. Bohic in d. ca. fi. num. 1. Ratio est, quia non debet compromissum claudicare, secundum Bal. in c. vno delegatorum. & ibi Barb. nu. 24. de offi. deleg.

2 Limita secundò quando post compromissum est lata sententia, nam etsi moriatur compromittens, hæres eius succedit in emolumẽta vel damna, quod ex sententia contingit, argu. tex. in d. l. diẽ proferre in princi. Ita tenet Spec. in tit. de arbi. in d. §. finitur nume. 3. Henr. Bohic & Abb. in d. c. fi. idem Abb. in c. ex parte de arbit.

3 Limita tertiò quando per capitulum vel vniuersitatem esset factum compromissum, nam tunc si aliqui de capitulo vel de vniuersitate deficiant, & alij subrogentur, attamen compromissum tenet. Ita probat tex. & ibi hoc tenent Ange. & Pau. & Iaco. de S. Georg. in l. proponebatur ff. de iudic. & ita determinat Din. per illum tex. in l. si grege. ff. de lega. j. allegat etiam tex. in §. si grex. Insti. de leg. & ita etiam tenent Bal. Pau. & Imo. in d. l. si grege.

4 Limita quartò quandocunq; prælatus sub nomine dignitatis cõpromisit, quia tunc transit ad successorẽ eo mortuo. Tenet Aret. per tex. ibi post Ant. & Abb. in ca. præsentata nu. 6. de testi. in j. notab. Quod tamen est verum quandocunq; compromissum est factum de rebus ecclesiæ, nam tunc præsumitur factum nomine ecclesiæ, & durat, secus si requireret vtilitatem canonicorum vel alicuius de vniuersitate. nam tunc mortuo aliquo ex ipsis expirat compromissum. ita tenet Are. in d. ca. præsentata. Ang. & Bald. in d. l. si grege ff. de leg. j. & notatur in c. querelam. ne præla. vices suas.

REGVLA CXXIX.

CONSTITVTIO vel dispositio ignorantes non ligat: Hanc regulam probat tex. in c. in lectum. xxxiiij. q. 2. in c. si verò. el secundo, de senten. excomm. bonus tex. in l. si ignorans. iuncta glo. ff. loca. Hanc regulam ponit Panor. in consil. 35. nu. 1. volu. j. Roma. in consi. 473. nume. 1. Signorol. de Homod. in cõsi. cxxxiiij. nume. 2. Ioan. de Ana. & ibi Ludoui. Bolog. in addit. in consi. lxxii. Hiero. Gra. in consi. cli. nu 9. volu. 2. Albert. Brun. in consi. xx. nume. 2. Phil. Dec. in consi. lxiii. nu. 5. Philip. Corne. in consi. centesimo sextò, nu. 10. volu. 3. Pau. Pari. in consi. xlix. nu. 2. vol. 4.

1 Amplia primò vt procedat si lapsum fuerit tempus duorum mensium à tempore promulgationis, quia nihilominus probata ignorantia excusatur. vt probat tex. in c. proposuisti. in fi. 82. dist. glo. in cap. secundo, in verbo, ante prohibitionem. in fi. de constitu. Facit quod notat Ancha. in Clemen. j. nume. 13. de rebus eccle. non alie. vbi concludit quòd quando statutum est antiquum & inusitatum, licet

licet sit inclusum in volumine statutorum, quia tamen iustè ignora ri potest non ligat ignorantes, & valet actus contra tale statutum factus, quem sequitur Hippol. in consi. 49. nu 49.

2 Amplia secundò vt procedat etiam in sententia generali quæ non ligat ignorantes, ut concludit Philip. Fran in ca. 2. nu. 5. de constit. lib. 6. per glo. in c. à nobis. el 1. de sen. excomu.

3 Amplia tertiò, etiam si ignorans fuerit in leui vel leuissima culpa ita concludit. Decius in c. 2. lectu. nu. 34. de consti. facit quod ante eum notat Cin. in l. data opera. C. qui accusa. non poss̃ unt.

1 Limita primò hanc regulam vt non procedat in l. habente clausulam decreti, quia illa ligat etiam ignorantes. vt in c. 1. in §. adiicie bat. de conces. præben lib. 6. & in ca. si postquam de præben. eodem lib. glo. in c. si eo tempore. in verbo ignoranter. de elect. lib. 6. Contrarium tamen tenet Cardi. in Clemen. 1. q. 18. de elect. Ioan. Crot. in repet. l. omnes populi col. 26. in prin. ff. de iusti. & iu. & in ca. 2. in §. limita. ad 3. notabile, de constitu lib. 6. Mouentur, quia sicut de natura legis est vt non liget ignorantes, & hæc conditio tacitè inest in lege, ergo etiam tacite inerit in clausula Decreti. facit gl. in verbo, Pauiana. in l. si patronus. in §. patronum. ff. si quid in fraudem patro. & quod per eam notat Curt. Iun. in consil. 74. nu 18. & tenendo hanc opinionem ad iura suprà allegata responde vt per Cardi. & Ioan. Crot. vbi suprà.

2 Limita secundò vt procedat quando agitur de damno vitando, secus si statutum auferat lucrum alicui, quia tale statutum comprehendit etiam ignorantes. Ita tenet Ioan Crot. in repet. l. omnes populi. col. 27. versi. secunda conclusio. ff. de iusti. & iure. Quæ limitatio videtur directò contra doctrinam Bar. in l. auunculo. in fin. num. 4. ff. de condict. sine cau. vbi tenet quòd habens iustam ignorantiam excusatur à pœna quæ consistit in amissione lucri, & ideò credo quòd Ioan Crot. voluerit aliter loqui, scilicet in casu in quo statutum affert lucrum, quia tale statutum comprehendit etiam ignorantes in eorum commodum, vt est tex. in l. penul. C. de decurio. lib. 10 quem ad hoc notat Ancha. in c. cognoscentes. nu. 7. de constit. allegat nota ta per Inno. & doct. in c. cùm in cunctis de concessio præben.

3 Limita tertiò vt procedat quando ignorantia esset iusta: secus si esset crassa, supina, & affectata, vt plenè declarat Ioan. Crot. in d. c. 2. in 4. & vltimo notabili, de constit. lib. 6.

4 Limita quartò vt non procedat quando lex imponeret nouam pœnam super actu à lege veteri prohibito, quia talis lex etiam comprehenderet ignorantes. Tenet Deci. in d. c. 2 in prima lect. nu. 35. de constit. In contrarium tamen facit tex in l. item apud Labeonem in §. si quis virgines ff. de iniuris. & in ca. si verò. el 2 de sen. excom. de cuius veritate vide Ioan. Crot. in d c 2. super gl. in verbo ignorantes. de constit. lib. 6 Hier Gra in consi. 49 nu. 39. vol. 2.

5 Limita quintò vt procedat quando sumus in casu dubio, secus vbi certum esse quòd lex voluit comprehendere ignorantes, vt est glo.

in Clemen.2.de hæreti.ita tenet Decius in d.l.2.lect.nu.34.

6 Limita sextò vt licet ignorans excusetur a pœna ordinaria, tamē ignoranti ad cautelam imponitur pœna.vt probat tex. iuncta gloss. ibi,in c.in lectum.34.q.2.& ita per illum tex.tenet Deci.in d. c.cognoscentes.in 2.lectura,nu.33.de constitu.

7 Limita septimò vt procedet vbi lex procedit imponendo pœnā pro culpa,secus si lex procedat inferendo damnum ex causa sine culpa,quia talis lex etiam ignorantes ligat, vt tenet Ang.in l.j.in prin. ff.si quis omissa causa testamenti , quem sequitur Decius in d.ca.2. in 2.lectu.nume.33.de consti.

8 Limita octauò vt non procedat in sententia speciali quæ ligat etiam ignorantes.vt tenet Philip.Fran.in c.in animarum.nu.5.de cōstitu.lib.6.allegat tex.in c.ad Apostolicæ.de cleri.excom.

REGVLA CXXX.

CAPI. quamuis de pact.lib.6.limitatur per Socin.in reg.150.36. modis. Quem text.limitat,vbi notabiliter tractat materiam Matth. de Affl.in c.si quis inuestiterit.de feudo dato in ui.l. comisso.in Vsisibus feudo,à numero 20.vsque ad nume.43.vbi limitat eum 16.modis,& ibi per totum tractat materiam. Et istum text.limitat Pau.de Cast.in l.Paulus.§.j.ff.de acqui.hær. Idem Pau.in l.j.in §.inde Neratius.& ibi Ripa.ff.ad Trebel. Octo limitationes ponit Roma.in l.qui superstitis.nume.1.vsque ad septimum.ff.de acqui. hære. Et circa materiam huius tex.& eius intellectum,& alias limitationes quæ in variis locis ponuntur,vide vltra loca ordinaria, scilicet doct.in l.fi. C.de pactis.& in l.pactum quod dotale.C.de collatio.vbi Romanus notab.nu.10.cum aliis.Bart.& Doct.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.in Authen.sacramenta puberum.C.si aduer. vendi.& c.cùm contingat,de iureiur.vbi Alciat.num.66. Et vltra alia loca,& remissiones quæ ponit ipse Matthæ.de Afflict.vbi suprà, numero 42.vide Docto.in l.22.Tauri.notabiliter Corne.in consilio 291.nume.1.cum aliis,in 4.volu. Fortu. Garsia in tracta.de vltimo fine iuris cano.& ciuil.nu.304.cum sequen.Ioan.Crot.in repe.l.frater à fratre.colū.16.fall.j.ff.de condi.indeb. Philip.Deci.in consil. 180.nu.3.& in consi.181.nu 1.cum aliis.& in consil.184. & consil. 796.nu.3.& in consi.475.nu.5.cum sequen.& in l.fraudis interpretatio.nu.2.& 3 ff de regul.iuris.& in c.causam matrimonij.numero 23.de offi.delega.Felin.in c.j.nu.6.de iureiur.Ripa in l.j.nu. 69.ff. de vulga.& notabiliter in l.si vnquam.in princi.nu.9.cum sequē.C. de reuo.dona.vbi latissimè Tiraquel.in prin.nu.150.cum seq. Pala Ruui.in repeti.Rub.de dona.§.64.& latissimè Rode. Xuarez in repeti.l.quoniam in prioribus.in 4.limitatione,nume.1.cum aliis.fol. 70.col.4.C.de inoffic.testa. Montaluus in l.fin.titu.11.libro 1.fori. in gloss.fin.& in l.9.titu.6.lib.3.fori.Matth.de Afflict.in dec f Neapo.

po.decisio.322 nume.11.Gomez.in §.item si quis in fraudem. nu. 2.Insti.de actio.Chassa.in consue.Burgun.in titu.*des droitz.* rubr.4. § 7.fol.165.col.3.nu.8.& in titu. *des successions.* rub.7.§.12 fol.273. col.2 nu.34.Guliel.Benedict.in repe.c. Rainutius.in verbo,duas habens filias.nu.190.cum aliis.Parisi.in consi.26.nu.77.volu.3.Zasius in consil.1.volumine 2.

REGVLA CXXXI.

Confirmata ea quæ sunt iuri contraria, non intelliguntur per simplicem confirmationem. Hanc regulam per illum textum ponit Bal.in c.j.in prin.nume.2.per quos fiat inuesti.in vsib.feudo. allegat notata in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.vbi notatur ꝙ illa regula quæ dicit quòd quicquid acquirit filius,acquirit patri,intelligitur de acquisitione iusta & non iniusta. idem tenet idem Bal. in d.l.j.allegans text.in l.diuus. in §.sed nec. ff. de falsis.facit text. in l.quod seruus.ff.de acqui.possess.notat idem Bal.in l.j.ff.de constitu.princi.vbi allegat notata in l.2.C.de diuersis præd. libr.12.idem Bal.in l.cùm oporteat.colum.3.C.de bonis quę liberis. vbi dicit ita tenere Cyn.Pro quo facit, nam in confirmatione ea iura intelliguntur confirmari quæ valida erant tempore cõfirmationis,vt in l. Aurelius.§.testamento.ff.de libera.lega.& in l.si quis priore.ff.ad Trebel.quæ iura allegat Alberi.in tracta.statuto.quęstio.21. & hæc regula probatur in l.secunda C.de fundis & saltibus rei domini. libr. 12.De iure canonico probatur in cap. ad nostram. de confirmatio. vtili vel inuti.

1 Fallit primò nisi princeps ex certa scientia confirmasset actum nullum vel infirmum:nam tunc confirma.supplet omnem defectũ. Ita tenet Innoc.in c.1.de confirmat.vtili vel inuti.& ibi glo.Bal.in d.c.1.per quos fiat inuesti.nume.2.allegat in argu.tex. in d.l.Aurelius.in §.testamento.idem tenet Imo.in l.quidam consulebant.ff.de re iudica.notatur in cap.si motu proprio.de præben in 6.facit quod notat Iason in l.1.numero 3.ff.de constitutio. princip. in l.fina.numero.12.ff.de pactis.tenet Curtius Iunior in l hæres absens.in principio, nu.16.ff. de iudic. Quam limitationem intelligo veram si prędicta confirmatio facta super re inualida ex certa scientia, si facta cum causæ cognitione & citatione partis : aliàs secus. tenet Inno.in dicto cap.1.nume.1. Specul. in titulo de legato. in §.nunc ostendendum.numero 14.Archidia.in cap.Cenomanensem. numero 1.56.dist.inctio.Romanus in singula.424 ¶pro quo facit quod posui in regu.xliij.

2 Fallit secundò nisi Papa confirmaret factum proprium. Secundũ Bal in d.c.1.nu.2.per tex.in l.legata inutiliter.ff.de legat.3.

3 Limita tertiò nisi in confirmatione esset clausula, confirmamus. & de nouo concedimus, de quo per Andræ. de Isernia in cap. 1.de Vasallo decrepitæ ætatis.in vsi. feudo. doct. in cap.inter dilectos,de

fide

fide instru. Sed an & quando ille qui confirmat videatur de nouo dare, vide singularem distinctionem Cy. in l. & quia quem refert & sequitur Bal. ibi. ff. ds iurisd. omn. iudi.

4 Limita quartò quando peteretur confirmatio à domino qui teneret & possideret feudum quod petitur confirmari, qui fuit spoliatus preter petentis confirmationem, tunc talis confirmatio per quã restituitur possessio videtur noua traditio feudi. & hoc per tex. in l. 3. in §. Nerua filius. in verbo. nancisci. ff. de acqui. posse. secus quando possessio esset vacans, tunc dicitur continuari, secundum Abba. in c. cùm venissent. de restitu. in inte.

5 Fallit quintò quando confirmatio fieret à successore qui non tenebatur confirmare feudum quod ipse dominus possidet, nam tunc cõfirmando dicitur noua concessio. Arg. l. si ante. ff. ad leg. Fal. & in l. stipulatio ista. in §. si quis ita. ff. de verbo. obligatio. & in l. si cum vno. ff. de excep. rei iudic. Ita tenet Old. in consi. 178. nu. 1. Ioan. de Imola in cap. inter dilectos. de fide instrumen. numero 24. vbi tenet quòd quando successor potest primam inuestituram reuocare, tunc confirmando dicitur de nouo concedere: quem sequuntur ibi alij Doctores.

6 Sextò fallit, nisi priuilegium confirmationis quædam confirmaret & quædam infirmaret: Argu. tex. in l. tribunus. in §. vlti ff. de testa. milit. Ita tenet Bal. in d. c. j. nume. 2. per quos fiat inuestit.

Sed suprà dictæ limitationes in minore non vendicant sibi locũ, quia tunc talis confirmatio dicitur potiùs noua concessio, quàm minor facere non potest, ut in d. c. j. maior autem qui habet legitimam administrationem bonorum suorum bene posset ex certa scientia facere cõfirmationem iurium inualidorum, ut in iurib. suprà alleg.

REGVLA CXXXII.

CONSORS sine mandato potest agere & excipere pro consorte. Hanc regulam probat tex. in l. 2. C. de consorti. eiusdem litis. & circa hanc regulam vide Nicolaum Bellon. in consi. 26. nu. 5. & 6.

Hanc regulam cum quatuor limit. ponit Bernar. de Luco in reg. 135. referendo se ad Feli. in c. cùm M. Fer. nu. 8. de constit. Eandẽ regulam cum quinque limit. ponit Ripa in d. c. cùm M. Ferrariensis numero 53. de constitu.

REGVLA CXXXIII.

CONSTITVTIONES, leges, vel canones facti per verba generalia, dicuntur generale. Hanc regulam ponit Deci. in ca. 1. lectu. 1. nume. 28. de constitu. Ratio huius regulæ est, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt in l. de pretio. ff. de Public. 2. & in l. 3. in §. si liber homo. iunct. glo. in verbo, accepisset. ff. de condict. ob caus. & lex edictalis appellatur generalis, vt in l. hac edi-

edictali.C.de secun.nupt.secundum Matthæum de Afflict. in consti. Neapol.lib.j.Rub.lxxxij.nu.1.

1 Amplia primò vt procedat etiam si esset aliqualis ratio dubitandi an lex sit generalis,vel non:quia solemus dicere quòd lex simpliciter facta comprehendit omnem casum,dato quòd in vno sit maior ratio quàm in alio:Vt in l.j.in §.quod autē.ff.de aleato.in l.in fraudem.in §.fina.ff.de testamen.milit.& in l.j.in §. generaliter.ff.de lega.præstan.bonus tex.quem ad hoc ponderat ibi Galiaula in princ. in l.j.in §.fina.ff.de verb. oblig.

2 Amplia secundò vt procedat etiam si talis lex ita generaliter intellecta contineret rigorem & esset dura:vt est tex.in l.prospexit.ff. qui & à quibus.

3 Amplia tertiò,etiam si lex sit solùm generalis in fine, & specialis in principio:Vt est glo.in Rub.C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse & ibi Alberic.

4 Amplia quartò vt procedat etiam si lex sit solùm generalis in sui præfatione & initio:quia licet loquatur posteà per verba specialia, tamen tota lex erit generalis:Vt probat tex. quem ad hoc ibi ponderat Bart.in l.regula.in §.fi.ibi,nam initium constitutionis. ff.de iur. & facti ignoran.ita tenet Philipp. Deci.in c.j.in j.lect.nu.35.de constitutio.Curt.iuni.in consi.clxxxv. nu.1. facit quod notat Signo.de Homodeis in consi.v1.nu.6.

REGVLA CXXXIIII.

CONSVETVDO Ecclesiæ, vt Canonici si nō resideant percipiā fructus beneficiorum suorum,valet. Hanc regulam probat tex.& ibi Abb.in j.notab.in c.cùm omnes.de consti.& per illum tex.tenet glo.in c.dudum.el ij.in verbo,retinere. de electio'. Eandem opinionem tenet glo.in c.gratia.in verbo,de iure.de rescript.lib.v1.glo.in c.conquerente.in verbo,deseruiat.de cleri.non residen. & sic per supra dicta tenet Panor.in c.extirpandæ.in §.quia verò num.15.& 31. de præben.& in consi.96.nu.2.volu.ij.in medio. Federic.de Senis in consi.ccxlv1.nu.1.Ioan.de Imol.in c.quia nonnulli. nu.6.de cleric. non residen.& ita concludit Rochus de Curte in c. fin.num.500.de consuetu.Ioan.Selua in tracta.de beneficio,in iiij.par. nu.1.quæst.2. Et circa hanc regulam vide Paul.Paris.in consi.xxxij. vol.iiij.

1 Amplia primò habere locum in statuto de non residendo: quia valet statutum permittens licentiam non residendi, Vt est gloss.in d.c. gratia.in verbo,retineri.

2 Amplia secundò, etiam si in fundatione sit expressum quòd fundator dotabat Capellam,& donabat presbytero eligendo pro Missis ibidem celebrandis. Ita tenet Lapus in allega.xxxvij.nu. 2.in titul. de præbend.quem sequitur Ioan.Selua in d.ij q. nu.5. & sic procedit etiā si ex ordinatione testatoris ecclesia deberet conferri vni, vt ibi quotidie celebraret: quia valet cōsuetudo vt per alium celebret.

Limita

2 Limita primò non habere locum in beneficio curato: Vt tenent Archidiaco. Geminia. & Præposi. in cap. sacerdotibus. xxxi. distinct. iidem Domini. in c. fin. num. 8. de rescrip. lib. vi. Abb. in d. c. quia verò. num. 32. Felin. in c. cùm olim. nu. 33. de constitutio. & ibi Deci. in ij. lectu. num. 6. Ioan. Selua in d. ij. quæstio. nume. 3 Franc. Ripa in lib. j. responso. cap. xiiij. num. 33. facit text. in c. licet. Canon. de electio. lib. vi. Sed iusta ex causa episcopus potest dispensare cum curatis vt deseruiant per substitutum: vt in d. c. licet Canon. in fi. & in c. cùm ex eo. de electio. lib. vi. de quo vide Francisc. Rip. in c. cùm M. Ferrariensis. nu. 39. de constitu. Porrò centesimus septuagesimus primus casus, in quibus episcopus potest dispensare cum clerico de non residendo in suo beneficio: ponit Ioan. Selua in tracta. de benefic. in iiij. par. quæstio. vij. per totam.

2 Limita secundò in ecclesiis cathedralibus seu canonicalibus, quando ecclesia pateretur defectum in ministris. Ita concludit Felin. in d. c. cùm omnes. nu. 33. per not. in d. §. quia verò. & in c. peruenit. el ij. de appella. quem sequitur Ioan. Selua in d. ij. q. nu. 8.

3 Limita tertiò quando talis consuetudo præberet occasionem vagandi: vt quia permitteret quem sine causa se absentare à beneficio. Ita Inno. in c. ex tuæ. nu. 3. de cleric. non resi. & ibi Ancha. & Docto. Ioan. de Imo. Philip. Deci. & Felin. nu. 33. in d. c. cùm omnes. de constit. Ioan. Selua in d. nu. 8. Abb. in d. §. quia verò. nu. 32. & sic talis clericus potest reuocari ad residentiam: & si non redierit, priuari beneficio. facit tex. in c. fi. de reg.

4 Limita quartò quando consuetudo esset sine aliqua iusta & rationabili causa. Ita Deci. in d. c. cùm omnes. nu. 5. in ij. lect. Syluester in verbo residentia. ij. q. facit quod not. Bal. in d. c. cùm oẽs. nu. 9 quod cõsuetudo hæc debet intelligi de absentia ignominiosa vel dissoluta.

5 Limita quintò in beneficiis regularium etiam manualibus & sine cura, Vt est tex. in Clemen. ne in agro. in §. sanè el ij. de statu monachorum. nisi dispensetur causa studii, vt ibi dicitur.

6 Limita sextò non procedere in distributionibus quotidianis: quia non valet consuetudo quòd clericus non residens illas percipiat Vt est tex. & ibi glo. in c. j. de cleri. non resid. lib. vi. facit etiam tex. in c. de cætero. & ibi Doct. eod. titul. vbi dicitur quòd illi qui finguntur residere, si non resident non percipiunt distributiones quotidianas. & ita notabiliter tenet Pau. Paris. in consi. xxxiij. nu. 1. cum seq. vo. iiij. & in consi. xxxij. nu. 6. eo. vol. ponit quæ propriè dicantur distributiones quotidianæ. Et sic licet aliquis sit priuilegiatus vt percipiat fructus sui beneficii non residendo, tamen non percipiet quotidianas distributiones. & ita tenet Fel. in c. Iacobus. nu. 1. de simo.

REGVLA CXXXV.

CONSVETVDO laicorum non ligat clericos. Hanc regulam ponit Cin. in l. ij. ad fi. C. quæ sit longa consue. Abb. & Cano. in cap. ecclesia

ecclesia sanctæ Mariæ.de constit. Domi.in c.j.de iureiur.lib.vi. Baptista de sanct.Seuer.in repet.l.cunctos populos.col. 85.versi.tertia conclusio Bar.C.de sum.Tri.& fide cathol.Anto.de Burri.in Rubri. de consuetu.num.3.& 12. Ratio huius regulæ est: quia iurisdictio spiritualis & temporalis distinctæ sunt & diuisæ: ut in c. celebritatē. de conse.distinct 3. & in Authen.de instr.caute & fide. in §.quis igitur.coll. vi.vbi dicit tex.quòd Imperator habet potestatem à Deo. Facit pro hac opi.tex.in c.fi.ne vita & honest.clerico in fin.vbi dicitur quòd clerici non subiacent statutis nec consuetudinibus patriæ. facit tex.in c.fi.de reb.eccles.non alienan.tex.& ibi Abb. in c.peruenit.de arbitr.& ita tenet Remig. de Gonny in tracta. de charitatiuo subsidio.pagina 266.

Hanc regulam cum decem ampliationibus & duodecim limitationibus ponit Rochus de Curte in tracta.de consuetu.in xi. quæst.à nu. 653.vsque ad numerum 697.

REGVLA CXXXVI.

Consvetvdo contra ius non extenditur. Vt in l.quod nō ratione.ff.de legi.in c.quod translationem.de offic.lega & ita communiter tenent Doctor.excepto Fulgo.in l.de quibus. ff.de legi.ad quem ibi respondent Docto.præmissam tamen regulam tenet idem Fulg sibimet contrarius in consi.66.incip. Ser Guarnerius vbi dicit ꝙ consuetudo de qua in l.dos à patre.C.solu.matr. non extenditur.

Hanc regulam cum decem limitationibus ponit Rochus de Curte in cap fin.de consuetu.nume.321.vsque ad nu.351. Hanc etiam regulam ponit Aymon Craue.in tracta. de antiquitate temporis. in iiij.parte,in prin.fol.110.& ibi in nume.48.vsque ad nume. 151.limitat eum vno & viginti modis. Est tamen notandum quòd decimam quartam limitationem, quæ est ibi in nu.98. sublimitat decem modis,& eam declarat vsque ad nu.136.

REGVLA CXXXVII.

Consvetvdo contra ius naturale non valet. Ita probatur in cap fina.& ibi Abbas.& Doctor.de consuetud. Et intelligitur ius naturale ibi,cuius transgressio inducit peccatum: & illud ius naturale appellatur ius diuinum,secundum Ioan.Andræ. Ant. & alios Doctor.in dicto cap.fina.facit tex.in cap.j.j.distinctio.gloss.in prin. Institu.de iure naturali & ita concludit Rochus de Curte in tracta. de consuetu.nu 78.& hanc esse communem opinionem tenet Laur. Syluanus consi.x.num. 39. Et circa hanc regulam vide Albertum Brunum in consi.43.nume.20.Guliel.Mayne.in l.quoties. num.86. ff.de regu.iur.Paul.Parisium in consil.78.nume.193.volum.4.Alexand in consil.cxcvi.nume.13. volum.ij. Sigismundum Lofredum in consi.50.num.51.

Hanc

Hanc regulam ponit Rochus de Curte in d.tracta. de consuetu. nu. 78. vbi vsque ad nu. 98. eam declarat: & à nu. 98. vsque ad nume. 141. ampliat eam viij. modis: & limitat v. modis.

REGVLA CXXXVIII.

CONSVETVDO inducitur de iure ciuili spatio decem annorū. Hanc regulam ponit Panor. quem sequuntur ibi alii Doc. in c. fi. de consuetudine. nu. 11 Bar. in l. de quibus. nu. 14. & ibi Ias. nu. 41. ff. de legib. & prædicta conclusio est communis, siue consuetudo sit contra ius, siue præter ius: secundum prædictos doct. facit id quod habetur in l. diuturna. ff. de legibus. & in Rubri. C. quæ sit longa consuet. & opinionem huius regulæ dicit esse communem Syluester Aldobran. in §. ex non scripto. nu. 19. Institu. de iure natura. & ibi Christopho. nu. 4. Et circa hanc regulam vide Thom. Gram. in decisio. lxiiij. & notab. Aymo. Crauet. in tract. de antiqui. tempo. in iiij part. in prin. num. 9. fol. 105. col. iiij.

1 Limita primò vt procedat in consuetudine propria & vera: secus in consuetudine ficta & intitulata: quæ momento induci potest. Exēplum: vt si populus vno momento dicat velle obseruari pro consuetudine quod maior natus succedat, vel si id ex populi consensu eligatur, & sic de similibus, Ita concludit Anto. de Butr. post Petr. de bellaper. & Guliel. de Cugno in repe. c. fin. nu. 17. de consue. Bart. in d. l. de quibus. nu. 14. quem sequitur ibi Ias. nu 41. ff. de legi.

2 Limita secundò nisi consuetudo tendat contra ea quæ sunt reseruata Principi: quia tunc requiritur tēpus cuius initii memoria non extat. vt in c. super quibusdam. in §. præterea cum simil. de verb. sig. Ita tenet Alex. in consi. vi. vol. 1. Iacobi. in l. de quibus. nu. 31. ff. de legi. Porrò quæ sint ea quæ Principi reseruata sunt, traditur per Bal. in l. rescripta. C de preci. Impera. offeren. per glos. & Doc. in c. quod translationem. de offic. lega. tex. in c. vnico, quæ sint rega. in Vsi. feu. Paul de Cast. & ibi Ias. num. 24. in l. j. ff. de offi. eius. circa quam fallentiam vide quæ dixi in regu. xc. fallen. j.

3 Limita tertiò quando consuetudo detrahit iura alicuius ecclesię: quia tunc requirentur xl. anni. Ita tenet Innoc. in c. cùm dilecti. de consuetu. quem sequitur Abb. in d. nu. 11. Iacobi. in d. l. de quibus. Et licet secundum Abb. Inno. intelligat hoc quando consuetudo venit ad detrahendum iura alicuius ecclesiæ particularis: secus si veniret contra ecclesiam vniuersalem. sed Panor. dicit hanc rationem diuersitatis inter istos casus non esse bonam: quia non minus fauorabile debet esse totum corpus ecclesiæ, quàm aliquod membrum ipsius ecclesiæ. & illud dictum Abba. dicit esse notandum Iacobi. vbi sup. à nume. 30.

4 Limita quartò vt non procedat quando consuetudo contra ius est irrationabilis, & sumus in foro ciuili: quia eo casu requiritur tempus xxx. annorum. Tenet Bal. in c. j. quali. feud. olim poterat aliena, idem

idem Bal.in c.clerici.de iudic.nu.3.per glo.in l.domini prædiorū. in verbo,consuetudo.C. de agrico.& censi.libr. 11.,quem sequitur Areti.in consi.63.nu.1.in fine.

5 Limita quintò quando consuetudo est contra legem quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superiore:quia tunc requiritur præscriptio xl.annorum.ita tenet Abb.in c.a.j.nu.4.in medio:de treu. & pace.quam opinionem conatur defendere Rochus de curte in tracta.de consuetu. nu.303. sed in contrarium est communis opinio secundum eundem ibi:à qua opinione in practica durum esset recedere,vt ibi dicit.

REGVLA CXXXIX.

CONSVETVDO quæ est præter.ius de iure Canonico,inducitur spatio decem annorum.Hanc regulam ponit Panorm.in c. fina.nu.11.de consuetu.per gloss.in c.fina.eod.tit. lib.vj. in verbo, consuetudo quæ loquitur in consuetudine optandi, quæ solum decem annos requirit.& ita tenet Oldrad in consi.cclxxxv.nu.3.facit etiam gloss.in c.consuetudo.xij.distin.& in c.litigantes .§in verbo, statuimus.de offi.ordi.lib.vi. & ita tenent communiter Doct. in d. c.fin.Abb.& Felin.in c.statuimus.de maiori.& obedien.tenet etiā Areti.in consi.xxiii. nu.11.

1 Limita primò quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius ecclesiæ:quia tunc requiritur tempus xl.annorum.Vt in c. de quarta.de præscrip.tenet Abb.post Innocen.in c. dilectus.de cō suetu.Felin.in d.c.statuimus. in j.limit.facit pro hoc quod dixi, suprà in præcedenti regula.

2 Secundò limita vt non procedat quando dispositio requirit consuetudinem legitimè præscriptam: quia tunc scilicet non esset contra ius requireret spatium.xl.annorum.facit text.d.c.fi.de consuetudi. & in c.Cumana.& ibi Abb. de electioni.& in c. non est putanda.de consuet.lib.vi.& in c.cum de benefi.de præben.eod.lib.ita concludit Roch.de Curte in tracta.de consue. nu.245.

REGVLA CXL.

CONSVETVDO cōtra ius de iure Canonico requirit spatium xl.annorum. Quam regulam ponunt Abb.Ioan.And.& Docto.in c.fi.de consue.nu.11.vbi assignant rationem:quia clerici inducendo consuetudinem contra ius quasi præscribunt contra legē superioris. ideò requiritur tempus quod in præscriptione contra clericos vel ecclesia requiritur.& quare talis consuetudo requirat maius tempus quàm consuetudo de iure ciuili,colligitur ex doctrina Inno.in c.cum dilectus. de consue. & ex Hosti. ibi: vbi referunt Rotam in decis.vi.in titu. de consuetu.in nouis . secundum nouam impressionem:& secundum antiquam in decisio.ccccl x.Et præmis-

ſam concluſionem firmant Barto.& Docto.in l.de quibus. ff. de legi.Alex.in conſi.lxviii.vol.ii.nu.6.licet Barb.teneat contrarium in d.c.fi.de conſuetu.ſed pro opinione huius reg facit tex.in d.c.fina. ibi,non ſufficit conſuetudo longæua quo ad præiudicãdum iuri poſitiuo: ergo probat quòd non ſufficit tempus decem annorum, vt præſupponit ibi Barba.& probatur ſuprà dicta concluſio ex iis quæ tradit Iaco.de Bel.in c.j.in princ.qui feud.dare poſſ.vbi dicit quòd ad hoc vt res eccleſiæ dicatur conſueta concedi in emphyteuſim, requiritur tempus quadraginta annorum. quem ſequitur Alex. in conſi.x.nu.6.volu.iii.probat etiam ex tex.in argu.cum ibi notatis in c.cum de beneficio.de præbend.lib. 6. Circa quam regulam vide Aymo.Craue.in tract.de antiqui.tempo.in iiii.par. prin.nu.7.& 8.fol.105.vbi ponit ij.limita.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & ſeptem limitatio. ponit Socin.in regu.xxix.in poſterioribus. Hanc etiam regulam cum vna amplia.& viii. limita. ponit Rochus de Curte in tract.de conſuetud.à nu.293.vſque ad nu.308.

REGVLA CXLI.

Consvetvdo poteſt induci & valet etiam ſi non inducatur ſciente Principe vel illo qui poteſt ius condere. Hanc regulam ponit Abb.in d.c.finæ.nu.13. de conſuetu. quem ſequuntur ibi Docto.& ibi Barba.nu.71.dicit quòd hæc eſt communis opinio. Hanc opinionem tenet Alex.in conſi.vi nume.4. volu.i.tenet etiã Corne.in conſi.clv.nu.7.volu.iiii. & hæc fuit opinio glo.in cap. in iſtis.in §.leges.in glo. fina. iiii.diſt. & ibi Docto. quam opinionem tenet Geminia.in c.fruſtra.viii.diſtinct.vbi dicit quòd glo. & ſimiles contrarium tenentes communiter reprobantur.eandem opinionem,vbi adducit alias authoritates,tenet ibi Prapoſi.nu.9.hanc opinionem tenet Abb. in conſi.vii.vol.ii.licet contrarium teneat gl. in cap.fin.de conſuetu. & in d.cap.fruſtra.viii.diſt. & Old.in conſil. ccxxxvii.nu.3.in conſi.ccxliiii.num.7.Sed opi.gloſſarum approbatur hodie per l.v.titu.ii.par.i.in quo eſt notandum quòd licet non requiratur ſcientia Principis,vt ſuprà dixi: requiritur tamen ſcientia populi vel maioris partis. ſcientia enim requiritur in conſuetudine inducenda eorum qui poſſunt ſtatuta condere : quia ſicut requiritur eorum ſcientia & expreſſus conſenſus in condendis ſtatutis,eadem ratione requiritur eorum ſcientia ex qua cauſatur tacitus conſenſus ad conſuetudinem inducendam. & iſtud eſt quod voluit dicere glo.in d.cap.fina.de conſuetudi. requirens ſcientiam illius qui poteſt ius condere.& quòd talis ſcientia requiratur,probatur in d.l.de quibus.& clarius in cap.cùm conſuetudinis.de cõſuet. ita tenent Ioan.Andr.Antoni. & Cardina.in d.c. fina.Cin.in l.ii. C. quæ ſit longa conſue.Corne.in conſi.ccxciii.num.4.& 18.volu.iii.

ita

sta tenent Doct. in d l. de quibus ff. de legi. & hoc est tenendũ quicquid teneat Gemi. in cap. fina. per illum tex. de consuetu. lib. vi. qui non probat. sentiunt tamen præf. ti Doct. quòd non requiritur sciẽtia populi congregati, seu quòd actus deueniat ad notitiam populi congregati: quos refert & sequitur Corne. in consi. ccxcvi. nu. 5. vo lu. iiii. licet ibi referat alios tenere contrarium.

1 Limita primò quando consuetudo induceretur contra ius publicum vtilitate & austeritate: quia tunc requiritur sciẽtia Principis. Secundum Ioan. Andr. in cap fina. de censi. libr. vi. & ibi Geminia. Specul. in Rubr. de feud. vbi dicit non valere consuetudinem sine scientia Imperatoris quòd feuda imperialia diuidantur. quod sequitur Felin. vbi refert alios Doct. idem tenentes in c. cùm ex officii. nu. 8. de præscriptio. licet Abb. ibi contrarium teneat. quam opinionem Abb. conatur defendere. Præposi. Alexandri. in c. frustra. num. 9. viii. distinctio.

2 Secundò limita quando lex reprobat consuetudinem: quia tunc consuetudo contraria non valet nisi Principe sciente. Ita tenet Io. And. in additio. ad Specula. in tit. de instrumen. æditione. in §. compendiose. nume. 13. Geminia. in gloss. Summæ. xi. distin. nu 4. Felin. in d. cap. cùm ex officii. nume. 8. Abb. & ibi Felin. num. 6 in cap. accedentes. de præscrip. Anto. de Butr. in repe. cap. fina. nume. 51. cũ aliis. de consuetu.

3 Tertiò limita nisi consuetudo inducatur in sacramentalibus, puta in consuetudine benedicendi corruptas: quia tũc requiritur sciẽtia Principis ad hoc vt talis consuetudo valeat. Ista est glo. quã ibi extollit Abb. in c. vir autem. de secun. nup. quem sequitur Præpo. Alexandri. in cap. frustra. nume. 9. viii. dist. de qua limitatione dicit dubitare Rochus de Curte in dicto tract. de consuet. nu. 353. propter restrinctionem generalitatis illius tex. in d. cap. fina. de consuetu.

4 Quartò limita vt non procedat in consuetudine quæ fit cõtra reseruata Principi, vt dixi suprà in regu. cxxxviii. in ii. limita. quia tunc ad consuetudinem inducendam requiritur Principis scientia. Ita gloss. in cap. penult. de filiis presby. Ita tenet Geminia. vbi allegat aliam gloss. in Summa. xj. distinct. Barto. in l. si Publicanus, in §. in omnibus, nume. 1. ff. de publica. & vectiga. sed contra hanc limitationem tenet ibi Ioan. de Imol. in dicto §. in omnibus. per text. in cap. super quibusdam. de verbor. signifi. vbi non requiritur scientia Principis quo ad hoc vt valeat acquisitio reseruatorum Principi per tempus de quo ibi. Quam opinionem Ioan. de Imol. contra supra dictam limitationem tenent Docto. in variis locis, prout refert Felin. qui idem tenet in cap. cùm nobis, nume. 2. de præscrip. Iason in l. Imperium. nume. 21. ff. de iurisdict. omn. iudi. Alexand. vbi dicit hanc esse communem opinionem, in consil. vi. nume. 6. vol. j. eandem opin. tenet Alexand. in consil. 125. num. 1. vol. 2. & in consi. xxiiii. nume. 16. vol. v. Balb. in tract. præscrip. in ii. par. iii. par.

princ.q.vi.nu.22.Curt.Iun.consi.clviii.nu.12. Iacob.de san Geor. in tracta.feudo.in parte.cum mero & mixto imperio. nu.20. Anto. Rubeus Alexan.in consi.xxi.nu.6.And.Alcia.in l.munus.ff.de verborum signific.

REGVLA CXLII.

CONSVETVDO tollitur si est præscripta per aliam contrariam consuetudinem præscriptam. Hanc regulam probat glo. in l.nemo.in §.temporalis.ff. de reg. iur. quam regulam per illum tex.ponit Abb.in c.fina.de consue.nu.10.& ibi Anto. de But.in repet.nu.63.Barba.in d.c.fina.nu.76.extollens gl.illã: vbi allegat pro ea casum singularem in l.fin. C.de seruitu. & aqua.Areti. in consil. xxiii.nu.11.& 12.Roma.in singu.xlii.Ias.in l.beneficium. nu. 58 ff. de constit.Princ.& Areti. vbi supra dicit quòd tantum tempus requiritur ad consuetudinem tollendam quantum ad inducendam. facit text.in c.j.de regu.iur.in anti.& hanc opinionem tenet Felin.in c.cum accessissent.nu.30.de constitu.in versi.septimò limita. & ibi Deci.nu.93.Ias.in l.de quibus.num.79.& 80.ff.de legi. Cardina.in consil.cxxxj.nu 6.Pau.Paris.in consi.xxi.nu.14.vol.i. Hierony.Cagnol.in d.§.temporalis.Alcia.in l.moribus.nu.3.ff.de vulga. Et circa hanc regulam vide Pirrhum Englcber.in dicto §.temporalis.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Bernar. de Luco in regu.142.Eandem ponit Roch. de Cur.in tractat. de consuetu.nume.405.vbi in nume.410.vsque ad nume.429. limitat eam v. modis.

REGVLA CXLIII.

CONSVETVDO quæ est contra ecclesiasticã libertatẽ vel onerosam,non valet. Hanc regulam probat tex.in c.j.& ibi Abb. de consuetu.in c.nouerit.& in c.grauem. de sentent.excom.in c.cũ causam.de re iudica.De iure regio est tex.in l.ii.tit.ix.par.j. & in l. ii.titu.iii.libr.j.Ord. Et quæ dicantur esse contra libertatem ecclesię ponit tex.in c.fin.de immu.eccle.lib.6.tex.in l.xix.titu.ix.par.i. & l. 8.& x.titu.iii lib.i.Ordi.Bartol. & Docto.in l.i.C.de sum.Trinita.& circa hanc regulam vide Pau.Pari.in consi.xxvii.per totum vol.j.Carol Ruin.in consi.41.nu 45.vulum.j.& in consi.clvi. nume.8.volu.iiii.

Hanc regulam ponit Bernar.de Luco in reg.cxxxix. cum tribus limitation.Eandem regulam ponit Rocchus de Curte in tracta. de consuetu. nu.453. vbi in nu.453. vbi in nu.460. ampliat eam vno modo:ex qua ampliatione vsque ad nu.489.ponit xx. illationes: & à nu.489.vsque ad nu 515.limitat eam octo modis. ex qua prima limitatione ex suprà dictis octo facit quindecim illationes à nu.489. vsque ad num.506.

REGVLA

REGVLA CXLIIII.

CONSVETVDO non valet contra legem derogantẽ con-
suetudini. Hanc regulam ponit Abb. in c. fin. de consuetu. nu. 22.
& ibi Ant. de But. in repe. nu. 53. idem Abb. & moder. in c. 2. de pro
ba. Bartol. cum quo transeunt alij Doct. in l. de quibus. nume. 4. in
fi. ff. de legi. idem Bart. in l. si mihi & tibi. §. fi. ff. de lega. j & ibi Do-
ctor. Alex. vbi adducit alias authoritates, in l. si non speciali. num. 4.
C. de testamen. facit tex. in ca. fin. de consuetu. lib. 6. & circa hanc re
gu. vide Petr. Rebuff. in gloss. ad constitut. Regias Galliæ, in prima
par. in procemio. in gloss. 5. nume. 144. & notab. Loazes in tracta. de
matri Regis Angliæ, in j. fundam. pro parte affirmatiua, nu. 32.

1 Amplia primò vt procedat etiam in lege prohibitiua, quia licet
expressè non deroget consuetudini, tamen consuetudo, in con-
trarium non valet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clau-
sula Decreti, Vt tenet Geminia. & Phil. Fran. in c. cùm de beneficio.
de præben. lib. 6. per adducta per eos. Facit decisio Abb. antiqui in
d. ca. fin. in fi. de consuetu. dicentis ꝙ non valet consuetudo contra
legem habentem perpetuam causam prohibitionis, alleg. tex. in c.
sponsam de sponsa.

2 Amplia secundò vt procedat si lex non faciat mentionem de cõ-
suetudine, sed solùm improbet aliquid tanquam irrationabile, quia
non valet consuetudo quæ induceretur vel esset inducta in contra-
rium, quia irrationabilis esset. Ita Pau. de Loazes in Cle. j. de elect.
& patet exemplum ibi. idem Geminia. in c. 1. in fi. nu. 30. de constit.
& in Summa. xi. dist. & in consi. cxxxii. nu. 7.

3 Tertiò amplia vt procedat etiam si esset consuetudo tanti tem-
poris cuius initii memoria in contrarium non existit, quia non va-
let quando lex improbat consuetudinem. Ita tenet Ant. de But. per
illum tex. & ibi Abb. in 3. nota. in ca. cùm ex officii. de præscri. Car.
in Cle. 2. in prin. in 8. q. & in §. i. in fi. de reb. eccle. non alie. Felin. in
c. cum causa nu. 12 de re iud idem Feli. plenè, licet aliquos contra-
rium tenentes adducat, in c. accedentes. de præscr. Imo. in c. fina. de
consue. idem Feli. in c. cùm ex officii. eod. ti. de præscrip. nu. 13. Pro
qua opi. facit ratio tex. in l. Arriani. C. de hæret. vbi probatur quòd
lex semper loquitur, ergo lex reprobans consuetudinem censetur
perpetuò illam reprobare. facit etiam tex. in l seruus. C. de pœn. vbi
dicitur ꝙ simpliciter condemnatus ad vincula perpetuò in vinculis
stare debet, aliqui tamen, vt dixi, tenent contrarium. maximè Abb.
sibi contrarius in consi. 26. vo. 2 Card. Alex. in ca. frustra. nu. 9. viij.
dist. Ancha. in consi. lj. per gl. in Cle. statutum. in verbo, consuetu. de
elect. & alii Doct. quos refert Feli. in d. c. accedentes.

4 Quartò amplia vt procedat maximè in l. ædita in concilio gene-
rali, quia censetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones
contrarias quæ in futurum etiam fierent, & sic tacitè derogat con-

 suetudini.

ſuetudini: Ita tenet Bald.in titu.de pace Conſtan.in §.Imperiales, nume.14.facit quod not.Iaſ.in l.de quibus. nu.55.ff. de legi.Felin. in c.nonnulli.de reſcrip.

1 Limita primò niſi conſuetudo inducatur ex noua cauſa, vel ratione,quæ non fuerat tempore legis damnantis conſuetudinẽ: quia tunc vacabit.Ita tenet Abb.in d.cap.fin.de conſue.nu.24.argu.tex. in l.ſi hominem.ff.manda.& ita in effectu declarat ipſe Abb. glo. in Clemen.ſtatutum. de electio. quæ prædictæ concluſioni repugnat. idem concludunt Abb.& Doct. alias authoritates referentes,in d. cap.ii.de probatio.& idem firmant Geminia.& vterque Cardina.in d.c.fruſtra.viii.diſtinct.

2 Secundò limita quando lex non eſt recepta in obſeruantia: quia licet deroget conſuetudini.tamen contraria conſuetudo valet,cùm talis lex non attendatur,iuxta glo.in cap.i.cum ibi per Abb. & Feli.traditis.de treu.& pace.& ſic non debet attendi clauſula ipſius legis per quam derogatur conſuetudini:quia corruente aliqua diſpoſitione corruunt clauſulæ in ea inſertæ,vt inquit gloſſ.notab.in l.ſi patronus.in §.patronum, in verbo, Fauiana.ff. ſi quid in fraud.pat. quam glo.ſequitur Iaſ.in l.certi condictio.nu.36.ff. ſi cert.peta. & in l.teſtamento.col.j.C.de fideico.Soci.in l.iiii.in §.fina.ff.de verbo.oblig.pro quo eſt bonus tex.in l.fin.ff.de conſtitu.pecu.cum ſimili.quem ad hoc allegat Iaſ.in l. non dubium. nu 56.C.de legi. Et quando lex dicatur non recepta in obſeruantia declarant Doct. in d.c.i.de treu. & pace.

3 Tertiò limita vt non procedat quando lex tolleret ſimpliciter conſuetudinem præteritam vel introductam:quia conſuetudo inducta poſt legem ipſam eidem legi derogaret. Ita tenet Geminia.in d.c.i.nu. 30.de conſtitu. in 6. alia adducens. idem videtur ſentire Anto.de But.in c.fina.nu.53. de conſuetu. aliter tamen tenet Bald. in l.dudum.C.contrahen.emptio.& in aliis locis relatis per Iaſ.in d. l.de quibus.nume.80.circa quod diſtingue vt per Abb.in dicto cap. fina.nume.24.

4 Quartò limita niſi publica vtilitas ſuadeat reuocationem legis quæ derogabat conſuetudini: quia tunc conſuetudo valet. Ita Anto.de Butr.in dicto cap.fina.nume.53. Geminia. in cap.i. nume.30. de conſtitu.lib. vi.

5 Quintò limita quando expreſſus conſenſus Principis interueniret in inducenda conſuetudine:quia tunc valeret contra legem derogantem etiam conſuetudini. Ita tenet Gemin.in Summa. xi.diſt. Anto.de But.in d.nu.53.Io.And.in Addi.ad Specu.in tit.de inſtrumen.æditione, nu.14.

REGVLA CXLV.

CONSVETVDO non ligat forenſes. Hanc regulã ponit glo.quam ſequuntur ibi Doctores in cap. qui contra, in verbo, aut

peregrini 8.distinct.pro qua facit tex.in ca.certificari.de sepult.dicens quòd quælibet patria abundat in sensu suo.facit in simili de statuto tex.in c.vt animarum.de constitutio.lib.6. in l.fina.ff.de iurisdict omni.iudic.consuetudo enim localis est,ideò nõ ligat subditos, vt inquit Oldr.in consi.ccxlviij.nu.1.facit tex.in l.2 C. quæ sit longa consuetu in l.venditor.in §.si constat.ff.commu.prædi.ita etiam tenet Roma.in consi.clxiij.quam opinionem tenet Bar in l.de quibus.nu.26.quem ibi sequitur Ias.& Docto.ff de legi.idem Bar.in l. cunctos populos nume.20. & ibi etiam Ias. & Doctor. C.de summa Trinita. Et circa hanc regulam vide Corn.in consil.lxxxiij.num. 15.volu.4.Pau.Pari.in consi.xxv.nu.24.vol j. Alber.Brun.in consi. xx.num.7.Nicola.Boer.in consuetudin.Bituricen.in tit.de iurisdictione omnium iudicum.in §.3.in gl.2.Abb.in c.postulasti. de foro compe.eundem Abb.Barb.& Feli.in ca.fina.eodem tit.& Io. Igne. in l.cum fisco.nu.34.ff.ad Syllan.

Hanc regulam ponit Rocchus de Cur.in tracta.de consuetud.nu. 699.vbi Ampliat eam duobus modis,& limitat septem modis, cum aliquibus illationibus & declarationibus,vsq; ad nu.729.

REGVLA CXLVI.

CONSVETVDO non ligat subditos extra territorium. Hanc regulam probat tex.in cap.vt animarum.in §.j.de consti.lib. 6.vbi probatur quòd si episcopus excommunicat omnes furtum facientes, tale statutum non comprehendit subditos extra diocœsim præfati episcopi furta committentes.& ita ibi hoc tenent Geminia. & Doct.per illum tex.probatur etiam in l.fi.ff.de iurisdict.omnium iud.tenet Bar.in l.j.nu.50.C.de sum. Trinit. vbi dicit ꝙ statuta quæ respiciunt litis decisionem non comprehendunt ea quæ extra territorium sunt commissa. & subijcit hoc procedere tam in contractibus quàm in delictis,allegans tex. in d.c.vt animarum.in §.j.de cõstit.li.6.pro qua opinione est tex.in l.7.tit.2.par.3. Hanc opinionẽ dicit esse communẽ Feli.in c.à nobis.el j.nu.6.de senten. excomm. Alex.in consi.cxi.nu.2.volu.1.

Hanc regulam amplia vno modo,& limita 8.modis, vt per Roc. de Curte in tract. de consuetu.num.729.vsq; ad num.746. Et circa hanc regulam vide posita in præcedenti regula.

REGVLA CXLVII.

CONSVETVDO loci seruanda est in concernentibus processum in quo proceditur, & sic illius tribunalis vel iudicis coram quo proceditur. Hanc regulam probat gl. & ibi communiter Docto.in c.quod clericis.de foro compe. cuius materiam tractat. Nicola.Euerard.in Locis legalibus,in loco xix.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco cum quatuor limitationibus in regu.44. Eandem regulam cum 8. Ampliationib.& 4 limitationibus ponit Rochus de Curte in tract.de consuetud.num.759. vsque ad nume.768.

REGVLA CXLVIII.

CONTRAHENTIBVS licitum est se inuicem decipere intra dimidiam,seu in valore rei super qua contrahitur. Quam regulam probat tex.in l.in causæ.la 2.in §. idem Pompon.ff.de minorib.& in l.si hæres.la j.ff.ad leg. Falcid.& in l.item si pretio. in §.fi. ff.locat & in l.si voluntatem.C.de rescin.vendi.in c.cum dilecti. & in ca.ad nostram.de empt.& vendi.glo.in c.cùm causa. in verbo,de ceptionis.de testib.& in c.in ciuitate.de vsu.in verbo,compareant.

Circa quam regulam vltra Feli.in d.c.cùm causa.nu.2.vide Ias.in §.sed istæ quidem.nume.104. Institut. de actio. & in l. si quis cùm aliter nume.17.ff de verbo.obliga.Andr.Tiraquel.in Legib.connubia.in ix.l.nume.8.

Hanc regulam ponit cum 5.ampliationibus,& xviij.limit. Pantaleon Cremensis in repe.l.2.col.31.in fi. vers. ex prædicta solutione, vsq; ad col. 37.C.de rescin.vend.

Hanc etiam regulam limitat 4.modis,vbi notabiliter tractat materiam Hisp.noster Ant.Burg.in d.c. cùm dilecti.nu.15. cum alijs. Eandem regu.cum 6.limita.vbi notab.tractat materiã,ponit Matt. Afflict.in c.j.nu.88.de feu.dato in vicem leg. commiss. in Vsib.feu.

REGVLA CXLIX.

CONSVLENS & persuadens punitur sicut faciens,sed si errat aliàs facturus,mitius debet puniri. Quæ regula probatur in c. sicut dignum in §.qui verò.& in c.de cætero.de homicidio. & in l. non solum.in §.si mandato.versi.Attilicinus autem.ff.de iniur.in l. qui occidit. in §.pen.ff.ad leg.Aquil glo.in §.ope.in verbo, certè. Inst.de obl.quæ ex delic.nascun.in l.j.in § persuadere.in verbo,facturus.ff.de seruo corrup. gl.& Bar.in l.sæpe.in verbo, condici potest.ff.de verb.sig.Et licet Bar.in d.§.si mandato nu.16.teneat indistinctè teneri absq; supradicta distinctione : tamẽ cõis est opinio debere distingui,secundum gl.in d.§.ope.Feli.in d.c.sicut dignum.in §.qui verò nu.7.& in c.j.nu.11.de offi.deleg. Bald.in l.j.nu.7.C.de ser.fug.& in l.data opera.nu.79.C.qui accus.non poss. Ang. Are.in tract.malefic.in verbo,& Sempronium mandatorem num.43.Matthesil.in notab.xcvij.hanc etiam dicit communem Ioan.de Imo.in c.j.de offic.deleg Cæpol.in consil lxv.in consi. criminal.Hippol.in singul.655.& circa hanc regulam vide Stephan.Aufred.in tracta de potestate seculari in ecclesiasticas personas,in regul.3. Hanc regulam ponit Ioan.Bernard.cum 6.limitationib.in regu.145.

Et limita hanc regulam duobus modis, ut per Felin. in d.c. sicut dignum. nu. 7. Eandem regulam limitat 5. modis idem Felin. in cap. 1. nu 9. de offic. deleg. Eandem regulam cum 7. limitationibus, vbi latissimè tractat eius materiam, ponit Ludo. Carrerius in pract. criminali, in titu. de homicidio. in §. circa. el 2 nu. 163. cum sequen. fo. 106 col. 2. Eandem regulam cum duodecim limitationibus ponit Phili. Deci. in c. 1. nu. 43. vsque ad nu. 60. de offic. delega.

REGVLA CL.

CONTRAHENTES marrimonium in gradu prohibito, ipso iure bona ipsorum debēt publicari. Hanc regulam probat tex. in Authen. incestas. C. de incestis & inutilibus nupt. & in auth. eod. titu. in §. j. colla. 2. in c. cùm secundum. de hæreti. lib. 6. De iure regio est tex. in l. 3. titu. 18. par. 7. Circa quam regulam vide Didacum de Couarruuias in 4. lib. Decreta. in 2. par. c. 6. §. 8. nu. 5. Nicol. Boeri. in decisione 264. nu. 13.

1 Amplia primò vt procedat etiam non solùm si nuptias contrahant, verum etiam si accessum habuerint ad consanguineas vel ad Moniales: Vt in Clemen. j. de consangui. & affini. & vltra amissionē bonorum sunt ipso iure excommunicati, vt ibi dicit, & ita notabiliter tenet egregius Doctor Iacobus de Simancas in libro suo institutionum catholicarum. c. 40. maximè in nu 5.

1 Limita primò nisi isti habuerint liberos ex alio matrimonio, nā tunc licet pater vel mater amittant bona, non acquiruntur fisco, sed aliis liberis: Vt in d. Authen. de incest. nupt. & in dicta Authen. incestas. C. eod. titu.

2 Secundò limita quando mulier vel maritus ignoranter contraxerunt, vel commiserunt incestum. Ita notabiliter tenet glo. in d. Clemen. j. in verbo, scienter. de consangui. & affini. vbi probat quòd ille qui in gradu prohibito matrimonium ignoranter contraxit, non incidit in pœnam illius Clemen. licet posteà sciuerit & cohabitauerit cùm ab initio nuptiarum illud sit referendum, quam glo. approbat Felin. in c. examinata. nu. 7. de iudi Couarru. in d. §. 8. numero 19. similis est gloss. in cap. decreuit. in gloss. fina de hæreti. lib. 6. quas gl. vltra Philip. Franc. ibi sequitur Io. Corasi. in l. naturaliter. in. §. nihil commune. in regu. 25. nu 58. ff. de acquiren. poss. pro qua opinione est tex. in l. 3. titu. 18. par. 7. & vltra Docto. in d. Clemen. idem tenet *Didacus del Castillo.* in l. 86 Tauri, colum. 2. Xuarez in l. j. titu. *de las ganancias* lib. 3. Fori. Pro qua opinione allego tex. in cap. si virgo. 33. quæst. 2. & in l. qui contra C. de incestis & inutili. nupt. vbi probatur quòd quando matrimonium illicitum est consummatum, tunc mulier quæ sciuit ius vel factum vel alterum tantum, prohibetur dotem datam repetere, & applicatur fisco, sed si mulier ignorauit ius vel factum, sine dubio potest repetere dotem, vt in l. si cùm dotem. in §. fina. ff. sol. matrimo. Hanc opinionem tenet Bart.

in l.fina.nu.4.ff.de condict. fine causa,& in l.si adulterium cum ince stu.nu.11.ff.de adult.Ias.in additio.ad Christophorum in §.fin. nu. 16 Instit.de nupt.

Circa quam limitationem est notandum, an filij nati ex tali matrimonio sint legitimi.gloss.in d.l.qui contra.mouet hanc quæstionem, & determinat quòd si vtrique ignorauerunt impedimentum, tunc essent legitimi,vt in l.qui in prouinciam.in §. diuus.ff. de ritu nuptia.sed vbi alter eorum sciuit impedimentum,filii non sunt legitimi,sed quo ad ignorantem,sic.quam glo. sequitur ibi Bal.in 2.lectu.nu.2.Cinus nu.8.Salice.nu.5.Bartol.in d.l.fina.nu. 4.ff. de condi.fine cau.& ibi Ias.col.fin.in fine.Alexan.in additio. ad Bartol.in d.l.si adulterum.nu.11.ff. de adulte. Odofre. in d.l.qui contra.numero 5. Contrariam opinionem, imò quòd si vnus eorum tantùm ignorauit impedimentum, filij isti sint legitimi quo ad vtrunque parentum,tenet glo.in c.cùm inhibitio.in §.in verbo,si ambo. de clande.despon.& in c.referente.in verbo, ignorantiam,qui filij sint legi.gloss.j.in cap.cùm in ciuitate.xxxiiij.q.j per text. qui hoc probat,in ca.2.& in c.ex tenore. qui filij sint legi.ad idem est tex.in l.duobus ff.de libe. cau. quia monstrum esset si aliquis esset partim legitimus & partim illegitimus, sicut quòd aliquis esset partim seruus,& partim liber,vt in d.l. si duobus.& dictum illarum glo.sequitur Iacobus de Aren.in d.l.qui contrà.nu.3.& ibi Bal.sibimet contrarius,in j.lectu.nu.4. vbi dicit hoc esse notatu dignum vt procederet de iure Canonico.& hoc etiam tenet ibi Alberi.numero 2.Anchara.in c.j.colum.1.de constitu.& in consi.183.Bar. titubanter & sibimet contrarius in Authen.de incest.nup.in principio,collatio.2. Abb.in d.c.2.nu.1.Præpo.in d.c cùm inhibitio. nu.7. vbi dicit non obstare.l.qui contra. quia illa lex loquitur quo ad pœnam irrogandam in personas ipsorum qui contraxerunt incestas nuptias:non autem irrogandam in personas filiorum,vt sint legitimi. In qua quæstione sic distinguendum puto, quòd aut matrimonium est contractum in facie ecclesiæ,aut clandestinè,si in facie ecclesiæ,& alter eorum habuit bonam fidem,tunc proles est legitima,& procedunt gl. iuris Cano.ita tenet Ancha.in d.c.2.nu.6.& in d.c.ex tenore.nu.2. & ibi Abb.nu.fin.idem Anchara.in d.c.cum inhibitio.nu. 17. Anto. de Rosellis in tracta. de legitima.lib.j.in §.de matrimonio putatiuo.nu.3 Ludo.de Sardis in tracta.de natura.libe.in 2.par.in §.de legitimatione per putatiuum matrimonium. nu. 1. Et hæc distinctio approbatur de iure regio per tex.in l j.tit.13.par.4.

3 Tertiò limita non procedere in sponsalibus,sed requiritur quòd matrimonium sit carnali copula consummatum. Vt in c.& si necesse.de donatio. inter uirum & vxo. quem tex.ita intelligunt ibi Anto.Abb.& Præpo Bal.Nouel.in tract.de dote,in 11.parte, nu.3.versicu.secundus.& in nu.7.versi.sextus casus.in fin. Couarru.in d.§. 8. numero 20.

4 Limita quartò non procedere de iure Regio,nam de iure Regio medie-

medietatem bonorum tantummodò amittunt: Vt in l.5.tit.16.& in l.7 tit.18.lib.8.ordina.

Et circa hanc regulam vltra supradictum casum in quo confiscatio bonorum fit ipso iure, vide decem casus per Matthæ. de Afflict. in constitutio. Neapol.lib.j. Rubr.2.nu.25. Et 49. casus ponit Fran. Lucas de Parma in tract.de fisco & eius priuileg.in 2.parte prin.per totam Et 62 casus ponit Chassanç.in consue.Burgun.in tit. *Des confiscations*.§.j Rubri.2.nu.20.cum sequen.fol.89 col.j. Nouissimè & melius quàm alibi in iure ponit 250. casus Ludouicus de Cressoles in tractatu, in quibus casibus iure Ciuili omnium bonorum vel partis publicatio sit indicta, a pagina tertia vsque ad paginam finalem, vbi per paginas 90.ponit supra dictos casus.

REGVLA CLI.

CONTRACTVS factus ab vxore sine licentia mariti, non valet. Hanc regulam probat tex.in l.13.tit.1.Fori. quæ leges declarantur & intelliguntur per l.244.Styli.idem etiam disponitur in l.55. Tauri. Circa quam regulam vltra Castilium & Doct in d.l.55. & Montaluum in gloss.ad d.ll.Fori.vide Ioan.Bernard. in regul.455. Pala. Ruui.in repe Rub.de donatio.§.68.nu.6. Couarru. in Epitome 4. lib.in 2.parte,cap.7.§ j.nu.1.

Hanc regulam limitat decem modis Rodericus Xuarez in l. 13. titu. *De las leudas*.per totam,folio 44.cum aliis. Eandem regulam ampliat quinque modis, & limitat 18. Chassanæ.in consuetu.Burgun.in titu. *Des droits*.Rub.4.§.j.nu.j.cum aliis.fol.127.col.4.vsque ad fol.130.& ibi notabiliter tractat materiam. Et circa hanc regulam vide And.Tiraquell.in legi. connubia.in gloss.2.nu.2. vbi per totam gloss.tractat materiam:& in gloss.3.nu. 28.vsque ad finem ponit duas & viginti quæstiones circa hanc regulam, & in gloss.4.ponit,an maritus per alium consensum præstare possit?& in gloss.5 ponit,an authoritas mariti debeat esse expressa vel tacita? & in gloss. 6.ponit quinque & triginta quæstiones circa hanc regulam, per totam: Et sic in effectu ex his omnibus possunt sumi quinquaginta limitationes ad hanc regulam.

REGVLA CLII.

CONTVMAX regulariter non amittit causam principalem, sed condemnatur in expensis. Hanc regulam probat text.in l. properandum.in § sin autem.C.de iudic. vbi sæpenumerò contumax vincit in causa etiam absens, si actor de iure suo non probauit. facit etiam tex.in l.& post edictum.ff de iudic est elegans tex.in l. liui fratres.in §.j ad fin.ff.de libera.causa. vbi sæpenumerò secundum fertum absentem qui patitur causam status fertur sententia. Hanc regulam

gulam probat gloss. in l. contumacia. in verbo, litis. ff. de re iudic.

1 Primò fallit quando contumax excluditur à facultate appellandi, vt in l. & post edictum. in § fina. ff. de iudi. & in l. ex consensu. in § fina. ff. de appel. & in l. j. C. quorum appella. recipi. De iure Regio est text. in l. 9. titu. xxiij. parte 3 & in l. 5. titu. 16. libr. 3. Ordin. cùm iste propriè verus contumax dicatur, notat Deci. in consi. 34. nu. 1.

2 Secundò limita quando propter contumaciam parti contumaci, actio & audientia denegatur. Ita gloss. in l. contumacia ff. de re iudic. allegat text. in l. sed & si per prætorem. in §. sed & si dum. ff. ex quibus cau. maio. vbi quando prætor vel iudex præstituit certa tempora agere volenti, si intra ista tempora non agat, causam perdidit, & denegabitur amodò ei actio. & ibi gloss. in verbo, decreto. quam gloss. vltra Bald. ibi sequitur idem Bal. in Rabri. de mutu. petitio. numero 9. facit pro hoc text. in l. diffamari. C. de ingen. & manu. De iure Regio est l. 46. titu. 2. parte 3, & circa hanc limitationem vide Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias. in §. ait prætor. in secundo notab. ff. de iureiuran.

3 Tertiò fallit in præparatoriis, nam si reus interrogatus a iudice quota parte hæres sit vel hæreditatem defendere pergat, is verò cõtumaciter tacet, perdit hoc commodum quòd possit partem defendere. nam cogitur solidam hæreditatem defendere, etiam si ex parte hæres sit, quia contumaciter tacuit: Vt in l. de ætate. in §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. itaque hic non perditur causa principalis, sed commodum principale quod hæres habere poterat.

4 Quartò fallit in iuramento calumniæ, quia qui contumaciter nõ vult iurare de calumnia requisitus ab altera parte, facit iacturam totius causæ: Vt in l. 2. in §. hoc etiam. C. de iureiur. propter calumniã gloss. in c. j. in §. j. de iuramen. calum. & ibi Doct. probatur etiam de iure Regio in l. 23. titu. 11. par. 3.

5 Quintò limita in casu c. 2. de confess. lib. 6. & ibi gloss. vbi probatur quòd si terminus positionibus actoris respondendi statuitur, & reus sine rationabili causa nolit respondere, vel contumaciter se absentat, habetur pro confesso & perdit causam. & idem est in actore, vt ibi inquit gloss. in verbo, reus. Idem disponitur in l. 11. & 12. de Madrid. Circa quam limitationem vide Bar in l. i. nu. 4. ff de vulg. & ibi Rip nu. 23. Curt. Seni. in l. 2. in §. sed quia. C. de iureiur. quæ repetitio est posita per modum tractatus in 3. vol. tracta. diuersorũ Doct. in fi. Alciat. in lib. j. paradox. cap. 7. Ioan. de Neuiza. in Sylua nuptia. lib. 3. nu. 54. Ias in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. nume. 16. ff. de offic. proconsu. & lega eundem in l. iusiurandum. in §. ait prætor. nu. 4. ff de iureiur. Quam limitationem sublimitat 7. modis Bernar. de Luco in regu. 565. & circa eius ampliationem vltra supradictos Doct. vide Alexan. in Additio ad Bar. in l. si postulauerit. in §. quæstionis. ff. de adul. & in l. j. nu. 4. ff. de vulgar. & in l. si finita. in § Iulianus. ff. de dam. infect. eandem limitationem sublimitat Francus quinque modis in d. c. 2. de confess. lib. 6.

Sextò

6 Sextò fallit in casu l.j.in § si C.de asserti.tollend.vbi si dominus vocat in ius Stichum quem dicit suum seruum, & pendente iudicio liberali dominus fatigat seruum coram alio iudice suspensa priorj lite:dominus dominio suo priuabitur.

7 Septimò fallit in casu l.locorum.C.de omni agro dese.libr.xj.vbi si coloni deserant prædia dominica (id est, tributaria) præstituitur eis certum tempus,intra quod veniant, & prædia colant, & tributa soluant:nã nisi venerint intra illud tps,amittunt dominia prædiorũ.

8 Octauò fallit in delatore contumace qui suam delationem non prosequitur:vt in l.senatus.in §.quòd si tribus.ff.de iure fisci.

9 Nonò limita in Vasallo: quia Vasallus contumax verus qui citatus dixit, nolo venire, perdit statim feudum. Ita tenet Andr. de Isern.in c.j.colum.ij.in fin.de milite Vasal.qui contu. est.in Vsibus feudo.& ibi Doctor.

10 Decimò limita non habere locum quo ad acquisitionem fructuũ: quia propter nimiam contumaciam missus ex primo decreto lucratur fructus.Ita probat text.in l.Fulcinius. in §. diuus quoque Pius. ff.ex quib.caus.in possess eatur.& hanc opinionem per illum tex.tenet idem Bartol.in l.si finita.in §.Iulianus ff.de damn.infec. Abb.in c.contingit de dolo.& contu.Felin.in c.consultationibus.num.8.ff. de offi.deleg.Socin.in regula cclxv.in iij.fallen. & in regula cclxvj. in prima fallen. Quod tamen intelligo quando iudex hoc expressit,licet gloss.in d.§.Iulianus.& in d.l.Fulcinius.in §.fin aliter.sentiant: scilicet quòd vbi constat de aperta contumacia missus ex primo decreto lucratur fructus ex dispositione legis absq; eo quòd iudex aliquid dicat. Sed opinionem primam quæ fuit Bar.in d.§.fina. dicit contra supra dictas gl.veriorem Alex.in d.§. Iulianus.nu.107. & dicit apertè probari ex d.§.fi.ibi,in quo rescripto & fructum percipere iussit eandem opinionem ante Bar.tenuit Iacob. de Are.in d. §.fi.quem sequitur ibi Ang.eandem tenuit Ioan.And.in Additio.ad Spec.in titu.de primo & secundo decreto.in §.restat. vers.hoc autẽ. Innocen.in c.dilecto.nu 3.ad fi.de verb.signific.Bald.in l.ij.nu.7.ff. si ex noxa.cau:aga.& in l.consentaneum. nu.31. C.quomo.& quan. iud Abb.in c.quoniam frequenter.in §.in aliis.num.5. & 17.vt lite non contesta.Felin.in d.c.consultationibus.nu.9.& ibi Deci.nu.11. & istam esse communem testatur expressè Michael Vlcurrus in d. §.Iulianus.colum.cxxxviij. licet ipse contra eam conatur tenere,leuibus tamen fundamentis.

11 Vndecimò fallit in casu l.ad curatoris.in §.domum.ff. de dam.infect.vbi probatur quòd quando domus est diruta,ita quòd deformitas causatur in ciuitate,si dominus ad refectionem est potens potest compelli vt reficiat.sed si dominus non est potens, curator ciuitatis potest sumptu publico eam reficere: & si intra tempus à iudice assignatum sumptus cum vsuris non soluat,poterit eam respublica detrahere pro iure dicti sumptus & vsurarum:& sic iste propter contumaciam amittit rem principalem. Et illum tex.vltra Ange.ibi exal-

tat

tat Barthol. Cæpol. in tracta. seruit. vrba. prædio. c. lix. nu. 4. Hippol. in singula. ccccclxx. facit etiam similis text. in l. si vt proponis. C. de ædificiis priuat. vbi probatur quòd si socius nomine communi domum refecerit, ad sumptus pro rata agere poterit: vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vendicare poterit, & est similis text. in l si fratres. §. idem respondit. el ij. ff pro soc. De iure Regio est text. in l. fina. tit. xxxij. par. iij. & ita per suprà allegata tenet Ange. Aret in §. sequens. nu. 13. Institu. de actio. vbi Ias. nu. 48. idem Ias. in l. creditor. nu. 7. ff. si cert. peta. & in repeti. l. quo minùs. num. 109. ff. de flumini. Cæpol. in cautel. 123. Hippoly. in singul. ccclxix.

REGVLA CLIII.

CONTVMAX in non comparendo, vel respondendo, vel recedés ante tempus sine iudicis licentia, excommunicari potest.

Hanc regulam probat text. in cap j. de iudic. & ibi Abb. numero 10. per illum tex. in capi. certum. xi: quæstio. iij. gloss. in cap. duo. in verbo, videbatur. xcvi. distinctio. probatur etiam in cap. constitutis. de procura. in cap. commissa. de electio. lib. vi. De iure Regio est text. in x. xi & xij. titu. 9. par. j.

1 Amplia primò vt procedat supra dicta conclusio in actore. Ita tenet Innocen. in c. calumniam. de pœ. quem sequuntur Philip. Dec. & Doc. in d. c. j. de iudi. quam opinionem sequitur etiam Alex. in cōsi. cxxxvij. nu. 10. vol. ij. & in consi. lxxij. nu. 8. volu. iij.

2 Secundò amplia, etiam si recedens licentiatus dimiserit procuratorem cum mandato, sed non sufficienti: Vt est text. in d. c. constitutus. de procurato.

3 Tertiò amplia procedere etiam in minima contumacia, cùm sit inobedientia quæ est digna excommunicatione: Vt probat gloss. in d. c. duo sunt. quam sequitur Abb. in c. j. nu. 10. de iudic. & in c. ca. ex parte. el j. nu. 3. de verb. signific. Ludoui. Gome. in §. ex maleficiis. num. 4. Institut. de actio. Ludoui. Montaltus in tracta. de reprobatione sententiæ Pilati: articul. 3. num. 25. Andr. Barbat. in tracta. de testibus in 3. parte numero 9.

4 Quartò amplia vt possit priuari beneficio si extiterit in excommunicatione per annum. Probat tex. in cap. rursus. & in c. quicunq;. xj. quæst. iij. Bernard. de Luco in pract. cap. cxlij. Quod tamen intelligo verum quandocunque esset excommunicatus pro crimine: secus si pro causa ciuili. ita tenet Panor. in d. cap. 1. num. 24. & in ca. contingit. numero 7. de dolo & contum. Roma. in singul. ccciij glo. est in c. cum contumacia. in gloss. fi. de dolo & contuma. li. vi. glo. in c. contingit. in verbo, non potest. & ibi Anto. de Butr. de dolo & contu. Aegid. Bellame, in c. cùm bonæ. de æta. & quali. Chass. in consuet. Burg. ti. *Des iustices.* Rub. 1. §. vi. fol. 64. col. 1. num. 21. Pala. Ruui. in repe. c. per vestras. §. xxviii. nu. 22. Stepha. Aufre. in glo. ad decis. Cu-

riæ

riæ Tolos.decisi.cclxv.Ripa in d.c.1.de iudi. nu.77.
1 Limita primò ut non procedat in citato ad vnum actum, qui illo expedito licentiatus recesserit:quia etsi non expressè, tacitè dicitur licentiatus à iudice. Ita tenet Abb in c.prout.in 1. notab. de dolo & contu. Anto.de But.in c.1 .nu.28.de iudic.facit tex.in c. certum.x1. q.3.ibi,aut si ante finitam causæ examinationem.
2 Secundò limita quando citatus comparuit in termino, & vsque ad extremum spatium citationis donec iudex discesserit de tribunali extiterit:quia actore non comparente,potest eius contumacia accusata illicentiatus recedere. Ita tenet Ioan.de Imo.in cap 1.de iudi.nu.18.per tex.iuncta gloss in cap.1.de dolo & contuma. libr.vi. quem sequitur Felin.in d.c.1.nu.21.idem videtur tenere Abb. in c. consuluit.num.7.de offi.deleg. Alex.in l si finita in §. Iulianus.ff.de damno infecto. numero 25. pro qua limitatione facit quod notat Alexand.in consi.xcij.numero 11. volumine 1.& quod notat Areti. in consi.clx1.numero 3. Quam limitationem intelligo vt per Imo. & Alexan.vbi supra.
3 Tertiò limita vt procedat aduersario accusante contumaciam recedentis ante terminum,vel non comparentis:aliàs secus:vt in l.pro perandum.in §. & si quidem.C.de iudi.ibi, actoris absentiam incusante.quem ibi ad hoc notant Raphael,Paul.de Castr. & Ias.& ante eos Bartol.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex & in d. §.Iulianus.& ibi late Alex.ff.de damno infect & in l.2.in fi.ff.si quis in ius voca.non ierit.& in l.arbitro certo die.vbi assignat rationem. ff.de arbitr.
4 Quartò limita vt non procedat quando citatio fuisset inualida, secundum Barba.in c.1.de iudic.num.40. quæ limitatio ante eum fuit Bald in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.
5 Quintò limita non procedere quando propter aliquod repentinum periculum illicentiatus recederet, secundum Anto. de Butr.in d.c.1.num.28.de iudic.quem sequitur Felin ibi numero 21.Pro qua opinione ultra l.quæsitum.ff.de re iudic. addo text. in c.tenor.de re iudic.iuncta gloss j.quam ponderat Abb. ibi.
Et circa hanc regulã,qua pœna contumax puniatur,vide Barthol de Chassanæ in consue,Burgun.in titul. *Des iustices*. Rubri.1.§.7.fo. 73.col.4.nu.1.cum aliis. Et quinque casus in quibus contumacia non punitur:& xxiiii.in quibus punitur, ponit Rober. Marranta in tracta.de ordine iudiciorum.in vi.parte,in Rubric. de contumacia. per totam.fol.176.cum aliis. Viginti etiam casus in quibus contumax punitur,ac totidem in quibus non punitur, ponit Io Bassianus in consuet. Aluerniæ .cap.ix.in art.12. De iure regio.casus in quibus contumax non puniatur,ponit.l.v.ti.3.li.2.fori.& l.xi.ti.7.par.3.

REGVLA CLIIII.

CONVENIRI coram alio potest quis, licet elegerit coram vno agere. Hanc regulã ponit Maria.Soci. vbi eam notabiliter declarat,

rat, in c. prudentiam. nu. 21. de mutu. peti. & in nu. 22. vſque ad num. 35. limitat eam xij. modis: & xij. fallentiam ibi poſitam ſublimitat xi. modis, à nu. 36. vſque ad nu. 47.

REGVLA CLV.

CONVENTVS ſimpliciter ad factum, non poteſt præcisè compelli, ſed liberatur præſtando intereſſe. Hanc regulam probat text. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obliga. cum aliis allegatis per Bar. ibi nu. 38. Circa quam regulam vide Ant. de Burg. in Rubri. de emptio. & vendi. nu. 3. Ludou. Roma. in ſing. dcxxxvi.

Hanc regulam ponit, vbi notabiliter eam declarat Vinc. de Herculanis in l. in exequutione. nu. 150 ff. de verbo. oblig. vbi in nu. 161. cum ſeq. vſque ad nu. 176. limitat eam vij. modis.

REGVLA CLVI.

CONVICTVS legitimis probationibus, ac ſponte proprio ore confeſſus condemnatus, non auditur appellans. Hanc regulã probat tex. & ibi Doc. in l. obſeruare curabis. C. quorum appell. non recipi. & in l. abſtinendum. C. eod. tit. & in c. ei qui appellat. in §. ſunt etiam quorum. ij. q. vi. glo. in c. quicunque. ij. q. vi. in c. cum ſpeciali in §. porrò. in glo. j. de appellat. vbi hoc tenet Abb. num. 5. Præpo. nu. 7. Philip. Fran. nu. 5. Anto. de Butri. in tracta. de notorio. arti. iiij. nu. 56. notatur in l. conſtitutiones. & ibi glo. fin. & in l. creditor. in §. iuſſus. & ibi Barto. nume. 2. ff. de appella. Roma. in ſingul. 625. notatur in l. qui ſententiam. C. de pœn. & quis dicatur conuictus vide notabil. Fulgo. in conſi. cxxiij. nu. 3.

1 Limita primò non habere locum quando eſt conuictus per probationes non legitimas & indubitatas, ſed dubias: nam tunc non dicetur conuictus & admittitur appellatio, licet fuerit confeſſus. Ita Bald. in d. l. obſeruare curabis. & in l. fi. C. de probat. & in l. addictos. C. de epiſcopa. audien. per gloſ. in d. §. iuſſus. ita tenet Philip. Franc. in d. §. porrò. nume. 5.

2 Secundò limita habere locum in vera confeſſione, non autem quã do fuiſſet facta per procuratorem etiam habentem ſpeciale mandatum ad cõfitendum: nam confeſſio facta proprio ore plus operatur, cùm iudex poſſit perpendere qua conſtantia & qua titubatione confiteatur, ut ex iis perpendat an confeſſio fuerit vera, an non. Ita tenet Bald. in d. l. obſeruare. nu. 14. per illum tex. ibi, voce propria. quẽ ſequitur ibi Paul. Caſtr. Roma. in l. j. in §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. facit text. in Clemen. ij. de procur. vbi procurator non poteſt confiteri delictum, facit etiam tex. in l. certè. ff. de preca. Anto de Butr, Panor. & Canoniſtæ in c. j. vt lite non conteſtat. Bart. & Docto. in l. certum, in §. ſed anno. ff. de confeſſio. & in lege prima, in §.

in §.fi.ff.quando appellan.sit Alexand.in Additioni. ad Barto.in d. §.iussus.in Additione j.

3 Tertiò limita quando est conuictus & sponte confessus: secus tamen si in tortura:vt in d.l.obseruare curabis.in versi. aut formidine tormentorum.& ita per illum tex.tenet Bald.ibi nu.15.Abb. in d.§.porrò.nu.5.& Philip.Fran.ibi nu.5. Bald.tamen in l.j.in fin. C.de iuramen.calum.sensit contrarium:& in l.fi.nu.8.C. de probatio.imò quod etiam si in tortura confiteatur,non appellat.Quod intelligo quando reus perseuerat in confessione, secundum Curt.Senio.d.l.j.nu.17.C.de iura.calum.

4 Quartò limita quando confessio fuisset facta post sententiam:nā condemnatus ante confessionem posset appellare. Ita tenet Bar.& ibi Alexan.in addi.in d.l.obseruare.& ibi Pau.de Cast. & Bald.nam quandocunque ante sententiam erat conuictus, tamen si post sententiam confiteatur delictum, bene auditur appellans. Hanc opinionem probat gl.in l.non tantum in verbo,acquiescit. ff.de appellat.& ibi est tex. pro hac opinione secundum vnum intellectum, & secundum Barto.& Docto. ibi glo.in d.l.obseruare. in verbo, propria.& ibi Bald.C.quo.appel.non reci. Hanc opinionem tenet Barto.in l.constitutiones, nu. 3.ff.de appella.Bal. & Doct.in l.addictos. C.de episcop.audien.& in l.addictos.C.de appella.& in l.vt debitū, in fin.C.de hæred.actio.Lud.Roma.in d.singu.dcxxv.Philip.Fran. in d.§.porrò.nu.6.

5 Quintò limita in casibus in quibus propter inhumanitatem sceleris non admittitur appellatio:de quibus in l.constitutiones. ff.de appel. Porrò casus in quibus non admittitur appellatio ponit Alex.ibi,in additio.ad Bartol.in d.l.constitutiones.Et vltra dicta suprà.in reg. xlv. vide Socin. in Reg.24. Specu. in titu. de appel.§. in quibus.Hipp.in rep.l.vnicæ,nume. 138. C.de raptu v rgi. Lanfran.de Oria.in tract.de interloquu.& appellati.nu.96.Federicum Sehem.in tract.de appel.nu.37.Montal.in l.j.titu.xv.lib.2.Fo. & l. Regia.xvi.titu.23.par.3.& in l.xi.tit.xvi.lib.iii.ordina.

6 Sextò limita quando verè esset cōfessus & conuictus, non autem fictè per contumaciam:quia requiritur quòd ore proprio confiteatur:contumax autem fictè dicitur confessus , & non fit extensio de casu vero ad casum fictum:vt in l.iii.in §.hæc verba.ff.de neg.gest. Ita tenet Ange.Aret.in tracta.malefic.in verb. præsente dicto Caio & appellante.nu.21.Nellus in tract.bannit.in iiii.par.j.tempo.q.ii. Fran.in d.§.porro,nu.8. vbi tenet quòd quandocunque contumax ex forma statuti habetur pro conuicto & confesso,non auditur appellans. Quod tamen declara vt per Philip. Franc. vbi suprà, quia contrarium tenent Bar.& Alex.ibi,in d.l.obseruare curabis.

7 Septimò limita nisi allegaretur probabilis causa in appellatione quæ offuscaret probationem aut confessionem:tunc appellatio admittitur. Ita notatur.in c.Roman.in §.fin autem, de appella.lib. vi.& tenet Ioan.de Imol.in d.§.iussus.ff.de appella.Philip. Dec.in

L cap.

cap.consuluit,nu.5.de appella.& in d.§.porrò.num.16.

8 Octauò limita procedere tantummodò in criminibus enumeratis in d.l.obseruare. Hanc opinionem contra glo.ibi tenet Petr. de Bella Per.& ea tanquam æquiorem sequitur ibi Cin.in ii.col.quam dicit magis sibi placere Alberic.nu.2.in d.l. obseruare. & ante eos tenuit Azo in Summa illius titu. quam opinionem dicit esse verā de rigore iuris Ioan.de Imol. in d.§.iussus.nu.8. Contrariam tamen opinionem tenet glo.in d.l.ii.quam sequitur ibi Bart.& Bald. eandem opinionem tenet glo.in d.§.iussu.in d.l. non tantum.ff.de appella.quam opinionem dicit communiter teneri Ioan. de Imol. in d.§ iussus, eandem opinionem tenet Anto. in d.§.porro. de appellat. eandem dicit esse communem opinionem idem Ant.de Butrio,in tracta.de notorio.art.4.nu 56.

REGVLA CLVII.

Chronicorum & Historiarum exemplum probat. Hanc regulam ponit Bar.in l.i.& ibi Alex. ff.si cert.peta. per text. in c.cùm causam,de probatio.probatur in l.j.ibi, à quibusdam scriptoribus traditum est.ff.de officio præfec.præto.& in l.1.ibi.Iunius & Trebatius & Fenestrella scribunt,ff.de offic.quæsto.glo. in Clemen.j.in verb. vrbano. de reliq. & venera. sancto. & in Clem.i.in verb.Bononia.de magistr.& in c.quanuis.xxi.dist. De Historiis est tex.in l.ij.in §. eodem tempore.ff.de origi.iur. & in l.in quæstionibus.ff.ad l.Iul. maie. vbi Salustii Historia referri videtur. & in §.i. in fi.Insti.de donat.Et de Historiis Ecclesiasticis est tex.in c.fin.ix. dist.in gl.in c.vt veterum. in verbo, Greci, eadem dist. Et de Legendis sanctorum est glo.in §.hæc autem tria. in Procemio Digest. in verb Regis.& generaliter de libris antiquorum text. in l.j.ff. de offic.præf.præt. & in l j.ff. de offic. quæst. & in l.septimo mense.ff. de statu. homi. Circa quam regu lam vide Philip. Dec. in consil. cxxxv. Abb.in c.ii.nu 11.de feud.& in c cùm causa.nu.1. de proba. Cæpol.in Auth sed nouo iure, nume.22. C.de seruis fugi.& notab. Paul.Pari. in consi.j nu.50. volu.1.Plateam in §.penul. notab.j.de testa. Institutio.

Hâc regulam amplia quatuor modis,& limita vno modo, vt per Franc.Purpura.in l.j.nu.156.ff.si cert. peta.

REGVLA CLVIII.

Creditor partem debiti regulariter accipere non cogitur. Hanc regu.probat tex. in l.quidam existimauerunt. ff.si cer. peta.& in l.tutor.in §.Lucius ff.de vsur.& in l.acceptam.C.de vsur. glo.& Doct.in l.qui Romæ.in princ.ff.de verbo.obliga.& in l.si ita quis.in §.Seia cauit.ff.eod.titu. De iure Regio est text.in l.ix.titu.xx.lib.iii.Fori. & in l.viii.titu. xiiii.part.v. & in l.cxix.Styli.

Ratio

Ratio ẽ, q̃a particularis solutio, nõ minima incõmoda solet afferre: vt in l. planè. ff. familiæ ercis. Circa quam regulam vide Anton. de Tremo. in Addition. ad practic. Vber. de Bonaccur. Rub. secunda, incip. quibus modis suo nomine &c. fol. 35. coum. l. j. in glo. in verbo, non cogitur. Castil. in l. xx. Tauri, in gl. fi. Bellon. in consi. 64. nu. 2. Ioan. de Amic. in consi. 55. nu. 18.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Socin. in regu. 75. Hanc etiam regulam ponit Ias. post Alexan. vbi eam ampliat duobus modis, & limitat ix. modis in l. quidam existimauerunt numе. 5. cum aliis. quas duas ampliatio. Ias. & 3. limitationes ex eis ponit Marti Sancius Vascoletus in tracta. indiuiduorum, in 7. cerula, nu. 79. Hanc etiam regu. cum quinque ampliatio. & 12. limitatio. ponit Ant. Negusan. de Fano in tract. de pign. in 2. par. 3. memb. v. par. princip. nu. 17. cum aliis.

REGVLA CLVIIII.

CREDITOR inuitus non compellitur recipere vnum pro alio. Hanc regu. probat tex. in l. si se non obtulit. §. ait prætor ff. de re iudi. & in l. promissor. in §. fi. ff. de constitu. pec. & in l. item liberatur. in §. qui paratus. ff. quib. mod. pignus vel hypo. solui. tex. & ibi Doct. in l. 2. in §. mutui datio. ff. si cert. peta. & in Authen. & hoc si debitum. & in l. manifesta. C. de solutio. Circa quam regulam vide notab. Caro. Ruin. in consi. lxv. nu. x. vol. 2. And Tiraq. in tract. de vtroq; retract. uin tit. de retract. *Lignagier.* in §. j. in glo. xx. nume. 14. Marc. Mantua in lib. 6. obseruatione lix. Socin. Iun. in consi. lxxv. num. 7. volu. 2. & in consi. 147. nu. 8. vo. j. Marc. Man. in consi. 18. nu. 10.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soci. in regul. 382. Hanc etiam regulam cum 3. ampliatio. & v. limitation. ponit Castillo in l. xx. Tauri. in gl. fin. Eandem regulam cum decem limitatio. ponit Ioan. de Platea in §. j. nu. 3. Institut. quib. mod. tollitur oblig. Eandem regulam cum quindecim limitat. ponit Marti. Sanc. Vascol. in tract. indiuiduorum, in 3. cerula, nu. 38. eandem regulam cum duabus ampliation. & viginti limitation. ponit Ias. in d. §. mutui datio. à nu. 8. vsq; ad finem.

REGVLA CL.

CREDITOR secundus potest offerre primo creditori suũ creditum, & liberare pignus à primo creditore, & suam hypothecã confirmare. Hanc regulam probat tex. in l. j. C. qui potio. in pig. habean. De iure Regio est tex. in l. 46. ti. 13. par. v. Circa quam regulam vide And. Tiraq. in tract. de vtroq; retractu, in titu. de retractu *Lignagier.* §. 8. glo. 7. nu. 11.

Hãc regulam, vbi eam notabiliter examinat cum tribus amplia.

& tribus limitat.posuit Ant.Negusan. de Fano in tract. de pignori. in tertio memb. v.par.princ.nu. 1. vsque ad fin.quam primam limitationem quę ponitur per eum ibi nu.4.restringit septem modis.& vide eundem ibi nu.10.vbi ponit alias nouem ampliationes.

REGVLA CLXI.

CREDITOR tenetur mittere ad domum debitoris quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur, & sic non tenetur portare debitum ad domum creditoris. Hanc regu.ponit Alb.de Rosate in l. ii.nu.22.C.de iure emphyt.per tex. in l.cum ii.in §.causæ huiusmodi.ff.de transact. vbi obligatus ad alimenta non tenetur ea deferre ad domum personæ cui alimenta debentur.& in l.item illa verba in prin.& ibi glo.incip.non venit.ff.de constitu. pecu.quā glo.sequitur Abb.in c.significante.num.9. de pigno.& ibi expressè hoc tenet Barba.nu.8.Eandem opinionem tenet Ang. in l.spatium. nu.3.ff.de ędem.Bald.in l.acceptam.nu.22.C.de vsur.Innocen.in d. c.significante,nu.1.& ibi Doct.& Abb.in c.licet.el j.num.13.de simo.Barto.in l.cùm filius.in §.si promissor.nu.2. & ibi Ang.num.2. Ias.nu.3.& Alexand.& Doct.ff.de verbo.obliga.Ang.Aret.in §.præterea quaidam.nu.35.Instit.de actio.Roma.in l.de die.in §.qui mulierem.ff.qui satisd.cogan.nume.14.Ias.in dicta l.ii.nume.92. C.de iure emphyteu.

1 Limita primò hanc regulam non procedere nisi ambo, videlicet creditor & debitor,sint eiusdem fori.Secundum Bar. in d.l.item illa.per glo.ibi.Ba.d.in d.l.acceptam. & in l.fin. nu.7.C. de condict. infer.Pet.de Vbal.in tract.de duobus fratribus.q.xiiii.nu.15.Ias.in d.l.ii.nu 92 C.de iure emphyt.Et quando dicantur eiusdem fori vltra Bar.in d.l.item illa.ponit Ias.in d.l.ii.nu.93.

2 Secundò limita nisi debitum esset ita modicum, vt plus incommodi quàm vtilitatis afferret domino. Ita tenet Bal.in d.l.acceptā. nume.23.allegat Innocen.in d.cap.significante.de pignori. sed certè Innoc.ibi hoc non tenet:sed illam opinionem Bald.sequitur Ias. in d.l.ii.nu.92.

3 Tertiò fallit quando testator legatum vel fideicommissum expressè vel tacitè solui destinasset in loco creditoris, vel alibi : vt in l.si fideicommissum.in princip.ff.de iudic. & ibi Doct. De iure Regin est tex.in l.fi.tit.ix. par.vi.

4 Quartò limita quando debitor cœpisset soluere in luco creditoris:vt in d.l.fideicommissum.in §.fin.cum l.sequen.per quem text. Ange.in l.i.nu.5.C.de fideicom.tenet quòd quandocunque aliquis haber exceptionem ne teneretur soluere legata in certo loco, si vnum legatum in illo loco soluerit, sibi præiudicat quo ad alios, vt etiam possit cogi alia legata in illo loco soluere . contra quam opinionem Angel. tenet expresse Ias.in l.ii.nu.9.C.de fideicom.& Guliel.

liel. Benedict. in repe. c. Rainutius. in verbo, si absq; liberis moreretur el 2. nu. 176. de testame. sed pro opinione Ang. contra Ias. & Guliel. Benedict. est tex. in d. l. fi. circa fi. tit. ix. par. 6.

5 Quintò limita quando debetur certa species, quia est tradenda vbi res est, vt in l. sed & si susceperit. in §. si ea res ff. de iudi.

6 Sextò limita quandò petitur non res, sed cautio rei præstādæ. Ita tenet Pau. de Cast. in l. si fideicommiss. in §. j. ff. de iud. facit tex. in l. quod legatur ff. eo tit.

7 Septimò limita si aliquis promisit facere cessionem vel renuntiationem sub pœna: quia tunc tenetur ire ad domum creditoris. Ita tenet Innocen. in d. c. significante nu. 1. de pigno. quem sequuntur ibi Doct. præcipuè Barba. num. 11. allegans text. in ca. pastoralis. in §. fi. de offic. ordin.

8 Octauò limita secundum Inno. quem sequitur ibi Ant. de But. nume. 12. in d. cap. significante. de pignor. quando est dies apposita tacitè vel expressè: quia vt impediatur mora committi, debet debitor ire ad domum creditoris, sed vt dicit Bar. in d. l. item illa. hoc nō est necessè, cum possit in domo sua si creditor est absens protestari.

9 Nonò limita nisi consuetudo loci aliter se haberet, Secundū gl. quam ibi sequitur Bartol. in dicta l. item illa. eandem glo. sequitur Petr. de Vbal. in d. tract. de duobus fratrib. in d. vj. quæstio. nume. 1. 5. eandem opinionem tenet Barto. in l. suo victu. nume. 1. ff. de operis liber.

10 Decimò fallit si debita velit soluere in loco creditoris, nam tūc etiam eo inuito potest. Ita tenet Bal. in d. l. acceptam. nu. 23. C. de vsu. quod dicit esse verum nisi locus ille esset destinatus fauore creditoris, vel vtriusq;. allegat notata in l. vsuras. C. de solutio. & in ratione sui text. in l. j. C. de seru. exportan. quam opinionem sequitur Ias. in d. l. 2. nu. 96. C. de iure emphy.

11 Vndecimò fallit nisi gratia moræ purgandæ, quia attenditur locus creditoris, vt in d. l. item illa. in §. proinde. ff. de const. pecun. notatur per Doct. in d. c. significante. de pigno. Quid aūt si sit dies apposita tacitè vel expressè, dixi suprà in 8. limita.

12 Duodecimò fallit nisi esset debitum obsequium vel reuerentia personæ, vt in l. ꝙ nisi §. ex prouincia. ff. de oper. liberto. vel causa propter quam debetur aliud suaderet, vt in l. sed & si susceperit. in §. si libertis. ff. de iudi. & ibi Bart. vbi dicit quòd si relinquitur scholari certa quantitas pecuniæ in auxilium studij, tale legatum seu fideicommissum debet præstari in studio. quem sequitur ibi Iacob. in san. Georg. nu. 2. & ibi Lancel. Deci. vbi declarat illud dictum Bart. in j. col. Idem etiam est in vasallis cùm renouatur fidelitas, secundum supradictos Doctor. Idem in censuarijs ac effectuatis quando petūt renouationem, quia sunt quodammodo subditi, vt in l. pro locis C. de annou. & tribu. lib. x.

13 Decimotertiò limita nisi detur gratia conditionis implēdæ, quia tunc debet fieri oblatio in domum creditoris, vt in l. fi. C. de condi-

ctio.infer. Barto.in l.tales.in §.Priscus respondit.ff.de condit. & demon. Bald.in l.suus quoque in fin.verbis.§.rectè puto.in versic. potest.ff.de hæredi.institu.

14 Decimoquartò limita non procedere in primitijs soluendis sacerdotibus, quia illas tenentur rustici in horrea clericorum deferre, Vt inquit glo.notab.in c.reuertimini.in glo.in verbo,in horrea. xvj.q.j & in c.decimas quas in vsum.in verbo,in horreum·xvj. qō. 7 & est tex.notab.secundum glo.& Imol.& Roma.ibi in l. stipulatio ista.in §.inter certam ff.de verbo.obligat.ita tenet Ias.in l.ij.nume.92.C.de iure emphy.

15 Limita decimoquintò nisi subsistente impossibilitate creditoris, vt quia pater propter aliquod delictum missus esset in exilium,& filius illi ad alimenta teneretur, quia teneretur mittere alimenta ad locum patris, Vt est tex.solennis in Authen.de incest.nup.in §.si verò contigerit.colla.2.& ibi glo.in verbo,alia necessaria. vbi Nic.de Neapo. refert dominum suum habuisse hāc quæstionem de facto in ciuitate Foroliuij. Et idem est in patre alere liberos l. si quis à liberis §.si vel parens.ff.de lib.agnosc. nam si filij nolint aut non possint stare cum patre, debeant eis alimenta extra domum patris præstari.ponunt Roma.& Imo.in l.si cùm dotem.in §.transgrediamur.ff.soluto matrimo. pro quo facit quòd suprà dixi in regula 68. in decima limitatione.

16 Limita decimosextò quando aliquid est præstandum in quo deferendo ad domum creditoris non cadit expensa, vt est deferre pecuniam,quia tenetur deferre,puta pecunias pro alimentis. Ita tenet Ange.in l.cùm 2 in §.vult igitur.nu.5.ff.de transact.& ita tenet Bar.in l.j.nu.4.ff.de alimen.& cib.lega.quem sequitur Imo.in cap. indicante nume.19.de testamen.Ias.in d.l.2.num.92.in fi.C.de iure emphyteoti.

17 Decimoseptimò fallit si creditor velit sua impensa deferre legatum ad domum suam per debitorem,ita vt hæres solùm poneret laborem suæ personæ,& licet gl.in l.quod legatur in gl.in verbo, vbi est teneat contrarium,tamen glo.magna ibi,in verbo, à legatario. versi.vel nisi fortè ff.de iudi.probat hanc limitationem, & eam reprobata d.gl.3.sequitur ibi Bar.& Ang.& hanc opinionem esse cōmunem & tenendam firmat ibi Iacob.de san.Geor.nu.4.idem Bart. & Doct.in l.cùm res.ff.de leg.j.pro qua opinione est tex.in l. prætor.in §.quod si in alio loco.ff.de ædend.& in l.si in Asia.in §.depositum.ff depositi.& illam glo.sequitur Ias. in l.cùm ij.§.dum igitur. num.9.ff.de æden.

18 Decimooctauò limita nisi esset determinatus locus in quo debeat offerri,quia tunc ad illum locum debet accedere tam debitor, quàm creditor,vt in l.j.ff.de eo quod certo loco.

19 Decimononò limita non habere locum in bannito: nam si debitor promisit soluere Salmanticæ,& postea ego sum bannitus de illa vrbe,tenebitur debitor soluere mihi alibi. & sic est speciale in

bannito vt possit conuenire debitores suos in quocunque loco eos reperiat, etiam si ibi nullo modo sortiatur forum tex. est & ibi glo. quæ hoc expressè tenet in l. vsuras C. de solut. & ita per illum text. & glo. tenet Roma. in singu. lxxij. Bald. in d. l. vsuras. Felin. in c. cùm sit. in princ. de foro compe. Fran. Crem. in sing. cxxiij. Cur. iun. in l. hæres absens. in §. si quis tutelam. num. 3. ff. de iudi. Pro qua limita. vide posita suprà in 15. limita.

REGVLA CLXII.

CREDITORES priuilegiati eiusdem titu. in personalibus actionibus concurrunt, nulla habita ratione prioritatis nec posterioritatis. Hanc regulam probat text. in l. priuilegia. ff. de priuile. cred. & in l. si hominem. in § quoties. ff. deposi.

Hanc regulam ponit Franc. de Ripa, vbi eam limitat sex modis, in d. l. priuilegia. nu. 51. vsq; ad nu. 58. ff. de priuil. credit.

REGVLA CLXIII.

CREDITOR tenetur fideiussori soluenti cedere actionem personalem & hypothecariam. Quam regulam probat tex. secundum Sali. ibi in l. cum eorum. C. de senten. & in l. 2. & ibi glo. in verbo, transferendi. ff. de distrac. pign. tex. in l. creditori. C. de fideiusso. Circa quam regulam vide nota. Caro. Moli. in tract. de vsur. nu. 680.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus & duabus limitationibus ponit Anton. de Fano in tracta. de pigno. in 3. memb. v. partis princip. nu. 33.

REGVLA CLXIIII.

CREDITOR qui non potest cedere actionem fideiussori, exceptione cedendarum actione repellitur. Hanc regulam probat tex. in l. Stichum in § si creditori. el. 2 ff de solut. & in l. si pupillus alterum. & vtrobique Bart. ff. de administ. tut.

Hanc regulam cum 5. limitatio. ponit Ant. Negusan. in tracta. de pigno. in 3. memb. 3. par. prin. num. 33.

REGVLA CLXV.

CREDITOR si vendit pignus & nondum recipit pretium ab emptore, non tenetur soluere debitori residuum, sed solùm cedere ei actionem contra emptorem, periculo tamen ipsius creditoris qui vendidit. Hanc regulam probat tex. in l. eleganter. in §. si vendiderit. ff. de pigno. actio.

Hanc regulam limitat quinque modis glo. in l. penul. in verbo,

delegare.ff.de pigno.actio.quæ lex contrariatur nostræ regulæ: & gl.ibi ponit quinq; solutiones per quas limitatur hæc regula.

1 Et sic limita primò secundum gloss.quandocunque ipse creditor totum pretium recipit: tunc enim tenetur soluere illud residuum debitori.& hæc est prima solutio gloss. Facit de iure regio tex.in l. xli.titu.13.parti.5.

2 Secundò limita quando creditor non curat recipere cessionē ab ipso creditore,sed vult expectare dilationem per eum datam emptori,& tunc accipere pretium per manus creditoris: nam isto casu nō cogitur inuitus recipere cessionem.& hæc est 2.solut.glo.

3 Tertiò limita quando creditor velit cedere actionem contra emptorem per modum delegationis: debitor autem non vult illam hoc modo,sed per viam simplicis cessionis tantum, quia non vult quòd creditor delegando penitus liberetur, iuxta tex.in l.j.C.de nouatio.nam in hoc creditor debet satisfacere ipsi debitori. & hæc est tertia solu. gl.

4 Quartò limita quando debitor fuisset in culpa dando dilationem emptori,& in habendo fidem de pretio, quia tunc debitor non cogitur recipere cessionem.quæ est sol.4.gl.

5 Quintò limita quādo creditor vellet cedere actionē periculo debitoris,& nō periculo suo,quia debitor non cogitur illam recipere. & ista est 5.sol.gl. Quam regulam & limit.intelligo veram quando creditor potuit vendere præsenti pecunia absq; dilatione, nam isto casu ipse creditor non debuit facere gratiam de alieno, & ideo tenebitur cedere suo periculo.ita tenet Pau.de Cast.in d.§.si vēdiderit. per tex.in l.qui Romæ in §.Callimachus.ff.de verb.oblig. inducendo vt ibi per eum. sed si creditor non fuit in culpa, quia fortè non potuit aliter vendere,vel quia erat talis consuetudo, tunc non tenetur non cedere suo periculo,ita tenet Pau.de Ca.in d.§.si vendiderit.tex.in l.si pignore in §.fin.ff.de prignorat. Action.

REGVLA CLXVI.

CREDITOR potest vendere pignus,seruatis tamen seruandis,primò ad hoc vt creditor possit vendere pignus, requiritur q debitor sit in mora soluendi debitum,vt est tex. secundum Bart. & Salice.in l.cùm soluendæ.ff.de distract. pigno. & ideo vbi est apposita certa dies ad soluendum, illius lapsus sufficit ad constituendum debitorem in mora, vt est tex.in l.magnam.C.de contrah.vel committen.stip.& ita propriè loquitur tex.in d.l.cùm soluendæ.vbi autem dies non esset apposita, requiritur interpellatio ad constituendum debitorem in mora,iuxta text.in l.si ex legati causa. cum ibi notatis ff.de verbo. oblig. De iure regio est tex.in l.xlj. & 42. ti.13.par.5.vbi ponuntur ea quæ seruari debent in vēditione pignorum. Hanc regulam probat etiam tex.in l.si cōuenerit.la.1.ff. de

pignor.

pignori.& in l.fina.C.de iure domi.impetra.tex.& ibi glos.in l creditor hypothecas.C.de distractio. pigno. De iure regio est text in d.l.41.& 42.suprà allegatis.

Hanc regulam ponit notab.Anto.de Fano in tracta. de pignori. in j.memb.6.par.nu.1.vbi vsque ad nu.15.eam declarat.& à nu.15. vsque ad.nu.33.ampliat x.modis,& limitat totidem modis.

REGVLA CLXVII.

CREDITORI datur retentio pignoris, si non est satisfactus à debitore pro vtroque debito, scilicet hypothecario & chirographa rio. Hanc regulam probat text.in l.vnica.C. ob chirographa. pecuni.pignus retine.pos.& ibi docto. Et regia.l.22.titu.13.par.5.

Hanc regulam amplia 9.modis, & limita iiij.modis, vt per Anto.Negusantium in tracta de pignori.in 3.memb.5.partis, numero 46.vsque ad numerum 51.

REGVLA CLXVIII.

CREDITOR prior præfertur posteriori. Hanc regulam probat tex.in l.qui balneum,& in l. potior.ff. qui potio. in pigno.habean.in l.quoties vtriusque.ff.de regu. iur. & in regu. qui prior.de reg.iur.lib.6.& ibi Din.Regia.l.5.& l.17.tit.20.lib.3. fori. & l.27. & 29.titu.13.parti.5. Circa quam regulam vide Catellia.Cottam in Memora.iuris,in verbo,creditor.el 7.Cępol. in cautela 124 .vb eam limitat aliquibus modis.

Hanc regulam amplia tredecim modis,& limita vigintiquinque modis,ut per Fran.de Ripa in l.priuilegia.à nu.3.vsque ad nu.50.ff. de priuile.credito. Eandem regulam,vbi eam ampliat 20 modis, atque etiam limitat totidem modis,ponit Anto.Negusantius in tracta.de pigno.in 2.memb.5.par.à nu.1.vsque ad nu.31. Eandem regulã,vbi eam ampliat 21.modis,& limitat 25.modis, & notabiliter tract.materiã.& 13.effectus quos operatur prioritas tẽporis, ponit Chassã.in Catalo.gloriæ mundi.in 12.par.conside.99. per totam.

REGVLA CLXIX.

CREDITOR vendens pignus non tenetur de euictione. Hanc regulam probat tex & ibi glo.& Bar.in l.periculum. ff. de pignori. & in l.j.& 2.C.credito.euictio.pign.non debe.

1 Amplia primò non solùm habere locum in creditore priuato,verùm etiam in fisco,quia in hoc fiscus vtitur iure priuati.vt in l.j.C. credito.euictio.pigno.non debe.

2 Amplia secundò, non solùm si creditor vendat pignus consistens in corpore, sed etiam si vendat nomen creditoris hypothecatum.ut est tex.in d.l.periculum.

Limita

1 Limita primò quando creditor vendidit pignus non iure creditoris, sed iure dominij & vt dominus, & idem si simpliciter vendidit, quia intelligitur vendidisse in dubio vt dominus. & non vt creditor nam illo casu creditor tenetur de euictione. Ita tenet Salice. in d.l.j. in fi. versi. nunc quia casus. vbi dicit ita tenere alios docto. mouetur per text. in l.j § j. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. idem tenet Salice. in l rescriptum. in §. j. ff. de distio. pigno.

2 Limita secundò quando credidor vendidit & promisit de euictione, quia tunc tenebitur creditor vti promisit, Vt est text d l.j. ibi, nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit &c. & ibi gloss. in verbo. creditorem. quam sequuntur ibi docto. præcipuè Salice. in 3. notab. idem probatur in l.2. eodem titu.

3 Limita tertiò quando ille qui uendidit tanquam creditor non doceret se esse creditorem, & rem venditam esse sibi obligatam, tunc enim non obstante quòd vendiderit, tanquam creditor tenetur de euictione quę postea sequeretũ Ita probat tex. in d.l.j. in prin. ibi prędium obligatum. & ibi glos. fi. vult quòd creditor qui vendit pignus debeat quatuor præstare, & primum est illud quòd continetur in hac limitatione, & cum glos. transeunt ibi Bar. Bal. Salice. & alij docto. idem Salice. in l. rescriptum. in § j ff. de distract. pigno.

4 Fallit quartò quando creditor qui vendidit doceret se creditorẽ & illam rem esse sibi obligatam, tamen non doceret se in dicto pignore seu hypotheca esse potiorem omnibus aliis creditoribus, tũc enim si alius creditor potior euinceret ab emptore, ille creditor qui vendidit teneretur de euictione. Tex. est. in d.l.j. in fi. ibi, potiorem se cæteris esse creditoribus. & ita notabiliter tenet glo. fi. ibi, quam sequuntur ibi docto. quod tamen declara vt per Salice. in d.l.j.

5 Limita quintò quando creditor habens rem obligatam & illam vendens sciret illam non esse debitoris qui obligauit, sed esse alienã, tunc enim illam uendens cum sciat eam esse alienam, est in dolo, & ideo domino euincente tenebitur de euictione, ut in d.l.2. C. credito. euictio. pigno. non debe. & notat glo. fi. in d.l.1. quam sequuntur ibi Bal. & Salice.

6 Limita sextò quando creditor sciebat sibi non licere uendere, neque ex pacto, nec ex dispositione legis, & tamen vendidit, quia tunc creditor tanquam dolosus tenebitur de euictione. Ita tenet glo. fin. in d.l.j. & ibi Salice. post Bal.

REGVLA CLXX.

Creditor consentiendo pignus vendi per debitorem, censetur remittere ius sui pignoris. Quam regulam probat text. in l. si debitor. in §. j. ff. quibus modis pignus vel hypo. solui. & in l. sicut. in § si uoluntate. & in l. si probaueris. C. de remissio. pigno. & in l. cum te. eodem titu. & in l. creditor. & ibi doct. ff. de reg. iur.

Hanc regulam amplia 11. modis, & limita 12. modis, ut per Anto. de

de Fano in tracta. de pignori. in 3. membro 6.partis, a numer.12. vsque ad numerum 33.

REGVLA CLXXI.

COMPELLI non debet quis ad faciendum quod alteri prodest & sibi non nocet, quando contractus non præcedit de cuius natura est vt faciat, & ille qui uult aliquem compellere ex illo lucrum vel cõmodum sentit. Hanc regulam probat tex. in l. nec creditoris. C. de donatio. in l. si. ff. de usu & habita. in §. præterea. el. 2. Insti. de actio. Hanc regulam per supra dictas iura ponit Bar. cum 3. limitatio. in l. soluto matrimonio. nu. 13. ff. solu. matri. quem ibi sequitur Guliel. Pontanus numero 4. & cum Barto. dicit esse communem ibi Iason, numero 32. & 33.

Hanc regulam per supradictam doctrinam Bart. cum 58. limitatio. ponit notabili Ludo. Roma. in d. l. soluto matrimonio. à numero 5. vsque ad numerum 21.

REGVLA CLXXII.

CONVENTIO facta inter maritum & uxorem ut sibi inuicem succedant, valet. Hanc regulam ponit Cin. in l. si pater puellæ. nume. 2. C. de inoffi. testamen. quem sequuntur ibi Pau. Bal. Salice. & Ias. nu. 2. vbi confirmat eam quatuor fundamentis. Quam opinionẽ Cini sequitur Barba. in l. si diuortio. ff. de verbo obli. Hippo. in singu. l. Ias. in l. ex hoc iure, nu. 5. ff. de iusti. & iur. Nicola. Boeri. in consue. Bituricen. in rub. de consue. matrimonij & doerij. §. j. col. 7. & 8. fo. 58. col. j. & notab. Pala. Ruui. in repe. rubr. de Donatio. §. 50. numero 12. Hanc regulam probat tex. in c. j. in §. filij nati. & ibi Bal. & docto. si de feud. defun. conten. sit inter domi. & agna. Vas. in Vsibus feudo. tex. in Aut. sed hodie. in fin. ibi, pactis dotalium instrumẽtorum in omni casu viro seruandis. C. de adulte. & regia. l. 9. titu. 6. lib. 3. fori. & in l. 23. & 24. titu. 11 par. 4.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat ibidem vno Iason in d. l. pater puellæ. nu. 6 eandem regulam cũ 6. limitatio. ponit Chassanæus in consuetu. Burgun. in titu. *des droitz* rubr. 4. §. 7. versicul. *autrement*. fo. 169. col. 2. nu. 1. cum aliis.

REGVLA CLXXIII.

CRIMINA morte extinguuntur. Hanc regulam probat text. in l. j. cum aliis. C. si reus vel accusa. mortu. fuerit. in c. quorundam. 23. dist. in c. peruenit. in c. causam quæ. el 2. qui fil. sint legi. De iure regio tex. in l. 28. titu. 23 part. 3. & in l. 9. titu. 20. libr. 4. fori. & in l. vij. & viij. titul. j. parti vij. Circa quam regulam, vltra Angel in §. publica autem. nu. 3. & ibi doct. Institu. de publi. iudi. vide eundẽ

Ang.

Ang. in tractatu maleficiorum, in verbo, qui dominus iudex videns. nu.41. Gome. in §. superest nu.19. Insti. de actio. Ioan. Igne. in l.j. in §. sibi manus. nu.39. ff. ad Syllania. Roma. in singu.431. Hippo. in cō sil.j nu.36. volu.j. & in l. fina. nu.28. ff. de quæstio.

Hanc regulam limitat 5. modis glo. in §. interdum. Institu. de hæredita. quæ ab intesta. deferun. & 9. modis limitat eam glo. in verbo maiestatis. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. Quas 9. limita. ponit Specul. in tit. de accusatore, in §. j. nu.33. Hanc etiam regulam limitat 12. modis Hippo. in l. qui falsam. in §. accusatio. nu.8. & 9. ff. de fals. aliæ limitationes ponuntur in d.ll. regni suprà allegatis.

Porrò intra quātum tempus duret illud ius accusandi, dico quòd in crimine hæresis intra quinquennium, iuxta l.2. & ibi doct. C. de aposta. quod extenditur etiam habere locum in crimine læsæ maiestatis. gl. in l. Manichæos. in verbo, subire. C. de hæreti. quam glo. sequitur Roma. in sing.431. in quo est notandum quòd de iure canonico est glo. de hoc in summa. 24. q.2. vbi tenet quòd de iure Canonico non permittitur aliquem accusari post mortem, nisi in tribus casibus, scilicet in crimine hæresis, per c. fi. de hære. secundò quando quis hæreticum instituit hæredem, vt in c. si quis episcopus. eodem titu. tertiò si quis in notorio crimine decesserit, vt in c. neque. 88. distinct. & dicit ibi glo. quòd de iure ciuili non permittitur aliquem accusari post mortem nisi propter bona tantùm, non vt alia illi pœna imponatur, atque addit ibi glo. quòd hoc etiam statutū est in crimine læsæ maiestatis: per tex. in l. fi. C. ad leg. Iuli. maiesta. Quod de iure regio non habet locum, per suprà dictas leges, imò in crimine læsæ maiestatis non solùm propter bona, verùm etiam in omnibus aliis pœnis, quas si esset viuus deberet pati, poterit condemnari, & ibi glo. enumerat multos casus in quibus de iure ciuili permittitur accusatio. & est similis glo. iuncto tex. in ca. accusatus. in §. in eo. in verbo, post mortem. de hære. libro sextò, quæ glo. dicit verbum notandum, quòd licet accusatio post mortem non duret vltra quinquennium, vt suprà dixi, tamen ad hoc vt bona ipsorum post condemnationem confiscentur & applicentur fisco, debent peti intra quadraginta annos: aliàs non, & sic in effectu vult glo. quòd in crimine læsę maiestatis confiscatio bonorum præscribatur quadraginta annorum spatio. quam glo. vltra doct. ibi sequitur Augu. Arimi. in addi. ad Ang. in tracta. malefi. in verb. & *hai tradito*. nu.17. qui sic eam intelligit. contra quem vltra glo. in d.l. Manichæos. tenet Abb. in c. cum nobis. nu.8. de pręscri. & ibi expresse Felin. nu.12. quos vide, quia not. hoc declarant. Et circa hanc regulam notabiliter vide Matthæ. de Afflict. vbi ponit 31. specialia in hoc crimine læsæ maiestatis, in c.j. in versi. & bona committen. crimen læsæ maie. à nume.1. vsque ad nu.53. & à nu.73. vsque ad nu.111. ponit 45. modos, quibus committitur hoc crimen læsæ maiestatis, quæ sint regalia, in vsibus feudorum.

Incipit

INCIPIT LITERA D.

REGVLA CLXXIIII.

DANS fundum, construens seu dotans ecclesiam cum consensu diœcesani, quilibet ipsorum erit patronus insolidum. Hanc regulam probat tex. in c. piæ mentis. & in c. frigētius. & in c. quicunque. & in c. filius. xvi. q. vij. in c. Abbatem. el ij. xviij. quæst. ij. in c. nobis. de iure patro. hoc voluit gloss. in d. c. piæ mentis. ita tenet Archid. in c. j. de iure patro. lib. vi. & ita concludit Lamber. in tracta. iur. patro. in 1. par. 1. lib. in iij. q. princi. nu. 1. iunctis his quæ ponit Abb. & ibi Io. de Imol. in c. nos quidem. de testa. Roch. de Cur. in tracta. de iure patro. in verbo, construxit. q. 13. nu. 21. idem Lamber. in eo. trac. in j. par. j. li. art. 25. iij. quæst. prin.

Hanc regulam, vbi eam ampliat xxi. modis, & limitat x. modis, ponit Lambert. in d. xxv. articulo, per totum.

REGVLA CLXXV.

DEBITOR fugitiuus potest propria authoritate capi à creditore. Hanc regulam proba text. in l. ait prætor. in §. si debitorem. ff. quæ in frau. credit. & in l. generali. C. de decu. lib. x. glo. in l. extat. in ver. sine vllo iudice. ff. quod me. cau. & in l. quæsitum. in verbo, quia interest. ff. de pigno. glo. in verb. iudicio. in prin. Instit. de actio. & in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. in §. necessitatem. in verbo, detinere. coll. ij. & in c. j. in verbo, potestatem. de pac. iuram. firman in vsi. feudo. De iure regio probatur in l. xij. tit. xx. lib. iij. Fori. & in l. x. ti. xv. par. v. & in l. 2. legibus *de la hermandad*. Circa quam regulam vide Hippoly. in singul. xliij. & in singul. ccxliij. & in l. si vt allegas. nu. 9. C. de sicar. Ias. in l. cùm te proponas. nu. 3. C. de transac. & in l. 1. nu. 71. ff. de offi. eius. & in l. vinum. nu. 3. ff. si cert. pet. & in l. pecuniam. nu. 9. ff. eod. tit. & in prin. Instit. de actio. nu. 72. cum aliis. & ibi Gome. nu. 59. Mar Mantua in consi. xlj. nu. 9. Seguram in l. ab exhæredato. nu. 5. ff. de leg. 1. Paul. Paris. in consi. cvij. num. 52. & in consi. xcix. nu. 3. vol. 3. Castillo & Pala. Ruui. in l. lxvi. Tauri. Et quæ requirantur

quirantur ad hoc vt debitor possit capi, ponit Io. Bapti. Caccialu. in tractat. de debitore suspecto & fugitiuo. quæst. iij. & iiij. Ias. in l. qui ab arbitro. nume. 3. cum aliis. ff. qui satisda. cogan. Paul. Paris. in cōs. cj. num. 6. vol. iij. & Anto. Rubeus Alexandri. in repeti. l. non solùm. §. morte. num. 241. ff. de noui oper. nunciatio. Hanc regulam cum duabus limita. ponit Socin. in regu. 78 Hanc regulam ampliat v. modis. Gome. in d. §. superest. nu. 59. eandem regulam cum aliis v. ampliat. ponit Petr. Rebuff. in glo. ad constitu. regias Galliæ, in prima par. in tract. de literis obligato. art. vi. in glo. iij. num. 70. pag. 179. Et alias iiij. ampliatio. & iiij. limita. ad hanc Regulam ponit Rodericus Xuarez in l. 2. tit. *de los emplazamientos*. lib. 2. fori. fol. 190. nume. 20. Hanc etiam regulā amplia xi. modis, & limita 8. modis, vt per Frāc. de Ripa in c. 1. nu. 88. de iudic.

1 Vltra quos amplia primò, etiam si tempore contractus debitor dilapidasset bona: nō tamen in tantum quin adhuc esset idoneus si posteà illud fortius dilapidasset & conditionem suam deteriorem fecisset, procedit nostra regula & potest capi à creditore. Ita Bal. in l. si pro ea. in prin. C. mand. nu. 1. quē sequitur Ias. in §. superest. nu. 87. Insti. de actio. & in l. si ab arbitro nu. 5. ff. qui satisd. cogant.

2 Amplia secundò non solùm in debitore principali, sed etiā in eius hærede. Ita tenet Bar. in l. postulante. in prin. ff. ad Treb. quem sequitur Ias. in l. diuortio. in §. interdum. nu. 6. ff. sol. matr. Petr. Reb. in 1. par. gl. ad constitu. Regias Galliæ: ubi allegat alios doct. in gl. 2. 3. articuli, in tract. de literis obligato. pag. 105. nu. 10. & in eo. tract. ar. 6. glo. iij. pag. 149. nu. 74. Ioan. Crot. in repet. l. nemo potest. col. iiij. ff. de leg. j. quod tamen intellige vt per Rebuff. in d. nu. 3.

3 Amplia tertiò procedere vt creditor per solum sacramentum probare possit suspitionem fugæ. Ita Ioan. de Imol. in l. 2. in fi. princi. ff. solut. matri. vbi tenet quòd ad probandum debitorem suspectum de fuga, ad hoc ut capi possit sufficit sacramentum creditoris. idem tenet Ang. in repet. l. nemo carcerem. C. exacto. tributo. libr. x. Hanc opin. ante eum tenuit notab. Benedictus de Plumbi. in d. l. nemo carcerem. in penul. col. in princip. Ratio huius ampliationis est: quia in hoc casu vertitur periculum in mora: & vbicunque periculum est in mora, ad probationem suspitionis sufficit iuramentum, ut est gloss. & ibi Innocen. in c. quoniam frequenter. ut lite non contesta. & in l. ij. ubi doctor. C. vbi in rem actio. Pro qua opinione est casus in l. eorum. ff. de damno infect. vbi dicitur quòd timenti damnum, debet de damno infecto caueri. & talis timor probatur per iuramentum calumniæ: ut in l. qui bona. in §. si quis stipulaturus. ff. eod. tit. ita ergo in casu nostræ ampliationis, quia mora est periculum allatura, & res est talis quæ celeritatem desiderat: ideo talis suspitio per iuramentum probatur: ne si aliæ probationes exigerentur, debitor interim aufugeret. Hanc opinionem tenuit Roma. in l. si fideiussor. in §. fin. ff. qui satisda. cogan. facit quod voluit Salic. in l. vnica. C. de prohibit. sequest. pecuniæ. vbi tenet quòd reum esse suspectum vel

non

non possidere immobilia, statur iuramento actoris: quia tractatur de modico præiudicio: argumento text. in l. thesaurus. ff. ad exhiben.

Hanc opinionem dicit communiter practicari Ioãnes Baptista Caccialupus in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo, in sexta quæst. numero 18. Eandem obseruare totum mundum testatur expressè Paulus Castrens. in consilio ccccl xxiiij. numero 2. in ij. columna volumine j. Eandem tenet Iason in l. 2. numero 29 ff. solu. matri. & secundum hanc opinionem consuluit Alex. in consi. xix. num. 2. vol. 3. & ita tenet Paris in consilio cvij. numero 57. volumine. iij.

Contrariam tamen opinionem tenet Bal. in l. apertissimi. C. de iudic. nume. 9. idem Bal in consi. cclxxxv. num. 3. & 4. in j. vol. Ang. sibi contrarius. in l. si ab arbitro. §. qui ex causa. nume 9. ff. qui satisd. cogan. & in Authen de exhiben. reis. in §. si verò. colla. v. Hanc opinionem tenet Lanfran in tract. recusatio. nu. 7. Alexan. sibi contrarius in l. ij numero 22. ff. solut. matrimonio. Eandem opinionem tenet Iason sibi contrarius in principio Institu. de actio. numero 91. & in l. si ab arbitro. nu. 8. ff. qui satisda. cogan. Et hanc dicit communẽ Thomas Parpal. in repetitio. l. 2. colum. xxi. in gloss. in verbo, suspectum. ff solut. matrim. eam tenet expressè Ang. Aret. in princ. Institu. de actio. num. 8. quam opinio. dicit etiam communem Dec. in consi. 75. col. 1. & eam tenet Paris. sibi contrarius in consi. 101. num. 5. vol. 3. eandem opi. tenet Catellia. Cotta in Memo. iuris: in verb. debitor. el 1. Pala Ruui. in l. lxvi. Tauri. nu. 46. & ibi expressè Castillo in glo. *Information.* pro qua opinione est tex. in d. l. lxvi. Tauri.

4 Amplia quartò habere locum in bannito: nam eò quòd quis est bannitus censetur esse in fuga. Vt in c. 1. in §. si quis hominem. de pace tenen. & eius viola. in Vsibus feu. facit tex. in l. si cùm Cornelius. & in l. si quis. ff. de solutio. quod notat Bald. & Moder. in l. rogasti. in §. fina. ff. si cert. peta. & ita tenet Ioan. Baptista Caccialu. in tract. de de debitore suspecto & fugitiuo. quæst. xvi. nu 3.

5 Amplia quintò habere locum etiam in alieno territorio: nam ibi potest propria authoritate capi. Ita tenet Angel. in repetitio. l. nemo carcerem. in vltima charta. C. de exacto. tributo. lib. x. quod ante eum expressè tenuit Benedictus de Plumbi. in repeti. dictæ l. nemo carcerem. in penult. colum. in versicu. item iuxta prædicta quæro. quod esse mente tenendum dicit Ioan. Baptista Caccialupus in d. tractatu de debitore suspecto. in vij. quæstio. numero 2. quam tamen intellige vt per Xuarez vbi suprà, numero 30. quem intellectum Xuarez ante eum posuit idem Angel. in l. 1. numero 2. C. vbi quis de curiali vel cohortali.

6 Amplia sextò procedere etiam in pecunia: nam creditori debitoris fugientis licet capere pecuniã sibi debitam propria authoritate. Ita probat tex. in d. §. si debitorẽ. quẽ sic intelligit Din. in prin. Inst. de actio. in 2. colum. in fine. & hoc etiam tenet Rameri. de Forliu. in d. §. si debitorem. nu. 1. & ibi Vdalri. Zasi. num. 1. Ioan. Baptista de

Caccialup.

Caccialup.in d.tract.de debitore suspecto.in iiii.q.nu.11. Ias.in §.superest.nu.81 Institu.de actio.Eandem opinionem tenet Barto.in d.
1 §.si debitorem.quando esset periculum in mora expectare iudicis licentiam.& ibi Zasius,nume.2.

Limita primò non procedere quando creditor habet pignus:nam in dubio præsumitur idoneus:& tunc non potest capi tanquam suspectus de fuga:Vt tenet Bal.in l.creditor qui non idoneum.ff.si cer. peta.pro qua opinione est glo.in verbo,redigere.in l.2.C.de pigno. quem sequitur Ioan.Baptista de Caccialup.in d.tracta.q.4.num.17. Ias.in d.§.superest.nu.94.Institut.de actio.Catellia.Cotta in Memora.iuris,in verbo,creditor.el ij.& in verb.debitor.el 1. Barba.in Rubri.de pignori.vbi exclamat de illo dicto Bal.in 2.col. Quod tamē est verum quando pignus est idoneum:nam aliàs captura locum habet,tenet Alexan.in d.l.creditor.ff.si cer.pet. quem sequitur Rode.
2 Xuarez vbi suprà,num.29.

Limita secūdò nisi debitor militasset in armata militia: hoc enim casu non est licita in eum manus iniectio. Gloss.est 2.in verbo,armata.C.vbi quis de curia.vel cohorta.per tex.vbi Angel.in l.1.nu.2.in
3 fi.& nu.3.C.eo.ti.eandem opin.tenet Rode.Xuarez vbi supra,nu.31.

Limita tertiò non procedere in debitore fugiente ad ecclesiam: nam etiam si suspectus sit de fuga non potest ab ea extrahi. Pro qua opinio.facit generalitas tex.in l.presenti.C.de his qui ad eccle.confugi.& in §.sanè enim.cùm generaliter prohibeatur inuitum quem posse extrahi ab ecclesia.& etiam generaliter loquitur tex. in cap.si quis contumax.& in c.miror.17.q.4. Quam opinionem tenet Old. in consi.54.Abb.per tex.ibi in c.inter alia.nu.22. de immuni.eccle. sequitur etiam Io.de Visquis in repe.c.definit.num.55.17.q.4.& de consuetudine seruari testatur expresè Hippoly.in repe.l.unicæ,nu. 111.C.de raptu virg.Stepha.Aufre.in additio.capellæ Tolosa. decisio.422.Nicol.Boer.in decis.ccxv.nu.6.Syluest.in summa, in verbo, immunitas.el 3.in §.3.Franc.de Ripa in d.c.1.nu.88. de iudi.Cin.in d.l.præsenti.Ludo.Gome.in §.superest.nu.66. Instit. de actio.egregius doctor Didacus de Couarruuias in libr.1. Varia.resolu.cap.xx. num.14 Hanc opinionem dicit quotidie obseruari Philip.Dec.in l. vinum.in 2.notab.ff.si cer.peta.eam tenet Roderi. Xuarez in l.2.ti. *De los gouiernos*.lib.3.fori,in v.q.nu.1.fol. 197. eandem opinionem dicit esse veram & communem & ita seruari Remigi. de Gonny in tract.de immuni.eccle.fallen.27.nu.4.& 5.& 6.Pro qua opinione est tex.de iure regio in l.2.ti.x1.par.1.& est Pragma.fi.inci. *Venerables prouisores*.fol.117.in vol.pragma.Licet contrarium teneat Iaso.in l. vinum.num.3.ff.si cer.peta.per quatuor fundamenta: de quo ibi.& principaliter mouetur per regulam d.l.vinum. arguendo de tempore ad locum.idem tenet Ias.in l.plerique.num.26. ff.de in ius vocan.& in l.1.in §.si decipiuntur.num.9. ff.de feri. quam opinionem expresè reprobat vbi suprà:& ad eius fundamenta responde vt per Remigi.de Gonny,& Lud.Gome.ubi supra.

REGV-

REGVLA CLXXVI.

DEBITOR quantitatis. perempta quantitate etiã casu fortuito, non liberatur. Quam regulam probat tex. in l. incendium. C. si cert. peta. & in §. item his, Institu. quibus mo. re contra. obliga. glo. in l. quod te mihi. ff. si cer. peta. Circa quam regulam vide Ias. in l. si à furioso, nu. 4. ff. si cer. pet. Carol. Rui. in consi. ccxviii. nu. 10. vol. i. & in consi. clxxi. nu. 10. vol. iiii. Hanc regulam ponit Ias. cũ sex. limita. in l. quod te mihi, nu. 14. ff. si cer. peta. Easdem vi. limitatio. ponit etiam Martinus Sancius Vascoletus in tract. indiuiduorum: in vii. cerula. nume. 80. & quia non ita facilè inueniri poterũt.

1 Limita primò nisi debitor obtulisset quantitatem, & ipse creditor recusat accipere: nam si postea pereat quantitas, debitor liberatur. Probatur in l. si decem. ff. de solu. & clarius in l. si & per emptorem, ff. de actio. emp. & ita Bart. in d. l. quod te mihi, nume. 4. Quod est verum nisi illa quantitas adhuc maneat: quia tũc tenetur: vt in l. sed & si post. ff. de arbitr. ita notab. tenet Ias. in d. l. quod te mihi, in l. si à furioso, nume. 4. ff. si cert. pet. Carol. Ruin. consi. cxvi. nume. 11. vol. v.

2 Limita secundò in debitore quantitatis simpliciter: secus autem in debitore quantitatis respectu speciei, nam tunc perempta specie liberatur à quantitate. Ita tenet Barto. in d. l. quod te mihi. num. 9. per tex. in l. Titiæ testatores: in §. fina. & in l. filiusfamilias, in §. fin. ff. de leg. i. & alia iura quæ ibi allegat, quam limitationem Barto. sequitur Alberic. Castren. & Alexand. Moder. in l. si ex legati causa, ff. de verbo. obligatio. Ias. in dicta l. quod te mihi, nume. 15. vbi eam declarat.

3 Limita tertiò quando pretium verè vel fictè superest penes debitorem, vt in l. si possessor, in §. fin. ff. de petitio. hæred.

4 Limita quartò quando inter partes esset conuentum quòd periculum esset creditoris: vt in l. periculum, C. de nauti. fœno. Regia l. iii. in fi. titu. ii. par. v.

5 Limita quintò non habere locum in causa l. Titius, versi. sed neq; ipsius. ff. de præscrip. verbis, vbi probatur quòd si dedi pecuniam alicui & in eum transtuli dominium cum hac conditione, quòd si quid lucratus fuerit ex reditu eius solueret pro me tributum: nam cùm tale pactum fiat gratia creditoris principaliter, & principale lucrum debet esse creditoris, ideo periculum debet ad creditorem spectare, cuius gratia principaliter celebratus fuit contractus. Hanc limitationem per istum tex. ponit expressè Paul. de Cast. vbi dicit se nescire alibi, in dicta l. quod te mihi, quem sequitur ibi Ias. num. 15. Alexand. in l. si ex legati causa, in fin. ff. de verborum obliga. pro qua opinio. videtur tex. de iure regio in l. iiii. a d medium, titu. iii. part. v.

6 Limita sextò quando respublica deberet certam quantitatē frumenti alicui,& eam illi obtulit:& quia erat tempus fertilitatis creditor accipere recusauit,volens expectare tempus carestiæ. nā isto casu res publica in totum liberatur , etiam si frumentum oblatum extaret:vt in l.nulli.C.de arroga.milita.annonæ,lib.xii. & ibi Barto. quem tex ad hoc ponderat Bald.in l non dubium,nu.10.versic. sexto modo fit fraus,C.de legi.& in l.accepta.nu.24.C. de vsur.Roma.in d.l.quod te mihi,nu.6.in fine.

REGVLA CLXXVII.

Debitvm vel onus diminuitur diminutis personis quibus aliquid relinquitur seu debetur . Hanc regulam probat tex. in l. Seio amico.in princ.ff.de annu.lega. vbi si lego Titio decem annua si interueniet negotiis filiorum meorum qui erant tres,vno moriēte legatum minuitur,ex quo vnus etiam minuitur,facit tex. in l.penul.ff de conditio.& demonst.in l.j.in §.j. C.de cadu. tollen. Facit ad hoc: Nam si debeo alimenta pluribus quorum numerus sit diminutus, minuitur onus:vt in l.dominus, in §.fina. ff.de vsufruct.in l. iii.in §.debebit,& in l.pecunia.ff. de alimen.& ciba.lega. alimenta enim cum persona extinguntur:vt in l.cùm ii.in §.constat.ff.de trāsactio.in l.in singulos,ff.de annuis lega.

1 Fallit primò vbi obligatio est transitoria ad hęredes: quia diminutione personarum non minuitur actio vel obligatio , sed transit ad hæredes etiam si sint collegæ in creditum : Vt in l.veteris,C. de contrahen.& commi.stipula.& in l.si pactum.ff.de proba. cum concordā. hæres enim personam defuncti repræsentat pro ea parte pro qua est hæres.l.cum à matre,C.de rei vendi.l.si ab eo.C. de negot. gest.l.j.C.si cer.peta. & censetur eadem persona cum defuncto : vt in Auth.de iureiur.à morie.præsti.in princ.colla.v. ita tenet Deci. in l.hæredem,ff.de regu.iur.

2 Fallit secundo in indiuiduis:vt in l.si communem,& in l.nam satis,ff.quemad.seruitu.amittan.& in l.iiii.§. Cato, & in l.stipulationes non diuiduntur,ff.de verbo.oblig. cum ibi nota.

3 Fallit tertiò in eo quod debetur pluribus personis, non vt singulis,sed vt vniuersis, quia dim nutione personarum etiam si vnus tātùm supersit non minuitur obligatio, vt in l.sicut. in §.fin.ff. quod cuiusque vniuersi.nomine .

4 Limita quartò vbicunque habet locum ius accrescendi,quia portio personæ deficientis transit ad alium cum onere.vt in l.vnica,in §.j.cum pluribus sequen.C.de cadu.tollen.& in l. & si contra.ff.de vulga.& pupil.& latè habetur per Bar.& Doct.præcipuè Alcia.in l. re coniuncti.ff.de lega.iii.Quod est intelligendum quando persona deficiens perfectè excluditur:quia aliàs non habet locum ius accrescendi:vt in l.si duo.in princip. & ibi nota.ff.de iureiuran. inn&a l.

com-

communi liberto.ff. de bonis liberto. quæ materia cùm sit multùm prolixa & ordinariè tractetur non est transcribenda, cùm eam latissimè examinet Bal. in l. vnica. C. quando non peten. part. vbi notab. & nouissimè Hierony. Cagnolus.

REGVLA CLXXVIII.

DEBITVM vel onus non diminuitur nec perimit obligationem diminutis personis oneratis, vel quæ aliquid debent. Hanc regulam probat tex. in l. si pactum. ff. de probatio. in l. veteris. cum concordan. ibi signatis. C. de contrahen. & commu. stipula. in l. si debitori. C. de pact. in l. pro hæreditariis. C. de hæredita. actio. & in l. si. eodem titu.

1 Amplia primò etiam si obligatio sit in dando, seu in faciendo, siue mista: vt in d. l. veteris.

2 Amplia secundò etiam si diminutio causetur ex inutili adiectione personæ ad obligationem, vt si fundus quem habebam communem cum Titio fuit à me venditus pro decem, nam licet ratione Titii non teneat venditio, nihilo minus ego sum in totum ad pretium obligatus, & in me firma manet totius fundi venditio: vt in l. fundus ille. ff. de contrahen. empt.

3 Amplia tertiò in indiuiduis, in quibus quilibet in solidum tenetur, vt in l. fideicommissa. in §. penulti. ff. de lega. iii. nam si vnus ex cohæredibus est grauatus opus facere ciuitati, vel statuã, vel aliud indiuiduum, potest in solidum astringi cohærede nolente vel negligente, Vt habetur in l. ii. in § j & ij. & in l. iiii. in §. Cato. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

4 Amplia quartò non solum si diminutio causetur ex morte vnius personæ, verum etiam ex alio defectu, vt quia sit incapax, vel inhabilis, vel si sit diminutio dispositionis, siue posteà superueniat, Vt habetur in l. i. in § i. cum pluribus sequen. C. de cadu. tollen. & in l. si Titio. ff. de leg. iii.

5 Amplia quintò in pluribus qui aliquid debent vt vniuersi. Vt in l. sicut. in §. si. cum ibi notatis. ff. quod cuiuscunque vniuersi. nomi.

1 Fallit primò in onere vel debito cohærenti personæ, quia non transit ad hæredes cum extinguatur cum persona. Vt in l. centesimis. in §. j ff. de verborum obligatio. & in l. si decesserit. & ibi Bartol. & docto. ff. qui satisda. cogan. & in l. j. in §. ne autem. C. de cadu. tollen.

2 Limita secundò vbicunque est electa industria personæ, quia cùm obligatio non egrediatur personam perit & cessat, Vt in l. inter artifices. ff. de solutio. notatur in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. ita dixit Bar. in l. si sit stipulatus. in fine. ff. de verbo. obligatio. Bald. in d. §. ne autem. & in l. continuus. § si ab eod. ff. de verborum obligatio. Cin. & doct. in l. veteris. C. de contrahen. & committen.

 stipula.

stipula. Ludo. Roma. in singu. dclxx. Felin. in c. quoniam, in §. is autem, nume. 5. de offic. deleg. Quod tamen est verum nisi hæredes essent eiusdem artificii: nam tunc licet esset electa industria personæ, obligatio transit ad hæredes. Ita notabiliter concludit Alberi. vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. inter artifices, nu. r.

3 Tertiò limita vbi ex pluribus creditoribus quis efficitur non soluendo: quia alii non tenentur pro ea etiam in causa alimentorũ: Vt in l. solent, in fi. ff. de alimen. & ciba. lega. facit tex. in l. j. & ibi nota. C. ne filius pro patre.

4 Limita quartò in persona accessoria, vt est fideiussor, qui liberatur liberato principali: Vt in l. & hæredi. in §. in his, cum l. sequen. & in l. quod dictum, ff. de pact. Is. notab. in l. si post moram, num. 2. in vi. colum. versic. modò ego habeo regulam, ff. de eo quod certo loco.

5 Quintò fallit respectu præscriptionis: vt si debens decem annua decesserit relictis duobus hæredibus, quorum vnus soluerit & alius cessauerit tanto tempore ex quo possit causari præscriptio: nã tunc debitum minuitur. Tenet Barto. in l. si prius, in princ. nume. 4. ff. de aqua plu. arcen.

6 Fallit sextò vbi onus est distributum pro numero personarum: nam si minuantur personæ minuentur operæ: quia non debet vnus pro tributo alterius vel onere grauari: Vt in l. vnica, & ibi gloss. C. vt nullus ex vicane pro alienis vicane. debi. tenea. lib. xi. & in l. hac definitione, cum ibi nota. C. de omni agro deser. lib. xi. no. Bart. in l. munerum, in §. mista. ff. de mune. & hono & hoc etiam est verum si sit de eadem domo: vt in l. legatorum, in princ. ff. de lega. ii. vbi Barto. hoc expresse notat. notatur in l. secunda. C. de apochis publicis, lib. x facit l. iii. in fi. ff. de alimen. & ciba. legat.

7 Septimò limita in casibus in quibus ius desponit quòd portio deficiens non transeat nec remaneat cum onere suo, & sic vbicunque cessat ius accrescendi: quia tunc ex quo non accrescit portio personæ deficientis propter quam onus est impositum, pariter onus non accrescit: & quando sit, patet in l. prima, in §. in primo, cum sequen. C. de caduc. tollen. notat Barto. in l. re coniuncti. nu. 54. ff. de legat. iii. habetur per Bald. & Doctores in l. vnica, C. quando non petentur partes.

REGVLA CLXXIX.

Debitor speciei ante moram re perempta liberatur: quia redacta est obligatio ad eum casum à quo incipere non potuit. Quam regulam probat tex. in l. si homo mortuus, & in l. si impossibilis. ff. de verbor. obligatio. De iure regio. l. xviii. titul. xi. part. v. & l. x. titu. xv. libr. iii. fori. & quia casus fortuitus ascribendus non est debitoris culpæ vt in l. cum duobus, in §. damna. ff. pro soci. Circa quam regu. vide Ruin. in consil. ccxviii. nume. 7. volum. i. & in

in consi.167.nu.6.& 7.vol.4.Nicol.Bellon.lib.3.suppu.c.12.

Hanc regulam ponit Socin.cum 3.ampliation.& duabus limitat. in regu.32.in posterior.Bernar.de Luco cum 7. ampliat. & 3.limita.in reg.169.referendo se ad Ias.in l.quod te mihi.nu.12.ff.si cert.peta.Eandem regulam cum 2.ampliatio.& 6 limit. ponit Ripa in d.l.quod te mihi.à nu.4.vsq; ad nu.12.

REGVLA CLXXX.

DEBITOR constituitur in mora ex lapsu diei à contrahentibus appositum. Hanc regulam probat tex. & ibi Bal.Alex.& Ias. in 3. nota. in l.vinum.ff.si certum petat.& in l. magnam C.de contrahen. & committen. stipulat. De iure autem regio est text.in l. xviij.titu.11.par.5.

Hanc regulam cum 7.ampliat. & totidem limitatio. ponit Fran. Purpu.in d.l.vinum.à nu.13.vsq; ad nu. 31. & vide quæ dicam infrà in sequenti regula.

REGVLA CLXXXI.

DEBITOR cõstituitur in mora per interpellationem extrajudicialem. Hanc regu.probat tex.in l.mora.ff.de vsu.& in l.si ex legati causa ff.de verb.oblig.& in l.quod te mihi.ff.si cert.peta.in l. Titia.la 2.in §.vsuras.ff.de leg.2.gl.in l.qui Romæ.in §.cohæredes. in verbo,testato.ff.de verb.obliga. Circa quam regu. vide Bar.in l.non solùm.in §.morte.ff.de noui ope.nuntia.& ibi Ant.Rube.nu. 781.Roma in singu.429.Ias.in l.nam & postea.in §.si is qui tempora.nu.10.ff.de iureiur.& in l.si mora.nu.20.ff.sol.matr.Ant. Rube. Alex.notab.in repe.l.vinum nu.103.cum sequen.ff.si cer.petat.Alc. in l.si insulam.col.fi.ff.de verb.obli.Phil.Corne.in consi.cj. nume. 15.volu.1.Ias.in d.l.quod te mihi nu.22.

Hanc regulam cum 3.ampliat.& 4.limita.ponit Ioan. Bernar.in regu.355. Eandem regulam cum 4.ampliatio.& 6.limitatio. ponit Fran.Purpur.in l.vinum nu.31.vsq; ad nu.47. Eandem regulã,melius quàm alibi,ponit Marc.Anto.Baueria in tract. de mora, vbi in j.parte à nu.1.vsq; ad fi.ampliat eam decem modis,& in 2.par.à nu. 1. vsque ad fi.limitat eam tredecim modis.

REGVLA CLXXXII.

DEBITOR absolutus eò quia non est debitor, non potest actor venire contra sententiam,& probare debitum. Hanc regulam ponit glo.in verb.absolutus.& ibi Bar.in l. Iulianus verũ debitorem ff.de condict.indebi.in 3.par.j.glo.qua sequuntur ibi Docto. excepto Fulgo.

Hanc regulam cum tribus limitationibus posuit Ias.in d.l.Iulianus verum debitorem nu.21.

REGVLA CLXXXIII.

DEBITVM in diem potest ante diem solui. Hanc regulam probat tex.in l.eum qui.in §.fi.ff.de verb.obl.& in l. quod in diem ff.de solu.& ibi glo.ponit concordantias.

Hanc regulam cum duabus ampliationi. & quinq; limitatio. ponit Vdalri. Zasi.in l.stipulatio ista.in §.incertam nume.3.ff.de verb. obligatio.

REGVLA CLXXXIIII.

DEBITVM regulariter non augetur, seu onus rei vel psonæ promissum vel debitũ, auctis rebus vel personis quibus onerosum debetur. Hanc regulam ponit gl.in l.non modus.C. de seruitu.vbi dato ꝙ augeatur fundus cui debetur seruitus aquæ ductus, non ex eo augetur ipsa seruitus.quam regulam probat etiam tex.in c.quãto.de censib.vbi est expressum, ꝙ si quis fundauerit monasterium, ita ꝙ ex reditibus ipsius monasterij detur procuratio monachis alterius monasterij,& cõtingat quod multum sit auctus numerus monachorũ quibus procuratio debebatur, fit reductio iudicis arbitrio ad antiquam mensuram seu numerum antiquum Circa quem tex. vide Pala.Ruui.in repeti.rub. de donatio.§.lxvj.

Hanc regulam ponit Alber.Brun.in tracta.de augmento, vbi in nu.7.& 8.& 12.dicit hanc esse magis communem opi. in x conclu. princip.& dicit eam tenere pileum.quæst.48.Barth. Brix. in quæst. 50.Imo.in Cle.literas nu.28.de rescrip Ias.in l quo minus nu.136. ff.de Flumin. Hanc regulam limitat quinq; modis,'& notabil.eam declarat Alber.Bru.vbi s.à nu.8.vsq; ad nu.fin. & vide eundem ibi, in xij.conclusione principali.

REGVLA CLXXXV.

DECRETVM ex falsa causa interpositũ, est nullum. Hanc regulam probat tex.in l.magis puto. in §. si as alienum.ff.de rebus eorum in l.Seiæ.ff.de tuto.& curat dat.ab ijs.in l.iusta. & ibi Benedict.de Plumb.nu.3.ff.de manumis.vindict.in l.cùm verò.in §. subuentum ff.de fideicom.liber.& in l.& si præses.C.de præd.mino. Iacob.de sanct.Georg in l.hoc edicto.in j. lect.nu.10 ff. quod quisque iur.vbi ponit hanc regulam Corn.in consi.cxxxij.nu.12.vo.2.& in con.131.nu.6.vo.& in con.185.nu.2.vo.4.Ale.in con.69.nu.1. vo. 3.& in con.cxlvij.nu.1.& in con.207.nu.7.vo.7.And.Alcia.in tract. præsumpt.in 3.regu.præsump.x.Ias.in l.si is ad quem nu.15 ff.de ac qui.hære.Caro.Ruin.in con.clx.nu.27.vo.2.& in consi.46.num.3.

vol.

vol.5.Pau.Par.in conſi.99.nu.16.vol.1.& in conſi.12.nu.63.vol.2.
Sylueſter Aldobrandinus in §.ſi quis autem nu.9. vbi dicit hãc eſſe
communem opinionem, Inſtit.de excu.tuto.

1 Amplia primò ſiue cauſa eſſet falſa ipſo iure, ſiue per exceptio-
nem, ideò decretum interpoſitum propter debitũ quod poteſt ex-
cludi per exceptionem non valet. Ita Inn.in c.prætereà nu.4.de di-
latio.quem ſequitur Ludo.Roma.in conſi.454.nu.9.

2 Amplia ſecundò etiam ſi ſubeat vera cauſa ex qua interponi po-
tuiſſet & valuiſſet, non tamen fuit allegata, ſed falſa, & ſuper ipſa
fuit fundatum decretum, vt in l.tutor ſi petitus.& in l.Seiæ egreſſæ:
ff.de tutor.& curatorib.dat ab ijs.ita expreſsè tenet Pau.de Caſt.in
conſi.ccj.nu.1.volu.1.

3 Amplia tertiò ſiue cauſa falſa ſit expreſſa in Decreto, ſiue non:
dummodò ex actis conſtet, Vt eſt gloſ.in l.2.in verb.palàm. in fin.
C.quando prouoca.non eſt neceſſ.Bart.in d.l.Seiæ.ff.de tuto.& cu-
rat.dat.ab iis.nu.2.Raph.Cuma.in con.cxv.nu 6 Alex. in con.207.
nu.7.volum.7.vbi dicit hanc eſſe communem opi. pro qua opinio-
ne allegat tex.in l.magis puto.in §.pen.ff.de rebus eorum.

4 Amplia quartò etiam ſi cauſa ſit pro parte falſa, quia tunc in to
tum vitiatur decretum. Tenet Bart.quem ſequuntur ibi doct.in l.ſi
non ſortem.in §.ſi centum nu.5.ff.de condict.inde.Bal.in Margari-
ta, in verbo, decretum, quæſt.2.Roma.in conſil.454.nu.12. Deci.in
conſi.cccciij.nu.20.Caro.Ruin.in conſi.clx.nu.27 vol.2.& Pau.Pa
ri.in conſi.100.nu.31.& 35.vol.1.Ratio eſt, quia ſententia indiui-
dua eſt vnius capituli, vt in l.in hoc iudicio ff.fami.erciſc.& in indi
uiduis vtile per inutile vitiatur, vt in l.j.in §.item quæritur.& in §:
item Treba.ff.de aqua quotid.& æſti.in l.Græcè in §.illud ff.de fide-
iuſſor.& ſic adiudicatio rei pro maiori debito quàm ſit, non tenet
in aliquo quando ſit à iudice, vt in l.j.in §.hæc verba ff. ne vis fiat ei
Bald.in l.certi condictio in §.quoniam nu.3.ff ſi certum petatur, ſe
cus ſi à patre, vt in d.§.ſi centum.ita tenet Alex.in l.iuſtè poſſidet.
& ibi docto.ff.de acquiren.poſſesſio.Bald.in conſilio ccxxiij.nume
ro 1.& 2.volum.2. & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Matthæ. de Af-
flict.in deciſione ccxviij.nume.3.& 4. Quod non procedit etiam
quando res eſſet mihi adiudicata, tam ratione mei debiti quàm
debiti fratris, cuius mandatum non habeo, quia tunc pro parte
mea tenebit. Ita concludit Bald.in l.ordo.num.17.C.de execu.rei
judic.quem ſequitur Philip.Deci.in l.cùm ampliùs nume.3.in ver.
3.limitatur ff.de reg.iur.

1 Limita primò quando ius & iuſtitia deficerent ex parte conuen-
ti, ſeu ratione rei in qua miſſio facta eſt, vtpote ſi verè ſim creditor
Titii, & miſſus ſim in poſſesſionem rei Caii, tanquam eſſet Titii, nã
tunc ſi miſſio ex primo decreto facta ſit, poterit Caius compare-
re & oſtendere ſummarie de iure ſuo, & reuocari facere miſſionem,
vt in l.à diuo Pio.in §.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi.ſi verò compareat
poſt ſecundum decretum, non poterit ſummariè reuocationẽ miſ-

sionis petere, sed ordinariè sic, libellum offerendo, & alia faciendo necessaria, vt in d.l.à diuo Pio. in §. si post addictum. Barto. in d.l. si is ad quem. num. 2. ff. de acquir. hæredi. Item si missio facta fuerit in qua tertius ius habet, quia intra annum summariè discutietur: postea verò ordinariè. Ita Barto. quē sequuntur ibi doct. in l. iustè possidet. num. 1. ff. de acqui. poss. secus si deficeret ius ex parte agentis. vt si peto centum quæ falsò mihi dico esse debita, & quia non compars in possessionem bonorum tuorū missus sum, tunc non valet decretum interpositū, quia ex parte agentis ius defecit, cùm nihil mihi debeatur, vt in l. i. in §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.

2 Limita secundò quando fuisset cognitum de veritate aut falsitate causæ ante decreti interpositionem, Vt est gl. in l. si putas. in verbo, negarentur. & ibi Bald. C. de petitio. hære. argu. tex. in l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen. Bal. in l. 2. col. 2. C. quando prouoca. non est necess. etiam si summariè cognitū fuerit, quia in decreto plena cognitio causę non requiritur, glo. in l. cum proponas. in verbo, constat. C. de bonis autho. iudi. poss. & in c. quoniam frequenter. in §. fi. in verbo, summatim. vt lite non contesta. Tex. de iure regio in l. 2. tit. 8. par. 3. & hanc limitationem tenet Ange. in l. ius pluribus. ff. de iustit. & iure.

3 Limita tertiò quando decretū interponeretur ex causa erronea, vt si iudex ignorans interposuerit decretum super contractu dolo vel metu inito, tunc enim decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio, vt in l. 2. C. de fideiuss. mino. & ibi Bal. nu. 1. & 2. Iacob. de san. Georg. ibi nu. 13.

4 Limita quartò quando interpositum esset ad postulationem partis, & erant tales qui sibi præiudicare poterant, nam tunc falsitas causæ, decretum nullum non redderet. Hanc limitationem posuit Bar. in l. tutor si petitus. ff. de tutor. & curato. dat. ab ijs. dum soluit contrarium l. si vt proponis. C. de confirman. tutor. quem sequitur Ange. in l. cùm 2. in §. si prætor. & ibi Iacob. in j. lect. nu. 5. & in 2. lectu. nu. 7. ff. de transact.

5 Quintò limita quando decretum inter consentientes interpositum esset: vt in l. sed si hac, in §. patronum. ff. de in ius vocan. vbi si libertus tanquam ingenuus esset adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet. & ita per illum text. tenet Bal. vbi Iaco. in d. l. si prætor. in 2. lect. nu. 7.

6 Sextò fallit quando veritas vel falsitas causæ ex iudicis declaratione pendebat. vt si iudex interdixit administrationē alicui tanquā prodigo qui non est, vt in l. is cui bonis. & ibi Bar. ff. de verb. obl. & ita tenet idem Bar. vbi hoc notabil. declarat, in l. Seiæ. nu. 4. & 5. ff. de tuto. & cura. dat. ab ijs.

7 Fallit septimò quādo decretum esset interpositum ex causa pro executione iudicati, quoniam falsa causa illud non vitiat. Ita not. tenet Bal. in l. sunt & aliæ. in j. lectu. in §. fin. per tex. ibi ff. de Publicia. quem sequitur Iacobin. in d. §. si prætor. in 2. lect. nume. 7. ff. de

transact. Et quamuis text. ille hoc non probet secundum Alex. in d. l. iuste possidet tamen eius dictum comprobatur ratione, nam sententia etiam iniusta inter partes facit ius, vt in l. j. §. item cùm contraxeras. ff. quando appellan sit. & facit debitum quod prius non erat. & ideo tale decretum licet interpositum sit ex falsa causa, non potest impugnari postquam transiuit in rem iudicatam, per ea quę habentur in l. j. C. de iuris & fact. igno. pro qua ratióne est tex. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verb. oblig. vbi probatur & expressè ex eo notat Bart. quod iniusta sententia per quam quis contra diuisionem facere declaratur, facit pœnam committi. quem ibi sequuntur doct. præcipuè Vdalri. Zasius nume. 6. qui dicit illum tex. esse notabilem ad hoc. & illud dictum Bald. sequitur Ruin. in consi. 12. numero 4. volumine 4.

Alia verò circa hanc regulam & eius materiam vide per docto. in d. §. prætor. & in l. iustè possidet. ff. de acqui. posse.

REGVLA CLXXXVI:

Decretum [b] interpositum sine causæ cognitione nõ ualet, sed annullatur. Hanc regulã probat tex. in l. magis puto. in §. non passim. ff. de rebus eo. & in l. fi. ff. de curato. furio. & in l. cùm 2. in §. si prætor. ff. de transact. Hanc regulam ponit Bar. in l. prolatam. C. de senten. & inter locu. omn. iudic. & ibi declarat quando dicatur fieri sine causæ cognitione. quia quando iudex sine causæ cognitione procedit, censetur tanquam priuatus procedere, ideo non est ei obediendum, ut in cap. conquerente. de restitu. spolia. Cardina. in Clemen. 1. in fine, de celebra. missa. Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 17. de constit. & circa hanc regu. vide Thomam Ferratiũ in caute. 40. Catellianum Cottam in Memoralibus iuris, in uerb. decretum. el 4. & 5.

1 Amplia primò quando de causa breuiter cognitum fuit, & omnia momento temporis facta fuerunt, & sic pręcipianter, nam præsumitur fraudulenter cognitum, sed requiritur temporis interuallum in cognitione causæ & interpositione decreti, quia ex breuitate temporis præsumitur causæ cognitionem non interuenisse, ut in l. si finita. in §. si fortè. versi. festinare non debes. ff. de dam. infect. & in c. j. de rebus eccle. non alien. lib. 6. Ita in expressis terminis consuluit Ancha. in consi. 83. nu. 3. vbi concludit, quòd licet in alienatione bonorum minoris decretum interuenire debeat, vt in l. cum plures. §. fin. ff. de admi. tuto. & in l. lex quæ tutores. C. eod. titu. quibus concor. l. 28. titu. 16. par. 6. tamen quando iudex decretum interposuit eo temporis momento quo fuit petitum, tum decretum est nullum cùm propter temporis breuitatem dicantur omnia fuisse præcipitanter gesta, & re ac negotio non maturè discusso, vt in c. ex literis. de restitu. in integrum. idem Anchara. in consil. 36. nume. 3. Pau. Castren. in d. §. si prætor. Alexan. in consil. 163. nume. 5. volu. 5. Paul.

de

de Castr.in consil.38.nume.2.lib.2. eandem opinionem tenet Rapha.Cuma.in consi.180.nu.3.Barba.in consi.1.col.33.nu.13.in versicu.quin imò plus dico.& in consil.40.nu.19.& in consi.6.col.2.in versicu.capio decisionem indiuiduo.idem in consi.41.col.4.in versicu.hoc decidit in indiuiduo.vol.4.Iason in l.sciendum. nume.14. ff.de verborum obligationibus.& in l.nec quicquam.in §.vbi decretum.ff.de officio proconf.& lega.nu.69 & in l.2.nu.15.C. de ædendo.& in l.sed si hac.in §. prætor ait.nu.1.ff. de in ius vocan. Philip. Deci.in consi.351.nu 7.& in consi.403.nu.19.Hippoly.in l.statu liber.nu.15 ff.de quæstio.& in l.qui cæden. nu.18.ff. ad l Corne.de sicariis.& in consi.48.nu.32.& 37 Paul.Parisi.in consi.85.nu.43.li. 3.& in consi.80.nu.49.uolu j.idem Hippol.in pract.in §.nunc vidē dum.nu.33.idem Ias.in l iudices. C. de iudi.nu.3.Alciat.in tractat. præsump.in 3.regu.præsump.10.nu.8.

1 Quam ampliationem intelligo primo nisi esset talis causæ cognitio quæ in continenti adhiberi possit, quia tunc valeret decretum. Ita tenet Alex.in consi.80.nu.9.cum seq.vol.5.quem sequitur Frā. Purpura.in rubr ff.de officio assesso q.4.nu.134.

2 Secundò intellige quando iudex uel alius habuisset plenam cognitionem illius causæ ante decretum, quia tunc cessat ratio, ergo & iuris decisio,vt in l.illud ff.ad leg.A qui.Hippo.in rubri.ff.de fide iusso.q.5.nu.86.& vide posita infrà in fina amplia.

2 Amplia secundò vt procedat in missione in possessionem secundi decreti,nam missus in possessionem sine causæ cognitione non facit fructus suos.Ita tenet Innoc.in c consultationibus.nu.2.de iure patro.quem sequitur Bal.in l.2.nu.80.C.de seruitu.& aqua. Roma. in consi.454.nu.17 Hippo.in pract.criminali,in §. nunc videndum. nume.35.imo fructus percepti virtute inutilis decreti debet in sortem computari,per l.1.& ultima.C.de pigno.actio.nota.in l.si dominium ff. de pigno. & ita fuit expressè decisum vt testa.ibi Matthæ. de Afflic.in deci.Neapoli.& ita tenet Feli.in c. sanctæ Mariæ,numero.25.de consti.

3 Amplia tertiò procedere etiam si notarius attestetur instrumento causę cognitionem interuenisse.nam ei non creditur,maximè ut suprà dixi in j.Ampliatione, quando modicum interuallum temporis interuenit ad causæ cognitionem Ita tenet Pau.de Castr. in consil.38.nu.2.volu.2.Hippol.in l.qui cædem.nu.19. de sicar. Philipp. Deci.in consil.556.nu.6.Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.nu. 70.& 79.ff.de offic.proconsul. & lega. & in l.seciendum.nu.3.ff.de verborum obligationibus.

4 Amplia quartò, nam licet res minorum debeant vendi seruatis iis quæ habentur in l.1.2.& 3.& 4.C.de autho.præsta. & in l.obest. & in l.1.& 2.C.de prędiis mino & in l.lex quæ tutores.C.de administra.tutorum, vbi inter alia requisita ponitur quòd debent vendi, scilicet ob æs alienum,tamen non creditur tutori vel curatori dicēti ob ęs alienū vendidisse,nisi appareat de iudicis decreto & antè co-

gnitio

gnitio causæ interuenisse. Ita tenet Spec in ti. de emptio.& vendit. in §.nunc dicendũ.nu 4.& 5.Archi.& doct.in ca.j de reb.eccle.non aliena. lib.6.Lucas de Penna.in l.fi.C.de decre.decurio.lib.10.Bal. & Salic.in l.1.C si aduer.donatio Philip.Corne.in consil. 73.nu.4. vol.3.Hippol.de Marsi.in singu.399.

5 Amplia quintò procedere etiam si iudex dicat se interposuisse causæ cognitionem in decreto, Argu. eorum quæ notat Bart. in l.si. fortè ff de castren.pecu.Ita tenet Pau.Castren.in l.cũ in in 2.in §.si prætor.ff.de transactio & in d consil.32.vol 2 Spec.in d.§.nunc dicẽdum.nu.4.& 5.Corne.in consi 71.nume.5 volu.3.Hippo.in d.sing. 499.Tho.Ferra.in cau.60.nu.4 Ias.in l.nec quicquam.§ vbi decretum.nu.71.ff.de offi.procon.& lega.licet Alex.quem refert Iason in l.sciendum.ff.de verbo oblig contrarium teneat nu.13.

6 Amplia sextò in tantum procedere quòd scriptura separata fieri debet de causæ cognitione,& altera de decreto. Ita firmat Specul.in titu.de procurato.in § j.nu.22 Pau. de Castr.in d. consi 38. nu.2. versi.debuit ergo.quem sequitur Tho.Ferra in d.c.cau 60.num.13. Iason in d.§.vbi decretum.nu 71.ff.de offi.proconsu.& lega.& in l. sciendum.ff.de uerb.oblig.nu 13.

7 Amplia septimò procedere in causis criminalibus,nam sicut in ciuilibus non valet sine causæ cognitione,à fortiori in criminalibus, nam vbi maius periculum,&c.vt in c.vbi periculum.de elect.lib.6. Ita concludit Hippol.in pract.crimi.in §.nunc videndum.nu. 43.& in consi 130.nu 46.

8 Amplia octauò habere locum etiam in sententia nam quandocunque est lata sine causæ cognitione, est ipso iure nulla,ut concludit Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.17.de constit vbi hoc limitat sex modis. Eandem opinionem tenet Mar. Mantua in repet.l.nec quicquam.in §.vbi decretum.nu.18.ff de offi.proconsu.& lega.Sebastianus Vantius notabiliter in tract de nullitatibus sententiarum, rub. 13.de nullitate ex defectu processus.nu.30.cum sequen.pag.299.& 300.vbi allegat quam plures doct.idem tenet.Anto. Capit. Neapo, in deci.69.nu.35.Iason in l.iudices.C.de iudiciis,numero 1.& 2.

9 Amplia nonò habere locum in compromisso nam si factum sit cõpromissum in aliquem,& is immediatè post compromissum pronũtiet,non valet.Ita tenet Bald.in c.1.nu.10. de inuesti.in mari.fact, in Vsib.feud.& in l.prolatã.nu.15.C.de sententiis & interlo.omn iudi.quod notat contra rusticos Ias. qui immediatè post compromissum pronunciant,in l iudices.nu 4.C.de iudi.Raphael Cuma in consil.50.nu.4.Cardi.in consi.140 nu.7.Philip.Dec. in c. cũ venerabi. in gl.2.in prin.nu.43 cũ sequen.Panor.in c.Quintauallis.nu.45.de iureiur. Quod tamen intelligo nisi per arbitrum ante compromissum longo tempore causa esset ruminata & disputata coram eo, & ipse posteà arbiter fuit electus ita tenet Soci.in consi.121.nu 3.volu.3.Hippo.in repe.rubr ff.de fideiusso.nu.81. Alia circa hanc regu.vide per Feli.in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.nu.25.de constitu.

Regula

REGVLA CLXXXVII.

DECRETVM in quibus causibus interponi debeat.

1 Primus est in venditione rerum ciuitatis, ut in l.fin.& ibi Iacobus Rebu.& doct.C.de venden.reb.ciuita.lib.11.& vide pragmaticam 9.de Valladolid,anni Domi.1542.

2 Secundus est in venditione prædiorum Decurionum & Curialiũ vt in l.j.& per totum.C.de præd.Decurio.sine decre.non alie.lib.x.

3 Tertius est in alienatione bonorum immobilium minoris,ut in l. lex quæ tutores.C.de administ.tuto.& in l.j.& per totum.C.de prædiis & aliis reb.mino.De iure regio est tex.in l.18.titu.16. par.6.& in l.4.titu. 5.par.5.& vide Catellia.Cottam in Memora.iuris,in verbo.decretum.el 4.

4 Quartus est quando decernuntur alimenta pupillo. nam debent decerni pro modo facultatum,& sic debet interuenire decretum,vt in l.j.2.& 3.ff.pupil.educa.debeat.de quo vide Ias.in l.2. nu.15. & ibi Deci.nu.34.C.de eden.

5 Quintus est in tutore vel curatore dando pupillis illustrium personarum:vt in l.j.vers.postea per prætorem interponatur decretũ. C.de tutori.vel cura.illustri.vel clarissi.person. Idem in aliis personis tenet Bartol.in l.legitimos.ff.de legiti.tuto.nu. 3. Idem est in actore dando tutoribus impeditis:ut in §.fin. Instit. de curatori.& ibi notab.Aldobrandi.nu.16.cum seq.

6 Sextus vbi iudicis officium imploratur,vt in l. nec quicquam.in §.vbi decretum.ff.de offi.proconsu.& lega.

7 Septimus,in dominii adiudicatione facienda contra contumacẽ, & vocatur secundum decretum.de quo in l.si finita.in §. Iulianus.& in §.si plures.ff.de damno infecto.& ibi doct.

8 Octauus, in contractu filij familiàs cuius pater furiosus vel mentecaptus est. Ita tenet Bal. per tex.ibi.in l.si furiosi.nu.1.C.de nup.

9 Nonus casus in quo decretum interponitur,in remittenda parte debiti facta per maiorem partem dissentiente minore parte,Vt in l. & suum hæredem.in §.fina.ff.de pact.& l.5.titu.15.par.15.

10 Decimus casus in venditione facta per subhastationem,Vt in l.j. C.de fide instr.li.10.& in l.si quos.C.de rescind.venditio. In quo est notandum quod licet res sit uendita in publica subhastatione iudicis mandato, habet locum remedium l.2.C.de rescind.vend.ita probatur in d.l.si quos.pro qua opinio.est tex.in l 4.titu.7. libr.5. ordi. Hanc opinio.tenet Bar.in l.1.nu.1.C.de præscrip.30.uel 40. anno.quem sequitur Ioan.de Imo.in l.pretia rerum.nu.3.in 2.col. ff.ad l.Fal..& in l.si quis cum aliter.nu 7.ff.de verbo. oblig. Abb in c.cũ causa.nu.6.de emptio.& uend hanc opinio.tenet etiã Panta.de Crema in repet.l.2.col 24.& 15.in 8.& 9.limita.C.de rescind.ven. eandem opinionem tenet Alex.in d.l.pretia rerum.nu.8. & in d.l. si quis cum aliter.nu.15.vbi plura adducunt pro ista opinione.idem

Alex.

Alex.in additio.ad Bar.in l.j.C.de prædi.decurio.lib.x. Roma.in d. l.si quis cùm aliter.nu.9.& 10.eandem opi.vbi eam latissimè examinat,tenet Vinc.de Hercula.in d.l.pretia rerum in § corpora.col.ix. versi.circa quintum.ff.ad l. Falcid. Contrariam opinionem tenet Bar.per tex.ibi,in l.j.C.de præd.decurio.libr.x.ibi, nec immoderatus venditor,nec emptor iniustus inueniatur. idem sentit idem Bar. in l.si quos spontaneos.C.de decuri.eo.lib. quam opinionem Barto. sequitur Ang.in d.l.j.C.de præd.decur. nu.1. & in repe l.sciendum. nu.11.ff.de verb.oblig.idem Ange.in d.§.corpora nu.3.ff.ad l.Falc. idem Ange.in consi.cxlij.nu.2.pro qua opinione est text. in l.ccxx. styli.in fin.quæ facit contra suprà dictam l.ordinamenti.

In qua contrarietate sic distinguendum puto:nam quando aliqua res venditur propter debitum publicum,vt in casu l.j.C.de præd.decurio.ibi,necessitate coactus,& emptor fuit compulsus per iudicem ad emendum:in hoc casu licet venditor sit deceptus vltra dimidiã, non habet locum rescissio,& procedit opinio Bar.in d.l.j. & l.ccxx. styli. Hanc opinionem & concordiam videtur tenere Ioan.de Imo. in d.l.pretia rerum. Ang.de Perus.in d.consi.cxlij.in fina.verbis Angel.Aret.in §.sequens.nu.3. Institu. de actio. Anto. de Burgos in d. c.cùm dilecti.nu.27.de emptio.& vendi.pro qua opinione expressè facit l.v.titu.vij.lib.v.ordina.& l.xviij.titu.iiij.lib.vi. ordinamenti. Est etiam notandum quòd suprà dictæ leges regni in alio contrariãtur:nam lex ordinamenti in fine loquitur in quatuor annis post venditionem.lex verò styli loquitur in vno anno,quę lex styli debet intelligi quãdo res vẽdita est authoritate iudicis, vt ex ea lege cõstat.

11 Vndecimus,olim in bonorum possessione discernenda,& vocabatur bonorum possessio decretalis,vt in l.j.§.decretalis. ff de success. edict.hodie tene quod traditur in l.fi.C.qui admi.ad bon posse.poss.

12 Duodecimò super transactionibus alimentorum solet decretum siue authoritas prætoris interponi, Vt in l.cum ij.in prin.ff.de transactio.& in l.de alimentis.& ibi Doct.C.eo. titu.

13 Tertiodecimò in procuratore dando furioso,Vt in l.de creationibus.C.de episcop.audien.

14 Decimoquartò propter famem consanguineorum pupilli potest tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupilli dare, Vt in l.j.in §. sed nonnullus.ff.de tutelis & rationib.distrahen.Porrò casus in quibus quis in iure tenetur aliquem alimentare, vltra Roma.in singul. 138.vide Ioan.de Platea in Rubr.C.de decurio.lib.x.Baptista de sancto Seueri.in tracta.de feudi cognitione.q.xv. Franc. Purpura.in l. cùm quid num.127.ff.si cert.peta.Rip.in l.cùm filiofamilias.nume. 15.ff.de lega j.

15 Decimoquintò in inuentario tutoris:Ita tenet Bal. expressè in l. si tutor tuus.nu.1.C.in quib.cau.restitu.in integ. non est necess. vbi allegat tex.in l.fina.C.arbitri.tute.Et est tex.de iure Regio in l.xv. titu.vi.par.vi.& in l.ij.tit.vii.lib.iij.fori. Pro quo facit glo.notab. in l.tutor qui repertorium.in glo.j.ff.de administra. tuto. vbi probatur

batur quòd inuentarium fieri debet in præsentia iudicis. idem probat glo. in l. tutores. la ij in verbo, publicarum. C. de administra. tuto. & in l. Chirographis. in glo. 1. in fi. per tex. ibi. ff. de admi. tut. pro qua opinione est tex. in d l. tutores. ibi, in præsentia publicarū personarum. & facit tex. in l. nonnulli. in §. cùm autem. C. de episc. & cler. & in l. de creationibus. C de episco. audien. ubi episcopus qui tenet locum hæredis, coram iudice tenetur inuentarium facere. Et hanc opinionem tenet Angel. in tracta. de inuentario. nu. 11. idem in d. l. tutores. num 1. pro qua opinione sunt leges regni suprà allegatæ. Contrariam tamen opinionem, vbi dicit quòd communiter seruatur fieri tantùm coram tabellione, tenet Cin. in dicta l. tutores. num. 4 quam sequuntur ibi alii Docto. Moder. Pro qua opinione est tex. in l. fi. C. de iure delib. & in Authen. de hære. & falcid colla. j. vbi nō fit mentio de præsentia iudicis, sed solùm testium, tabellionum, & legatariorum: nec debemus aliam solennitatem quærere quam lex nō posuit. Hanc opinionem ita obseruari tenet expresè Montaluus in dicta l. ij. titu. 7. lib. iij. fol. in gloss. in verbo, el Alcalde in fine.

In qua quæstione sic communiter distinguitur: aut quæritur quantum ad tutorem obligandum, & tunc sufficit fieri extra iudicium: aut quæritur an faciat fidem contra debitores scriptos in inuētario, & quantum ad eos debet fieri coram iudice: vt in d. l. chirographis. ita expresè tenet Bar. in l. tutor qui repertorium. nu. 9. ff. de admin. tuto. quod ante eum tenuit Cin. in d. l. tutores. & hanc concordiam sequitur Francis. Porcellinus in tract. de inuentario. c. ij. nu. 9. Vitalis de Cambanis in tractat. clausul. in parte, nihil nouari inuentarii confectione pendente. fol. 195. nu. 75. cum seq.

16 Decimosextò interponitur decretum iudicis in diuisione bonorum minoris, Vt est gloss. & ibi Bartol. in l. inter pupillos. in gloss. ij. ff. de autho. tutorum & cura.

17 Decimoseptimò in manumissione seruorum per minorem ex causa facienda, Vt in l. etiam. ff. de manumiss. vindict. & in §. eadem & sequen. Institu. quib. ex caus. manu. non licet.

18 Decimoоctauò in reuocando tutore vel curatore, quia eadem solennitas requiritur in dissoluendo sicut & in faciendo, vt in ca. 1. de reg. iur. in antiq. & in Authen. econtrà. C. de repud. in l. si ut proponis. la ij. C de nupt. in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. vt in l. prout quisque. ff. de solutioni. vbi in contractu in quo requiritur decretū, ita etiam in distractu. Ita notab. concludit Bald. in l præses. num. 5. C. de transact. de quo latissimè per Tiraquel. in legibus connubial. in glo. iij. nume. 16. cum aliis.

19 Decimononò secundum quosdam requiritur decretum in alienatione rerum ecclesiæ: ut in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. ibi, accedente consensu ordinatoris. canonizata in c. casellas. in §. hoc ius porrectum. x. q. ij. Ita expresè tenet Innoc. in c. 2 de transac. nu. 2. Sed Abb. in d. c. ij. eum reprehendit, num. 4. dicens in iure hoc non probari. Pro qua opinione Abb. est gloss. in c. 1. in verbo, tractatus.

tractatus.in fin.de reb.eccles.non alie.lib.vi.& sic intelligere voluit Inno.decretum pro consensu & authoritate episcopi vel superioris. solet enim episcopus post inquisitionem super commodum uel incommodum factum, si ex re ecclesiæ sit & vtilitate, decernere faciẽdam compositionem, vel factam ratã esse & sic illi consentit.& hoc modo debet intelligi dictum Inno. Nam hæc authoritas aliquando vocatur cõsensus authoricabilis: ut dicitur in d.Auth hoc ius porrectũ. Aliquando verò vocatur licentia: ut in c.fi.de reb.eccle.nõ alie. li.6.ibi, cõsensu apostolicæ sedis.& in c.Abbatibus.xij. q.ij.ibi, absq; permissu & subscriptione episcopi.& in c.de cætero. & in c.veniens. de transactio. Interdum simpliciter vocatur consensus, ut in c.in vẽditionibus.in §.etiam.xvij.q.iiij.& in Clem j.de reb.eccle.non alie. Non tamen requiritur decretum sicut in rebus minorũ, vt s.dixi: qa iura hoc non dicunt in rebus ecclesiarũ: sed authoritas episcopi siue consensus requiritur loco illius decreti: ut in c.j. de reb. eccles.non alie.lib.vi.Quam opin tenet expresse Pet Rebuf.in trac.de decim. q.xiij.nu.20.& in compendio alienationum rerũ ecclesiasti. nu.52. And.Barb.in consi.xl nu.11.cum seq & vide notab.And.Tiraq.in le gibus connobia.in glo.v.nu.4.cum aliis. Et ideo ad euitans opi.solent in instrumentis notarii apponere, talis episcopus dedit licentiã, authoritatẽ, & consensum super talis rei alienatione: vt tenet Spe in ti.de emp.& vend.in §.nunc dicendũ.nu. 8. Quæ autẽ differẽtia sit inter decretum, authoritatem, licentiam, & consensum, vide Ias.in l. nec quicquam.in §.vbi decretum.nu.3.ff.de offi.proconsul.& lega.

20 Vigesimò, in omni contractu debet interponi decretũ iudicis seu peti, vt contractus confirmetur: Vt est tex.& Bar. doct. num.2.in l.si quos.C.de decurio.lib.x.Luc.de Penna in l.fi. C. de decre.decurio. eo.lib. Anto.de Burgos in c.cùm causa.nu.27. de emptio. & vendit. Pantal.de Crema in repe.l.ij.col.xxvi.C.de rescin.vendi.

REGULA CLXXXVIII.

Decretum in quibus casibus annulletur.

1 Primus est quando ex falsa causa est interpositum, vt suprà dixi, in regul.clxxxv.

2 Secundus quando fuit interpositum sine causæ cognitione, vt dixi suprà in regul.clxxxvi.

3 Tertius si iudex interponendo illud non sedeat: ut in l.naturali.in §.si quæratur.ibi, & pro tribunali decretum interpositũ sit ff de con str.tuto Spec.in tit.de feriis.in §.sequitur.num.12 Luc.de Pen.in l. vlt.C.de decurio.lib.x.Phil.Corn.in consi.xcviij.nu 4. vol.j.

4 Quartus quãdo interpositum est in die feriato in honorẽ Dei, Vt notatur in l.actus.& in l.dies festos.C.de feri.Ancha. in consi.cxvi. nu.6.versi.fuit enim decreti interpositio nulla ipso iure. Iacobi. de sanc.Geor.in l.diuus.nu.7.ff.de feri.Chassan.in consuetu.Burgun.in tit.*Des iustices*.rubr.1.§.vi.fol.68.col.ij.nu.96.

Quintus

5 Quintus quando per errorem est interpositum, Tenet Barto. in l. ius pluribus. nu. 2. ff. de iusti. & iur. ita tenet Ludo. Bologni. in consi. xxxiij. incip. vt ea quæ iusta. col. 1. facit tex. in l. si per errorem. ff. de iurisdict. omni. iudi.

6 Sextus quando interuenit dolus partis: Vt in l. & si præses. C. de præd. mino. Bar. in d. l. ius pluribus. Bal. & ibi Iacobi. nu. 13. in l. vnica. C. de fideiusso. mino. nam dolus nemini debet patrocinari c. sedes & c. ex tenore. de rescrip.

7 Septimus quando non interuenit citatio peremptoria, annullatur etiam primum decretum si ante fuerit interpositum: ut in l præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. & in l. ij. & ibi glo. C. ubi in rem actio. notant docto. in l. si finita in §. Iulianus. ff. de dam. infect. Bar. in l. consentaneum. C. quomo. & quand. iud. Philip. Corne. in consi. lij nu. 4. & in consi. cxxxij. nu. 5. vol. 4.

8 Octauus, iudex ex officio suo potest annullare decretum interpositum in quo fuit pars decepta. Ita firmat Ioan. Andr. in c. consultationibus. de offic. delega Bald. in l. vnica, numero 9. C. de confessio. Hippoly. in singul. ccxx.

REGVLA CLXXXIX.

DECRETVM iudicis præsumitur interpositum ex iustis causis. Hanc regulam probat glo. in l. j. in verbo, omni ordine. ad fi. C. de fide instru. lib. x. pro qua glo. est tex. in l. 2. in versi. quod non arbitramur. C. de offic. ciui. iudi. quem tex. allegat Bal. in l. errore. in 1. col. C. de testam. facit etiam tex. in l. ab ea parte. in 2. respon. ff. de prob. ita tenet Spec. in titu. de emptio. & vendit. in §. nunc dicendũ. nu.. 5. Hanc opinionem tenuit Ias. in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. nu. 79. ff. de officio procon. & lega. & in l. mandata. nu. 6. ff. de officio eius. & in l. post dotem. nu. 83. ff. solut. matri. Pet. Loriotus in trac. de pactis, axioma lvi. Phil. Corn. in consi. 98. nu. 1. vol. 1. Alex. in l. sciẽdum. ff. de verbo. obliga. Hippoly. vbi allegat alios docto. in singula. 438. Abb. in c. quoniam contra. de probatio. vbi Paul. Parisi. nu. 137. Franc. Niconi. not. in d. c. quoniam contra. quæst fina. post glo. num. 28. Quam opinionem dicit esse communem Andr. Alciat. in tractat. præsump. in 3. regula, præsumptione decima, nu. 1.

1 Amplia primò procedere etiam si iudex esset ribaldus, adhuc pro tali decreto præsumitur. Ita tenet Bal. in c. sicut. per illum tex. nu. 3. in fi. de re iudic. & illud dictum Bal. sequitur Ias. in c. 1. nu. 8. qui feu. dare poss. & in l. pacta nouissima. nu. 7. C. de pac. Fran. Nico. in repe. in c. quoniam contrà. in quæst. fi. post glo. nu. 29. fol. 155. col. 4.

2 Amplia secundò: nam licet sit verum quòd spoliatus ante omnia restituendus sit, iuxta tex. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi public. tamen in tantum præsumitur pro iudice & pro eius decreto quòd spoliatus à iudice non potest petere restitutionem: & tunc nõ habet locum suprà dicta regula. Ita probat glos. in c. præsentiam. in

glos.

glo.fiua.vii.q.j.& in c.in nomine Domini.in verbo.audiētia.xxiii. distinct. quas glo.approbat Abb.in c.cùm dilectus,nu.11.quod metus cau.& in c.dilectus filius.de rescrip.& in c.conquerente.in vlti. notab.de restitut.spolia. Ias.in d.l.iustè possidet.nu.3.ff.de acquir. posses.& in l.iusiurandum.in §.ait prætor.nu.2.ff.de iureiuran. Deci.in l.qui authore.nu.3.& ibi Guliel.Maine nu. 10.ff.de regu.iur. Cagno.in l.non videtur.in §.si iussu.eod.tit.Ioan.Gualden.in trac. de arte testandi.titu.xi.cautela xx.nu.8. Matthæ.de Afflict. in constitutio. Neapo.lib.j.rubri.vii.nu.59.Stepha.Aufre. in addit.ad decis.Capel.Tolosa.in decis.ccccxc.

1 Limita primò procedere in maioribus iudicibus,veluti in præside,prætore,& similibus,quia lex præsumit quod maioris iudicis factum sit ritè factum,secus tamen in minoribus, puta in magistratibus pedaneis,vel municipalibus. Ita tenet Bal.in l.tutores. ff.de cōfir.tuto. & dicit ita velle Azonem in Summa. C.de tuto. & curato' qui non latis.& quòd ita intelligitur.§.nos autem. Insti.de autho. tuto. Quod dictū sequitur Ias.in l.pacta nouissima.nu.9. C.de pact. & in d.c.i.nu.10.qui feud.dare poss. & in Rubri.C. qui admi.nu.7. Franc. Niconi.in d.repe.c.quoniam contrà.in d. q.fi.nu.32. Hippoly.in singu.ccccxxxviii.

2 Secundò limita quandocunque decretum interpositum fuit præcipitanter,de quo dixi suprà in regu.clxxxvi.prima ampli.

3 Limita tertiò quando iudex esset idiota, quia non est verisimile quòd ipse fecerit seruari solennitates iuris quas ignorat, vel adhibuerit legitimam causæ cognitionem. Ita concludit Areti.in consi. lxix.num.2.quem sequitur Andræ. Alciat. in tract. præsumptio. in d.reg.2.num.10.

4 Quartò fallit quando pars plene non edocuit iudicem de negotio. Ita concludit Bal.in cousi.ccclxxv nu.4.vol.iii. allegat text.in l.j.C.de præd.decurio.lib.x.quem sequitur Alciat.vbi suprà,nu.9.

5 Quinto fallit quando in tali decreto esset error manifestus seu vitium visibile, & sic per euidentiam facti contrarium apparet. Ita tenet Bald.in l.ii.in §.sed alio,in j.lectu.nu.15.in fin.quæst. ff.si ex noxa.cau. agat. per notata in l. Imperatores. ff.de priuile. credi.quem sequitur Alciat. vbi supra. nu.11. Hippoly. in d.singu. ccccxxxviii.in fine.

REGVLA CXC.

DECVRIONES & constituti in dignitate non debent torqueri. Hanc regulam probat tex. in l.milites.& in l.decuriones. C.de quæstio. De iure regio est tex. in l.ii.tit.xxx.par.7. & in l.iiii. tit.ii.lib.iiii.ordi. Circa quam regu.vide Andr.Tiraquel.in tract. de nobili.c.xx.nu.133.

Hanc regulam cum sex limitatio.ponit Cifuētes in l.lxxix. Tauri.in ii.col. versi.sexto dubitatur.

1 Amplia primò vltra eum habere locum in eorum filijs, vsque ad

pronepotem. Ita probetur in l.diuo Marco. C.de quæstion. & in l. si matrem. C.de pœn.& in d.l.ii.tit.xxx.par.vii.

2 Amplia secundò procedere etiam finito officio in memoriam pristinæ dignitatis: Vt in l.si.ff.de decuri.& in l nihil.C.de quæsti.glo. in l.omnes.C.de decurio.lib.x.& in c.concessum.de regul.iur.lib. vi.ita tenet Hippo.in pract.crimi.§ expedita. nu.27. Et hanc quæstionem dicit Bar. se habuisse de facto in d.l.milites. sequitur idem Hippo.in singu.clxxix.in iii.col.idem in l.edictum.nu.16.ff.de quæstio. Thomas Gram.in voto.j.nu.17.& 18.& in voto.xxxii.nu.19.& 22.idem Hippol.in sing. cvii.

3 Amplia tertiò habere locum in Doctoribus & Aduocatis: nam sicut milites torqueri non possunt: ita eodem modo neque Doctores, ratione dignitatis: quia Doctor dicitur in dignitate constitutus: vt in c.quanto.de Magist. Hanc opinionem tenet Ioan. Andræ. in c.cum in contemplatione.de reg.iur.in antiquis. eandem opinionem tenuit Alexã.de Imo.in l.centurio.ff.de vulga. vbi per decem æquiparationes tenet quòd priuilegium concessum militi, & Doctoribus concessum videatur.& ibi Lancelo.Galia.nu.25.Hippoly. in d.l.edictum.nume.4.& in singu.ccccclvi.& in dicto §. expedita. num.30 Ias.in l.j.in ii.col.C.de iur.& facti igno. Thomas Gram.in voto.i.nume.4. & in voto.xxv. nume.4. & Cinus expressè in dicta l.milites. Matthesil. not.lix. facit quod dixi suprà in regul.lv.in v. & vii.limitatione.

4 Amplia quartò adeo procedere quòd consuetudo in contrarium non valet. Ita probat text.in l.omnes iudices. & ibi expressè Bart. per illum text.nume.2.C.de decurio.lib.x.quod dictum Bar. sequitur Ludoui.Roma.in singu.cccclxxxviii. Additionator. Barto.in l. j.in addi.ad num.2.C.de dignita.lib.xii. Ias.in l.de quibus. num.66. ff.de iusti.& iure. Chassanæ, in consuetu.Burgun.in tit. *Des iustices.* Rubri.j.§.iiii.fol.34.col.j.nume.8. Lancelo.Galia.in repe.l. Centurio.nu.35.ff.de vulga. Hippoly in d.l.edictum.nu.5. Thomas Gramma.in d.voto.i. nume.12. Angel. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica. num.102. eandem opinionem tenet idem Gramma. licet corruptus sit, in d.voto. xxv. nume.4. Et licet aliqui ex Docto. quos ipse allegat contrarium teneant, ita commu.teneri vltra alios Docto.tenet Ludouic. Carrerius in practi.criminali, in princ. nume.180. Paul. Grillandus in tracta.de tortura. quæst.vii.num.3. & Hippoly.in singu.ccccclvi.

5 Amplia quintò in tantum procedere quòd nec pro debito carcerari possunt. Ita tenet Bald.in l.j.C.qui bonis cedere poss. per tex. in l.miles.ff.de re iudic. facit etiam gloss. in l.medicos. C. de professo.& medi.libr.x.ita tenet Hippoly. in dicta l.edictum, nume.5. ff.de quæstio. Andræas Tiraquel.in tracta.de nobilit. cap.xx.nume. 136. Pro qua opinione est hodie text. de iure Regio in l.iiii. & v. titu.ii.lib.iiii.Ordi.

6 Amplia sextò adeo procedere quòd etiam furcæ subiici non debent

bent: & sic pro delicto non debent suspendi. Ita probat text. in l. moris. in §. sed enim sciendum. in versic. nec furcæ subiici. ff. de pœn. quod etiam probat text. de iure Regio in l viii. titu. xxxi. par. vii. Et quòd de consuetudine hæc opinio seruetur, tenet gloss. in l. desertorem, in §. pœna. in verbo, torquentur. ff. de re milita. quam gloss. sequitur Bal. in c. cum quidam. nu. 3. de iureiu. Hippoly. in repe. l. vnicæ, nu. 107 C. de raptu virgi. Claudius Cottareus in tracta. de iure militum, lib. iii cap. de pœnis. Andræas Tiraquel. in tracta. de nobili. cap xx. num. 107.

7 Amplia septimò, adeo quòd si tales torqueantur de facto, talis cõfessio non valeret. Ita probat glo in l. penul. ff. de quæst. & ita per illam glo. tenet Hippoly. in d. l. edictum, nume. 17. & in d. §. expedita, nume. 46. & in d. singul. clxxxix. Bald. in l. Imperator, la ij. loquendo de muliere prægnante. ff. de statu homi. & idem Hippoly. in singu. cvii. & Ange. Aretin. in tracta. maleficiorum, in verbo, fama publica, nume. 99.

8 Amplia octauò procedere quòd si officialis aliter facere velit, possit ei de iure resisti: Vt habetur in d. l. omnes, C. de decurio. libr. x. & in Auth. quomodo oporteat episcopos. in §. fin. colla. ii. Hanc opinionem tenet Hippoly. in d. l. edictum. nume. 3. quem sequitur Thom. Gram in d. voto. j. nu. 15. & in voto. xxxii. nu. 24 Pro qua opinione est glo. in c ex literis, in verb. denuntietis. de offi. deleg. vbi dicit quòd iudici male exequenti, violenter resisti potest, etiam per tert iũ cuius nihil interest, vnde dicitur Prouerb. 24. & 81. Psal. 80. capit. quòd quis potest eripere condemnatum ad mortem, etiã propria authoritate: & per vim quando est iniuste condemnatus, facit glo. notab. in c. non inferenda, in glo. si xxiii. q. iii. text. in l. contra præcepta nostra, C. de exequuto. & exacto. lib. xii. Pro qua opinione etiam facit quod notat Bal. in l. addictos, C. de episcopa. audien. Specula. in tit. de citatio. in §. sed nunquid. Et hanc opinionem illarum glo. vbi notab. prosequitur hanc materiam, tenet vltra Felin. in d. c ex literis, qui expressè illam glo. sequitur, Chassa. in consuetu. Burgun. in titu. *des iustices*. Rubrinc. j. §. vii. fol. 75. col. iii. nu. 5. eandem opinionem tenat Thom. Gram. in consi. lvi. nu. 26 in consi. crimi. Deci. in consi. ccccl xix. nu. 3. Ioan. Bernar. in pract. capit. 95. Matth. de Affli. not. in consti. Neapo. lib. j. Rubr. viii. nu. 78.

9 Amplia nono, cùm hodie non sint decuriones: id quod suprà de decurionibus dictum est habere locum & extendi ad consiliarios ciuitatis, vt si ciuitas habeat consiliarios idem erit, nam consiliarii ciuitatum decurionum instar obtinent: Vt est glo. in Rubri. C. de decurio. libro x. & ibi expresse Docto. præcipuè Pyrrhus Engleber. in dicta Rubric. illam gloss. sequitur etiam Barto. in l. non ambigitur, nume. 4. in fine, ff. de legib. Lucas de Penna in l. nominationum, in ij colum. C. de decurio. libr. x. & expresse Iacobus Rebuff. in dicta rubric. subdit, quòd cùm consules ciuitatis sint loco ipsorum substituti, habent idem priuilegiũ quod ipsi decuriones: arg. l. filiæ

in § fina.ff.de condi.& demonst.& in l.si donatæ.in §. sponsus.ff.de donat.inter vir. & vxo. Quod maximè intelligit ibi Iaco. Rebuff. de consulibus ciuitatum & magnorum locorum,& nobilium, non autem de consulibus opidorum,argu.tex.in l.athletæ.in §.gentiũ. d.l.propter magistratum.ff.de admini.tutorũ. & quòd consules ciuitatum nostri temporis habeant idem priuilegium quod decuriones vt non quæstionentur,tenet vltra Ioan.de Platea.& Doct.in d. Rubri.Salice. vbi dicit ita tenere Docto. in d. l. diuo Marco. C.de quæst.eandem opi.tenet glo.in l.nulli.in verbo,ordo.ff.quod cuiusque vniuer.nomi.& Tho.Gram.in d.voto.j.nu 21.[& ĩ voto.xxxii. nume. 20.

10 Amplia decimò procedere etiam in nobilibus, nam nobiles torqueri non possunt. Iste est casus notabilis & non alibi, in l.nullus. in versi. vel generis. C. ad l.Iul. maiest. Probatur de iure Regio in d.l.iiii.& v.titu.ii.lib.iiii.Ordin.& quis dicatur nobilis ponit l.ij. & iii.titul.xxi.par.ii. & l.lxxxvi. Styli.& de forma probandi nobilitatem vide in Pragmaticis antiquis, fol. 173. & vide suprà posita in reg.lxix.

1 Vltra suprà dictas limitationes limita primò non habere locum consulto Principe; nam si princeps super hoc consulatur,bene potest torqueri. Ita probat text. in dicta l. nullus. & ibi Bald. C. ad l. Iuli. Maiesta.

2 Limita secundò quandocunque ante dignitatem gessit aliquod officium, scilicet si erat tabellio, & dubitatur de fide alicuius scripturæ, quia in tali casu torqueri potest vt aperiat veritatem. Tex. est notab. qui hoc probat in l.si quis decurio. C. ad leg. Corne. de fals.& de iure Regio in l. ii.tit. xxx.par.vii. & ibi hoc expressè tenet Montal.Pro qua limita.facit quod notãter tenet Ias.in l.ex facto.nu.30.ff.de vulga.& pupi.& in l.si seruum. nu. 6.ff.si ex noxa. cau.aga. vbi hoc expressè firmat.

3 Tertiò fallit,nam licet clerici in sacris constituti priuilegia militum ad eos extendantur, vt prosequitur Alex.in l. Centurio.ff. de vulga.cùm miles dicatur cœlestis militiæ,nã talis clericus hoc non obstante bene potest torqueri si cõtra eum sint iudicia. Ita notab. tenet Abb.in c.grauis. de deposi.nu.6.& hanc opinionem sequitur Felin.in c.olim.nu.2.versi.tertius casus.de rescrip. & in c.at si clerici.nu.6.versi.iii.restringe.de iudi.Hanc opinio.vbi latissimè eam examinat,tenet Alcia.in c.j.nu.43.de offic. ordina. Contrarium tamen opinionem tenet expressè Abb.antiquus in d.cap. grauius. de deposi. imò quòd ad hoc vt clericus possit torqueri non sufficit quòd adsint indicia contra eum, nisi sit infamatus. Quam opinionem sequitur Ioan. Andr. in c. cum in contemplatione. & ibi Abb.sibi contrarius,de regul.in antiquis.& illud dictum Abb.antiqui communiter approbari tenet Card. in dicto cap. j.nu.4. de deposi.& in d.c.cùm in contemplatione.q.xi. sequitur etiam Ioan.de Anan.in cap.i.nu.7.de cleri.percusso.Alexan.in additio. ad Bart.in

l.j.

l.j.in num.5.ff.de pen.idem in eiusdem Addit.in l.milites C. de qõ. Anto.de Butr.in d.ca.grauis nu.14.in fi.de deposi.Feli. in c.veniẽs. el j.nu.4.de testib.quam opinionem dicit omnes tenere idem Feli. in ca.vniuersitati.nu.2.de senten.excomm.& in ca.de hoc.de simo. num.2.hanc etiam tenet Ange.Aret.in tract.malefic.in verbo, fama publi.nu.102.And.Barb.in cap.si constiterit in 3.col de accus. Hippoly.in pract.crim.in §.nunc videndum num.51.& in §.expedita. nume.40.& in sing.55.& in l.edictum.nu.9.& in l.quæstionis habẽdæ.nu.76.ff.de quæst.& in repe.rub.ff.de fideiuss.nu.126.& in cõsi. 41.num.6 quam etiam sequitur Felin.in ca.cum oporteat.versicu. vnum tamen singulariter nota.num.7 de accu. eandem opinionem sequitur expressè,vbi eam nimis exaltat Io.Constant.in glo.ad cõstit.Regias Galliæ,artic.clxiij.fol.294.col.j.Philip.Deci.in cap.at si cleric.nu.126.de iudic.eandem opinionem tenet expressè Io.Bern. in pract.cap.cxvij.col.1 & 2.& in reg cxxv.in 3 sublim.Steph.Aufred.in tract.de potestate seculari super ecclesi.personas,in regu.3. num.17.Bon.de Curtili in tract.de nobilitate,in 5.par.nu.7. Ias.in l.magistratibus nu.7.ff.de iuris.om.iud.Tho.Gramm.in voto 11.nume.15.& in consi.65.nu.3.in consi.crim.& hæc opi.videtur magis vera & communis,vt ex s̃.dictis apparet.

4 Quartò limita nisi iste talis renuntiauerit iuri suo & priuilegio, nam in hoc casu bene poterit torqueri, cùm in causa criminali valeat renuntiatio,Vt est glo.notab.quam ibi sequitur Ange. in l.j.in verbo,audiendi sunt ff.de furi.& Balnea.idem Ang.Fulg.& Pau.de Cast.in l.pactum inter hæredem C.de pact.vbi dicunt ꝙ iudices maleficiorum quotidie faciunt inquisitos renũciare defensiõibus suis. Hanc quæstionem mouit Deci. vbi relinquit cogitandum, in l.nemo fraudare nu.9.ff.de regu.iur.

Contra quam limitationem, imò quòd suprà dicta renuntiatio non valeat cùm causa criminalis sit,& ex eo veniat imponenda pœna corporalis,est glo.notab.quæ hoc tenet in d.l.pactum inter hæredem.in verbo liceat.ff de pact.quæ gl. communiter approbatur à doct.& eam sequitur expressè Ioan.de Imol. in l.custodias nu.3.ff. de publ.iudic.Bald.in c.cùm non ab homine nu.8.de iudi. & in cap. cùm venisset num.7.de testib.idem Bald.in l.vnica,nu.24.C. de cõfess. vbi dicit quòd in tantum procedit quòd etiam si in tali renunciatione iuramentum interuenerit,non valet.& illam glo. sequitur Ias.in l.si quis in conscribendo.nu.18.C.de pact.& in l.4.in §. quæsitum.ff.si quis cautio.Pro qua opinione gl.est tex.in l. non tantũ. ff.de appella.& in l.liber homo ff.ad l.Aquil.quod notat Hippol.in singu.651. circa quam glo.vbi not.eam declarat,vide Ias.in d.l.pactum inter hæredem num.12.

5 Et circa hanc regulam vide Cifuentes in d.l.lxxix. Tauri. Paul. Grillandum in tract.de quæstion.& tortura,in 6 q.Hippol.in pract. in d.§.expedita nu.26.& in d.l.edictum.nu.3.& Ang.Aret in tract.

maleficiorum,in verb.fama publica.numero 102.vbi nota. ponuntur personæ quæ de iure torqueri non possunt.

REGVLA CXCI.

DEFENSIO licita est pro tuitione rerum,vt occidendo quis non teneatur. Hanc regulam probat gloss.& ibi Barto num.6.in l.vt vim ff.de iustit.& iure.idem Bart.in l.j.num.2.& 7.C. vnde vi. & in l furem num.2.ff.ad l.Corne. de sica. Eandem regulam ponit glo.in l itaque.in verbo,latronem.ff.ad l. Aquil.Doct.in cap.2. & in c.significasti.el 2.de homicidio.pro quo est tex.in d.c.2.ibi,te tuaq; liberando. De iure regio probatur in l.iiij.titu.xiij.lib.8. ordin.& in l.j titu.xvij.libro iiij.fori.& l.iij.titu.8.parte 7. Hanc regulam probat tex.iuncta glo.ibi in verbo,vitam.quam ibi ad hoc expressè notat Bald.in l.aduocati.C.de aduocat.diuer.iudi.idem Bald.in l.si suis nummis C.de operis liberto.& in l.2.C.de constitu.pec. Ioan. ab Ana.in cap.2 & in cap.persodiens.de homicid. Cardina.in Clemen.j.de homi.Aret.in consi.lxxx.nu.8.Hippoly.in consi.4.nume. 8.& 22.& in l.furem nume.3.ff.de sicar.Matthæ.de Afflict.in constitu.Neapol.lib.1.rubri.xiij.nume.20.& 51. tenet Ias.in princip.Institu.de actio.num.69.Deci.in d.l.vt vim.num.31.Chassanæ.in consue.Burgund. vbi notabiliter examinat hanc regulam,& allegat iura pro ea & fundamenta,in titu. *des iustices*. Rubri.j.§.quinto fol. 42.colum.2.nume.11.

Hanc regulam cum tribus amplia.& quatuor limit.ponit Ias. in d.l.vt vim nu.23.quem refert Berna.de Luco in reg. 507.

1 Amplia primò vltra Ias.si inferatur vis ædificando,nam licet resistere,vt in l.si vitem in §.ad ianuam.ff.quod vi aut clam.& in l.de pupillo in §.meminisse ff.de no.ope.nun.

2 Amplia secundò si inferatur vis turbatiua,Vt in l.4.in §.cùm generaliter . & in l.cùm fundum.& in l.j.in §.vim.ff.de vi & vi arma. Bar.in l.j.in §.hoc interdicto.nu.3.ff.de itine.actuq; priua.

3 Amplia tertiò quòd liceat pro defensione rerum,cõgregare amicos , & amici & vicini mei possunt eum qui vult expellere me de possessione mea impunè percutere.Ita notab.firmat Bar. in l.de voto.C de meta.& epideme.lib.12.& in l.prohibitum C.de iure fisc.li. 1.quem sequitur Corset.in singul.in verbo,defensio.el.2. Alexã.in consi.cxix.col.2.vol.7.Hippoly.in singu.456.Ias.in l.vt vim.nume. 30.ff.de iustit.& iu.

4 Amplia quartò habere locum pro defensione dignitatis & officij etiã ex interuallo.Ita tenet Bal.in repe.l.j.nu.6.C.vnde vi.per tex. in l.item apud Labeonem in §.adijcitur.ff.de iniur.

Vide Regulã 55.

REGVLA CXCII.

DEFENSIO cuilibet permissa est. Hanc regulam probat tex.

tex.in l.j.in §.cùm arietes.ff.si quadru paupe. fecisse dica. & in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.& in §.quod verò. Institu de iure natura. gen. & ciui.& in Clemen.j.de homicid. Circa quam regu. vide posita suprà in præcedenti regula.& Hippoly.in singul.c.& in l.is qui aggressorem.vbi est tex pro hac reg C.de sicarijs. Abb.in cap.olim.el 1 .nume.15.cum alijs,de restitu.spoliato.& ibi Docto. Ange. in tracta.maleficio.in verb.& Titius se defendendo nume.7. Hippol.in l. 2 num.34.ff.de sicar.& in consi.4.nume.7.& Matth.de Afflict in cõstitut. Neapoli.lib.j.rubri.8.nume.72.Catelleia.Cotta in Memorabi.iuris,in verbo, defensio.

1 Primò amplia habere locum in Cardinalibus, nam pro defensione corporis licitum est offendere etiam Cardinales. Ita est gl. notab.in c si.in verbo,percusserit.de pœn lib.6.& ibi Ioan.And.quam gl.sequitur Ang.in l.vt vim.ff.de iust & iu.& ibi Ias.nu.1. & Phil. Deci.nu.7.Curti.Sen in consi.xx.nu.39.

2 Amplia secundò habere locum etiam in clericis,Vt est gl. in summa 23.quæst.j.habetur in cap.cum voluntate.de senten. excomm. ita tenet Hippo.in consi.4.nume.5.pro qua opinione facit notabile dictum Ioan.de Lign.in tracta de iusto bello. vbi dicit ꝙ si clericus ad altare celebrans inuaditur ab aliquo, licitè potest dimittere celebrationem & se defendere,& si in illa rixa se defendendo occidit aggressorem,potest in continẽti redire ad altare & Missam perficere. quod dictum refert & sequitur Abb.in ca.clerici el j.nu.2.de vita & honest.cler.Maria.Soc.in repet.c.ad audientiam nu.40. de homici. Hippoly.in l.his qui aggressorem.nu.2.C.de sica.Deci. in l.vt vim nu.6.ff.de iusti.& iure.

3 Amplia tertiò non solùm habere locum quandocunq; imminet periculum mortis,sed quandocunq; imminet periculũ alicuius iniuriæ personalis. Ita tenet Bar.in l.j.col.2.C. vnde vi. quem sequtur Ant.de Butr.in c.olim el j de resti.spol.& Ale.in con.cix.col.5. vo. j.& hoc esse verum firmat Ias.in d.l vt vim nu.10 & 36.& no. Ang. in d.l.is qui aggressorem nu.2.in fi. vbi dicit ꝙ istud dictum debet esse semper mente tenendum,quia ex eo datur lucrari multas pecunias, & ita dicit consuluisse in ciuitate Venetiarum, vbi liberauit quendam captum à pœna mortis.quod intelligit no.Pau.Pari.in c. dilectæ fili.nu.36.de excep.

4 Amplia quartò habere locum etiam in minatore, nam minator potest occidi à minato.pro qua opinione est glo.in c.cum dilectus. in verbo,violentia.quod met.cau.quod tenet Bal.in l.metum in fi. C.eo.ti.& in l.fi.nu 4.ff.de hære.insti.& ibi expresè Ioan.de Imo. & hanc opin.tenet Abb.in c.j.de offi.deleg.& ibi Feli.nu.2 idẽ Felin.in ca.afferte nu.12.de præsum.& in c.sicut dignum nume.12.de homic Marian.Socin.in cap.ad audientiam nume.38 eod.titu. Ioã. de Platea in §.ius autem gentium nu.43 Institu. de iure natu.Panor.in c.scribam.de præsump.& in c.quod dicitur de ver.sign.Montal.in l.3.titu.13.par.2.

Quam ampliationem veram intelligo quandocunque ille qui minatur, solitus est minas exequutioni mandare. Ita concludit Angel. de Peru. vltra suprà dictos Doctor. in consil. ccxv. Pet. de Ancha. in consi. ccxcix. Chassanæ. in consuet. Burgun. in titu. *des fiedz*. rubri. 3. §. j. fol. 102. colū. 3. nume. 4. pro qua opinione est glo. in dicto cap. cum dilectus.

Secundò intellige hanc Ampliationem secundum Bald. qui melius loquutus fuit quàm alibi, in l. j. C. quando liceat vnicuiq; sine iudi. se vindi. quandocunque minans est in actu percutiendi; alias non licet minatorem occidere. quod tenet etiam idem Bald. in tracta. statutorum, in verbo, pax. versicu. j. quod dictum sequitur Ias. in l. vt vim. nume. 13. ff. de iust & iur. & in l. j. nume. 46. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. Ange. de Peru. in l. quemadmodum. C. de inoffi. testa. Anto. Corset. in singul. incip. metus. Hippoly. in sing. 640. & in pract. criminali, in §. diligenter nume. 87. & in l. j. in §. præterea. nume. 22. ff. de quæstio. Matthæ. de Afflict. in constitu. Neapo. li. j. rubri. viii. nume. 52. In quo notandum est quòd quandocunque minator solitus est minas exequutioni mandare, & est vir potens, est præsumptio contra ipsum ad torquendum eum. ita tenet Specu. in titu. de præsumptio. in §. species versi. sed pone. Alberic. in l. metum. C. quod metus cau. Bald. & Ioan. de Imo. in d. l. fina. ff. de hæredi. instit. Ias. in l. i. C. de seru. fug. Felin. in cap. cum oporteat nume. 9. de accusatio. & in d. cap. afferte. nume. 12. de præsumpt. Panor. in d. ca. scribam nume. quarto Albertus Brun. in tracta. de iudicijs colum. 13. versicu. quæro vlterius. Angel. & ibi Augustin. Arimin. in tract. maleficiorum in verbo, fama publica num. 39. Hippol. in d. §. diligenter nume. 85. & in consi. iii. nume. 13. Stepha. Bertran. in consi. j. nume. 7. volum. j & in consil. 127. num. 12. volum. 2. & in consil. 293. num. 17. volum. 3. in libris secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit esse communem Marc. Anton. Blanch. in repetit. l. fin. nume. 183. ff. de quæst. & hæc opin. probatur in l. lx. in ll. Styli. Pro quo facit, nam ex solis minis inducitur capitalis inimicitia, vt in l. licet in verbo, capitales ff. de arbi. quam glo. sequitur Chassan. vbi suprà nume. 11. Et non solùm ex minis oritur capitalis inimicitia, vt suprà dixi, sed etiam ex iniuriis verbalibus. ita tenet Bal. in c. veniens in fi. per illum tex ff. de iuretur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus C. de procurat. quod dictum dicit esse notādum Chass. vbi suprà. & illud dictum sequitur Hippoly. in consil. 3. nume. 12. & in d §. præterea nume. 23.

5 Amplia quintò in tantum procedere ꝙ si aliquis est percussus ab aliquo, & ille percussus insequitur vulnerantē qui fugiebat, & eum occidit, licet nō sit se defendendo, nō debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna. Hoc fuit notabile verbum Iaco. de Are. in l. j. C. vnde vi. nume. 8. eandem opinionem tenet Anto. de But. in ca. olim el j. nume. 37. de restitu. spoliator. & ibi Abb. num. 15. quos sequitur Fran. Are. in con. 80. num. 9. Ange. in tracta. malefi. in verb. & Titius

se defendendo.nume.36.& ibi August.Arimin.vbi dicunt quòd secū dum hoc dictum consuluit Bald. in ciuitate Papię. sequitur etiam Hippoly.in singul.100.& in l.is qui aggressorem.nu.18.C.de sicar. & l.58.Styli.& quia in contrarium videtur.l.lix.Styli, vide Couarru.in 4.2.par.c.7.§.7.nu.11.

6 Amplia sextò habere locum quòd si aliquis se defendendo occidat suum inuasorem,non incidat in irregularitatem. & licet in hoc olim essent diuersæ opiniones,de quibus per glo. mag.in c.sicut dignum.in §.clericus,& in c.fin.de his.el 3.5.distin.& in Clemen.si furiosus. de homi. tamen hodie hoc est expressè determinatum per tex.in d.Clemen.si furiosus.& sic dico quòd occidens aliquem non voluntarie neque ex proposito,sed solùm ad suam defensionē, quia aliter non poterat à morte euadere, non incidit in irregularitatem per illum tex.& ibi omnes Doct.idem voluit gl.in summa 23.q.j.gl. & ibi Abb.in c.sicut dignum.nu.14.de homici.Quod tamen est verum quandocunque mortem propriam aliter euadere non poterat. ita probat tex.in d.Clemen.si furiosus.& ita per illum tex.tenet idē Abb.in c.olim.el 1.de restit.spolia.nu.17.& in c.clerici.el 1.de vita & honesta.cleri.nu.2 Felin.in c.dilecti filij.nu.14. de exceptio.

1 Limita primò quando inuasus est constitutus in periculo uitæ, sed quando non esset ita angustatus uel in periculo vitæ constitutus tunc non licet ipsi inuaso occidere aggressorem. Ita probat tex.in d Clemen.si furiosus.& in l.is qui aggressorem.in versi. in discrimine vitæ cōstitutus.C.de sicar.& in l.j.in versi.cum moderamine.C. vnde vi.& ibi glo.magistra.& in l.scientiam.in §.qui cùm aliter.ff. ad l.Aquil.& in l.j.in §.vim vi.ff. de vi & vi arma. Et dicitur quis constitutus in discrimine vitæ, & licet illi occidere aggressorem eo ipso quòd terror armorum sibi infertur, ut habetur in l.licet.in §. armatæ.ff.de vi & vi arma.& in l.sed & si quemcunque, in princi.ff. ad l.Aquil.vbi hoc voluit glo.& Doct. Floria. de sancto Petro in d. §.qui cùm aliter.nu.4.Cæpol.in consi 29.nu.13.in consi. crimina. Angel.in tract.maleficio.in verbo, & Titius se defendendo, nu.11. facit quod notat Bartol.per illum tex.in l.sed & si quemcunque,numero 2.ff.ad l.Aquil.vbi firmat quòd eo ipso quòd probo aliquem venire contra me gladio euaginato,& ego eum occidi, quòd tunc probata est defensio mea.quem sequitur Ioan.de Ana.in c.si perfodiens nu.5.in fi.& in nu 6 de homici.vbi dicit quòd visus armorum affert iustum metum mortis.quod etiam tenet Bald.in d.l. sed & si quemcunque,vbi dicit hoc esse notandum. illud dictum sequitur etiam Ias.in d.l.vt vim.nu.9.Cæpo.in d.consi.29.nu. 14. facit quod notat gloss.in l.1.C.vnde vi.vbi dicit quòd sufficit terror armorum vel iactatio persecutionis.

2 Limita secundò non procedere in bannito, quia is non potest se defendere,& si quem occidat se defendendo,punitur,ex quo vbi licita est offensio, reprobata est defensio. Ita concludit Bartol in l.vt vim.nu.4.ff.de iusti. & iur. quē sequitur Nellus de sancto Gemi.vbi

arguit

arguit ad vtranque partem,in tract.bannitorum,in 2. par.2.tempo. q.49.nu.49.& Philip.Deci.in d.l.vt vim.nu.3.Hippoly.in pract.crimi.in §.aggredior.nu.75.& Nellus vbi suprà concludit quòd bannitus occidens ad defensionem, punitur directa legis Corneliç, & de dolo,cùm sciebat se non posse defendere. Contrariam tamen opinionem tenet Bal.in l.j.nu.51.C.vnde vi.& in d.l.vt vim.nu.3.Cardi.in Clemen.j.nu.32.de homici.Ratio in qua se fundant est supradicta regula,scilicet quòd defensio est de iure naturali.d.l.vt vim.& Clemen.pastoralis de re iudi.& non potest à Principe tolli:§.sed naturalia quidem iura.Institut.de iure natu. facit quod notat Bald. in c.à nobis.nu.6.de exceptio. vbi dicit quòd statutum tollens defensionem debet intelligi de ciuili,non autem de naturali.quem sequitur Felin.in cap.dilecti.nume.6.eod.titu. In qua quæstione Paul. Castren.in d.l.vt vim. naturabiliter distinguit authoritate Ioan.de Ligni.in tracta.de bello,cap. 88. quòd aut statutum dicit bannitum posse offendi,& tunc non est licita defensio bannito, ex quo vbi offensio permittitur, reprobatur defensio. Aut dicit quòd occidens bannitum non puniatur,& tunc licet se defendere, ex quo non est permissa offensio, sed est impunita quem sequitur Hippoly.in d.§. aggredior.nume. 78. quod tamen intelligo verum ac habere locum quandocunque maxima sub sistente causa tollitur hæc defensio naturalis,cũ subsistẽte maxi. causa tolli possit ut no. Ang.in l.si sic.ff.de leg.j.& ibi Alex. Idẽ Alexã.in l.cùm mulier.nu.12.ff.sol.matri.Alberti.in l.omnes qui.C.de episcop.& cleri.vbi plura adducit in quibus defensio tollitur.facit tex.in l.addictos.C.de episco.audien. & ita tenet expressè Philipp. Deci.in d.l.vt vim.numero 3.& 4.quod ante eum tenuit Floria.in l.j.in §.cùm arietes.numero 3.versi.quod tamen dixi.ff si quadrup.paupe fecis.dica.per tex.in l.milites agru.in §.irruens.ff.de re milita.& in l.si seruus.C. de his qui ad eccle.confu.& in l.itaque.ff.ad l.Aquil.de quo etiam uide no.per Felin. in d. c.dilecti filij.numero 7.de exceptio.

3 Limita tertiò in filio contra patrem, & in seruo contra dominũ. Ita tenet Bart.in d.l.vt vim.secundum Hippol.in practica,in d.§.aggredior.nu.79.vbi tenet quòd si pater aut dominus verberet filium aut seruum,si filius aut seruus resistat, licet patri uel domino occidere filium uel seruum impunè,per supradictam rationem glo.in d. l.vt vim.Nam ex quo licita est offensio patri in personam filij,& domino in personam serui,ut latè concludit Alciat.in tract. præsump. in 1.regu.præsump.3.per totam. facit text.in l. 1. 2. 3. & 4.C.de patria potesta.& per totum.C.de emendatione seruorum & propinq. non est licita defensio contra eos, ideò pater & dominus occidere possunt,ita concludit Hippoly.vbi suprà Sed Bartol.in d l. vt vim. hoc non dicit,sed ibi nu.4.dicit quòd non licet filio se defendere aduersus patrem verberantem,non tamen dicit quòd si pater occidat non teneatur.imò expressè Felin.tenet contrarium in d.c.dilecti filij.de exceptio.nu.7.in casu quo pater aut dominus non verberaret

animo

animo corrigēdi, sed potius occidēdi, nā filio licet ei resistere, vt ibi.

4 Limita quartò in officiali. nam non licet aduersus officialem exe quentem resistere & se defendere: Vt in l. si seruus |& ibi notat Bar. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. fina. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindi. Cataldus in tract. Syndica. nu. 172. Ioan. de Imo. in l. ex consensu. in §. fi. ff. de appella. nu 39 facit glo. in d. l. vt vim ff. de iusti. & iu. quæ dicit quòd officiali iniuriam facienti non licet resistere, nec se defendere contra eum. Facit quod notat Aristotel. lib. 5. Ethicorum, cap. 5. vbi dicit quòd si principatum habens percuti- at, non debet repercuti, ex quo violentia à superiore iustè infertur. facit etiam text. in ca nolli, in fin 23. q. j. item etiam facit c. bona. de ætate, & qualitate vbi imponitur pœna ei qui manus intulit suo du ci. & facit c patet. 9. q. 3. facit etiam Ecclesiast. c. 4. vbi dicitur, noli resistere contra faciem potentis. Et sic non sine causa princeps secu laris portat gladium ante se, ad denotandum quòd subditi eorum su perioribus non debent resistere, ut dicit Apostolus ad Roma. ca. 14. Ideò Luc. in Euang. 10. c. dicit, qui vos .s. iudices mundi spernit, me spernit. facit pro hoc tex. in l. addictos. C. de appella. vbi nullo modo via facti licet resistere iudici quando aliquid facit vt iudex. Pro quo facit quod not. in c. si quando. de officio deleg. Et hanc opinio. te net Hippoly in l. j. nu 78. ff de sicariis. Quod tantùm intellige vt di- xi suprà in regu. 190. ampliat. 8.

REGVLA CXCIII.

DEIICIENS aliquid in via vel effundens, tenetur ad pœnam dupli. Hanc regulam probat text. in l. 1. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

1 Limita primò si effundens aut deiiciens ter proclamauerit ea qui dem voce vt audiri & casus euitari possit, tunc enim nō tenetur. Ita probat tex. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. & in l. inter. §. qui suscepe- rit. ff. manda. & in l. qui foueas vrsorum. ibi, si neque denunciatū est. ff. ad l Aquil. De iure Regio est tex. in l. 4. titu. 8. par. 7.

2 Limita secundò si via sit qua vulgò non commeatur, & eiectum vel effusum sit. nam cùm locus remotus sit, etiam si modò cœperit commeari, regula non habet locum, Vt in l. 1. in §. 1. ff. de his qui de iece. vel effude. diuinare enim non potuit an aliquis per eum locum transiturus esset, ut in l. si fideiussor. in §. si cum debitor. ff. manda. & in d. l. si putator. in fin.

3 Limita tertiò quando interdiu deiectum est, non autem cùm no- ctu: Vt in l. hoc edicto in § Labeo ait. ff. de his qui deie. vel effude. tamen in urbe & noctu iter fieri solet, ideòque siue diu siue noctu quid effusum est, teneri puto, vt videtur sentire glo. in d. §. Labeo ait. in verbo, non noctè.

4 Limita quartò non habere locum in hærede. Ratio, quia pœnalis est, vt in l. si verò plures. in §. hæc autem actio. & in §. fina. ff. eod. tit.

titu.& pro hoc facit quòd suprà dixi in regu.13.

5 Limita quintò non habere locum in hospite qui diuertit, sed in eo qui hospitium dedit, vt in l.1.in §.hospes.ff.eo.tit.

REGVLA CXCIIII.

Limita primò quando scholaris esset ignotus: nam tunc non tenebitur dominus domum vel equum locare, non datis sibi fideiussoribus: quia priuilegium debet intelligi sine præiudicio alicuius: ut in l. impuberi. ff. de admini. tuto. & in l. ij. in §. merito. ff. ne quid in loco publi. in l. neque auus. C. de emancipat. libe. ita tenet Iacob. Rebuff in d. priuil. vij. num. 6.

Limita secundò non habere locum in scholari qui non studet nec intrat scholas. Ita tenet Cuma. in l. j. ff. solut. matrim. per tex. in l. qui duas. in § penul. ff. de excusa. tuto. facit etiam gloss. in c. porrectum. de regula. & in cap. ij. de statu monacho. gloss. in verbo, commorantibus. in procem. vi. & ibi docto. Pro qua opinione facit: nam scholaris quamuis sit scriptus in matricula, si non studet nec intrat scholas non gaudet priuilegiis scholarium. ita tenet Bartol. in l. qui sub prætextu. C. de collegiatis & chartopratis & numulariis libr. xi. per text. ibi. & in l. qui sub prætextu. per illum tex. C. de sacrosanctis eccles. & in l. semper. in § fina. ff. de iure immuni. Bald. in Authent. habita. in vi. col. C. ne filius pro patre. & in procem. ffortum, penul. col. Abba. in c. 1. in fine, de iudi. Alexan. & Iason in l. scriniarios. C. de testam. mili. Alberi. in l. nec non. ff. ex quibus causis maio. Felin. in dicto. procem. Greg. nu. 43. pro qua opi. est tex. in c. cauere. xxii. quç. v. vbi probatur quod ille qui dicit se esse Christianum, & non facit opera Christi, mentitur. hanc opinionem tenet Petrus Rebuffus in dicto tracta. de priuileg scholar. in iii. priuilegio, numero 11. Contra quam opinionem tenet idem Bar. in l. 1. C. de tyroni. lib. 11. nu. 1. vbi concludit quòd scholaris quamuis vagus gaudet priuilegio scholarium. Facit glo. in d. procemio vi. in verbo, commorantibus. vbi tenet quòd scholaris existens in studio, quamuis parum studeat, nihilo minus gaudet priuilegiis scholarium. idem tenet ibi Geminianus in vltima col. vbi dicit quòd ita fuit aliàs iudicatum. Pau. de Leazar, & ibi Canonistæ, præcipuè Car. in nu. 3. in prin. quam opinionem sequitur Iason. in d. l. 1. numero 50. ff. soluto matrim. vbi dicit quòd si scholaris honeste viuit, licet non studeat, gaudet priuilegio scholarium. quam opinionem Ias. reprehendit ibi Ripa nu. 138. Sed ipsemet Ripa in c. primo, numero 94. de iudiciis. concordat has opiniones: scilicet quòd si non est omnino vagus, & aliqualiter studet, licet parum, dummodò honestè viuat, vt suprà dicunt Car. & Iason, gaudet priuilegio scholarium.

REGVLA CCXIIII.

DOMINVS potest compelli ad tradendam possessionem vacuã Vasallo: nec liberatur præstando interesse, quandocunqoe fecit inuestituram abusiuam & impropriam. Quam regulam probat tex. in

c. i.

c.1.in §.si facta. si de feudo defuncti contentio sit inter dominos & agnatos Vasalli in Vsib.feud.& in c.1 § fin.& ibi communiter doc. de noua forma fidelit.& sic tenebitur præcisè tradere possessionem vcuá vt dicit glo.in d.§.si facta debet. n. esse vacua:non impedita per alium:sed vacua ab omni impedimento:ut notatur in l.cùm res. C.de probatio.& in l.improbat.C.de acquirenda possessio. in l.2.& 3.ff.de actio.emptio.notatur in c.2.vt lite penden.lib.6. & ita notabiliter concludit Matthæus de Afflict.in d.§ si facta.nu.1. Soci.Iun. in consi.lxxv.nu.33.vol.1.

1 Amplia primò etiam si dominus tradidisset possessionem semel, & Vasallus posteà cecidisset,& adhuc possessio esset penes dominū. Ita concludit Bald.in d.§.si facta.per text.in l.corruptionem. C.de vsufruc.facit etiam tex.in l.sed si possessor in prin.ff de iureiuran.& in l.inter Castellianum.ff.de arbit . & ita expresse tenet Matthæus de Afflict.in dicto §. si facta . numero 39. & sic dominus tenetur ad duo,scilicet ad tradendum & patientiam præstandam in futurum: argu.l.Plotiana.ff.de iure codicil.& in l. verbum oportere . & quod ibi not.ff.de verborum signifi.notabiliter limitat Iacob.Aluar.in d. §.si facta.numero 7.nisi de nouo esset exorta aliqua exceptio aduersus Vasallum,quæ possit excludere ius ipsius, sicut præscriptio:vt in d.l corruptionem.circa medium,cum ibi nota. C.de vsufruct.

1 Limita primò nisi dominus prius fecisset inuestituram abusiuam: alteri verò fecisset veram inuestituram , ponendo eum in possessionem:quia tunc præfertur secundus.ita tenet glo.in d.§.si facta.& est tex.nota.in l.quoties.ff.de rei vendi.& ita tenent omnes Doct.in d. §.si facta præcipuè Matth.de Afflict.notabi.nu.13. & ibi Alua.num. 8.vbi notabiliter declarat hanc limita.

2 Limita secundò quando dominus fecit inuestituram de re propria, cuius tradendæ habet facultatem : secus autem si de re aliena vel alteri obligata quam tradere non potest : quia tunc non potest cogi præcisè ad tradendum, sed liberatur dando aliud feudum æqui pollens. Tex.est & ibi Doctor. in c.1.in princ. de inuestitura de re aliena facta.in Vsib.feudo.

3 Limita tertiò quando dominus non fecit inuestituram,nec verè, nec abusiuè:sed solùm promisit feudū dare: quia ex tali promissione non pōt dñs præcisè compelli ad tradendam possessionem. Ita tenet And.de Iser.in d.§ si facta.quē sequitur Matth.de Affli.ibi num.28. Ratio est:qa non est feudū:ut in c.1.quib.mo.feu consti.pōt. Sed in hoc casu iste talis tenē ad interesse,ar.text.in l.2 ff.de actio.empti. facit etiā tex.in l.si quis ab alio.ff.de re iudi. & hanc opin. sequitur Alua.in d.§.si facta.nu.8.& in c.1.in § fi.de noua forma fidelit.

4 Limita quarto quando primò inuestitus , fuit adeptus possessionem,& dominus inuestiuit secundum ignorantem , & illi tradidit possessionem sciente primo,qui primus tacuit per annum: nam tunc secundus præfertur:quia prima inuestitura pro nulla debet reputari.Ita tenet Iacob.de Ardizone in rubric. quib. modis feu.acquira.

&

& in rubrica de contentione feudi.in §.si quem sequitur Aluaro.in d.§.si facta.numero 9.adducendo text.in d.c.j. in §. Titius.el j.si de feudo fuerit controuer.

REGVLA CCXV.

DOMINVS non potest alienare feudum Vasalli inuiti. Hanc regulam probat tex.in c.j.in §.ex eadem.de leg.Corra. & in c. Imperial.in § prætereà ducatus.de prohibi.feu.alie. per Fede. in Vsib. feud.glo.not.& communiter approbata in l. inuitus. ff.de fideicom. liber.& est simi.glo.in Authen.vt non fiant pignor.in verb.formam. colla.v Bal.in c.generali.in fi.verbis:si de feud fue.contro inter domi.& agna.& in c.j.in §.si quis miles.quo tempo.miles.in Vsi.feu. Et hanc opinionem tenet Hostien.& Ioan.Andræ. in c. dilecti.& ibi Cano.de maior.& obedi.doct.in l.filiusfamilias.in §.diui. ff.de lega. j.vbi Ias.in j.lect.nu.17.& in ij.lectu.nu.32.& ibi Ferdi. Loazes nu. 265.Chassa.in consuetu.Burgund.in titu.*des fiedz*.rubrica iij.§.viij. nu.51.fol.221.col.j.Cur. Iuni.in trac.feu.in vj.par.q.ij.nu.3.Feli.in c.ex parte.nu.1.de accusa.idem in d.c.dilecti.nu.j.col.ij.ver.hominibus inuitis.Ioan.de Neuizanis in consi.xij.nu.107. inter consilia Alberti Bruni.Paris.in consi.xxij.nu.70.& in consi.xxiij.nume.101.& 102.in j.vol Anton.Rube.in consi.xcvi.nu 2.Curt.Iunio. in consil. clxxiiij.nu.52.Rui.in consi.j.nu.9.lib.iiij.Aymon Crauet. in consi. liiij.nu.3.vol.j.Ripa notab.in lib.ij.responso.cap.xxv.nu.3.Bald.in cōs.323.col.ij.& in consi.cccxxvi.col.ij.in j.vol. & in consi.ccccx. col iij.vol.v.Alex.in consi.xxv.nu.21.volu.v.Barba. in consi.xi.nu. 16.& doct.in l.j.C.de nouati Io.Igne.in repet.l.donationes.nu.29. cum aliis.C.de dona.inter vir.& vxo. Hanc reg.cum duabus limitationibus ponit Soci.in reg.xxxvij.in posterioribus. Eandem ampliat vno modo,& limitat sex modis Ludouic. Gome.in §.item Seruiana nu.41.cum seq.Instit.de actio.

1 Vltra Gomez. autem amplio primò quòd prædicti Vasalli domino resistere possunt.Ita concludit Ioan.de Neuiza.post Bal.in dicto consi.xij.nu.113.facit text.in c.innotuit. de elect. vbi Papa non potest Abbatem inuitum transferre de vno episcopatu ad alium.ita tenet Petr.Rauennas in suo Alphabeto iuris in verb.quadriennii præscriptio.col.v.Imol.in Clem.j.ad fi.de foro compe.Bal. in consi.vlt. vol.j.Ioan.de Selua in tracta.de iureiuran.in iiij.par. quæst.j.nu.10. facit etiam pro ista amplia.tex.in l.nec magistratibus. ff. de iniur.& c ex literis. & c.si quando.cum ibi nota.de offic.deleg.& ita tenet Rip.in d.c.xxv.nu.23.

2 Amplia secundò,quòd si vasalli alienentur inuiti, non possint cogi iurare fidelitatem. Tenet Ias.nu.7.in l.debitorum. C.de pactis. post Cin.in l.j.C.de noua.Bald.& Doc.in l.ij.in §.fin.ff.solut.matri. idem Ias.in l.si non sortem in §.libertus.nu.27.ff.de condictio.indebiti.vbi se remittit ad ea quæ dixit in d.l.debitorum. Carol.Molin.

in

in consuetud. Parisien. viii j. in glo. iii. nu. 25.

3 Amplia tertiò, quod si maior pars consentiret sponte, & sine aliquo metu, cùm faciant contra libertatem, non possunt præiudicare non consentientibus: & esset standum minori parti nolenti consentire. Ita notab. tenet Ias. in l. iurisgentium. in §. hodie. nume. 8. versi. xiii. limita. ff. de pact. Facit quod not. Anchara. in consi. x. & clarius tenet in regula peccatum. q. viii. de regu. iur. lib. vi. vbi dicit quòd tunc etiam licet minori parti maiorem circumuenire: & in foro conscientiæ non tenetur sequi maiorem partem. Facit etiã quod notat Deci. in consi. xv. nu. 18. & istam opinio. tenet Ioan. de Neuiza. in d consi. xij. nu. 116.

4 Amplia quartò vt etiam ipsis consentientibus alienari, dominus eos alienare non possit, quandocunque testator prohibuit filiũ vel hæredem ne possit eos alienare: cùm prohibitio hominis iunctim cum legis prohibitione concurrat. argu. tex. in §. sanctissimas. in Authen. de alien. & emphi. colla. ix. Ita tenet Ferdi. Loazes in d. §. Diui. nu. 165. pro quo facit quod not. Bal. in c. j. in §. præterea. de capitu. Corra.

1 Limita primò procedere quando vasalli alienantur de per se cũ vniuersitate territorii. Ita tenet Bal. in c. fin. nu. 6. de offic. deleg. gloss. & ibi Bald. in cap. Imperialem. in §. præterea Ducatus. de prohibi. feu. alie. per Federi. in vsib. feud. facit tex. in c. ij. in §. ex eadẽ. de lege Corra. ita concludit Alex. in consi. xxv. nu. 21. vol. v. Panor. in cap. auditis. nume. 21. de præscrip. Zasi. in sua Epitome feudorũ, in vii. par. in fin. Carol. Molinæus in consuetudi. Parisien. in §. i. glo. iii. nume. 25 Pari. in dicto consi. xxiii. nume. 103. volu. i. De iure regio probatur in l. xv. tit. v. par. v. quod in tantum procedit vt in hoc casu vasalli inuiti possint alienari in inferiorem etiam rusticũ. ita tenet Bal. in d. c. i. in §. ex ea. de lege Cor. quem sequitur Ias. in l. si non sortem. in §. libertus. nu. 27. ff. de condi. indeb.

REGVLA CCXVI.

DONATOR potest reuocare grauamen in præiudicium tertii: & ideo si aliquis donauit fundum alicui vt post eius mortem esset talis ecclesiæ, donator in præiudicium ecclesiæ posset remittere ipsi donatario tale pactum. Quam regulam & opinio. tenet Bart. in l. qui Romæ, in §. Flauius. Herme. nu. 1. ff. de verb obli. & in l. si quis. ff de seru. exportan. Imol. in cap. potuit. num. 68. de locato. Alex. in d. §. Flauius, nu. 8. Roma. in l. sed si hac. in §. prostituta. num. 3. ff. de in ius vocan. hanc opin. Bar. dicit esse commu. Soci. in cõsi. cxv. nu. 12. lib. iiii. Ias. in l. fina. num. 5. ff. de pact. idem Ias. vbiuis dicit eam commu. & tenendam in d. l. qui Romæ. in §. Flauius. num. 14. & 16. & ibi Soci. nu. 16.

Hanc regulam limitat tribus modis Ias. in d. §. Flauius. num. 17. & ij. limitatio. Ias. ibi comprobat plene Cor. consi. 50. num. 14. vo-

lu.j.Parisi.consi.lxxvii.nume.15.volu.j.Socin.Iuni.in consi.cxviii. nume.13.volu.ij. Hanc etiam regulam, vbi tenet opinionem Bar to.& eam notabiliter examinat, ponit Andræ. ab Exea in libro pactorum, nu.141.cum seq.vbi vsque ad nu.186.limitat eam octo modis. Eandem regulam limitat sex modis Zasius in d.§. Flauius.nu. 7.Hanc regulam remittẽdo se ad Ias.in d.§.Flauius. ponit Bernar. de Luc.in regul.ccxii.

Est tamen notandum, quòd licet opinio Bar.sit communis, vt ex supradictis patet: contraria opinio magis communis & verior mihi videtur, per text.in l.quoties. C.de dona.quę sub modo. cũ iam actio vtilis quæsita esset ecclesiæ: & quia cùm donatio fuit iam per fecta, non potest ex interuallo recipere conditionem, vt in l.perfecta donatio.C.eod.tit.facit tex.in l.id quod nostrum.ff. de reg.iur. Et hanc opinionem contra Bartol. per supradicta fundamenta tenet Paul.Castren.in l.si insulam.in §.fina.ff.solu.mat.& in l.si pecuniam.in princip.& ibi Rom.ff.de cond.ob causam.idem post doct. per eum relatos in l.si cùm venderet.ff.de pigno.acti. Eandem opinionem contra Bartol. vbi adducit plura fundamenta, & dicit esse communem, tenet Roderic. Xuarez in repe.l. quoniam in prioribus, in viii.q.num 1.cum sequentibus, fol 102. colum.iii. vbi contra Bartol.allegat tex.in l.vii.tit.iiii.par.v.idem Rodericus Xuarez in allega.xix colum.iii fol.cxlvi.Didacus de Couarru. in lib.i.Varia.Resolutio, cap.xiiii.nume.7. Pala. Ruu. in repe. rubr. de donatio.§ liiii.in fin.Gulie.Benedict.in repe.cap. Rainutius. in verb.si absque liberis.el ij.nu.23.

REGVLA CCXVII.

DONATIO causa mortis facta, si in ea apponatur pactum de nõ reuocando, facit donationem transire in contractum inter viuos. Hanc regulam probat tex.in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mortis.& ita tenet Paul.de Cast.in consi.lxi. volu.ii. Thomas Ferra. in cautela 30.Abb.in cap.constitutus.de religio.domib.Din.in consi. xliiii. in princip. & in iii.dubio, in j.colum. Bald. in l.ij. C.de iure dotium.& ita in expressis terminis consuluit Alexan. in consi.xiiii. nume.2.volu.j Eandem opinionem tenet Ias. in l.quæ dotis.num. 31.ff.solu.matrim.& in l.non omnis.nume. 2.ff. si cert. peta.& ibi Deci.nume.10.Ange.de Peru.in consi.clxxix.incip. visis prædictis instrumentis. Soci.in consi liii.volu.iiii. Bar.in l.fin. nume.11.C. de pac. Licet contrariam opinionem teneat Bal.in l.cùm quis.ff. de condi.ob causam.vbi arguit ad partes: quem sequitur Alexan.in d.l.quæ dotis.Cornæ.in consi.cxxviii.num.8.volu.j.& ad hoc glos. in l.si alienan.in versi.acceperit.ff.de dona.cau.mor.Et ratio illius l.esse potest, quia ad iudicandum qualitatem contractus non atten

ditur

dicitur sonus verborum sed est actus rei.l.insulam.ff.de præscrip.verbis.l.sed & si possessori.§. item si iurauero. in ij.respon.ff. de iureiu.& l si vno.in prin.ff.loca.

1 Amplia primò vt non solum procedat quando donator purè promisit non reuocare,hoc est promisit nullo casu reuocare:sed etiam si in euentum alicuius conditionis promisit non reuocare:& illa cōditio eueniret. Hanc ampliationem ponit Paul.de Cast.in consil. lxxxii.incip.in ista donatione.nu.1.volu.ii. Facit pro hoc, quia licet conditio suspendat actum,vt in l. cedere diem.ff. de verb.signi. tamen quando conditio est verificata, perinde est ac si ab initio is fuisset purè factus:vt in l.si pupillus.ff.de condi. institut.in l.sed & si de sua in §.fin.ff.de acquiren.hæredi.l.fin.in §.Titius. & ibi Ange.& Docto.ff.de vulga.& pupilla. Deci.in consilio lxxix.nume.2. & in consi.clxxxvii.in prin.

2 Amplia secundò vt non solùm procedat quando testator promisit dictam donationem non reuocare: sed etiam promiserit dictam donationem attendere obseruare, & in aliquo non contrauenire. Ita tenet Thomas Ferra.in caut.xxx.in prin.num.1. post alios per eum allegatos.& ibi etiam allegat multos doct. tenentes contra in nume.2. contra quam etiam tenet Claud.de Seysel. in dicta l. quæ dotis,nume.10.ff.solut.matrimo.vbi allegat plura ad hoc quòd talis clausula restringitur secūdum naturam dispositionis super qua opponitur. In qua controuersia Doct. Deci.notab.in d.l.non omnis. nume.11.ff.si cer.peta.in consil.cccv.nume.3. facit duo membra. Primum est quando talis clausula apponitur post illa verba, hanc autem donationem promiserunt dictæ partes, &c. & sic in illis verbis principalibus in quibus substantia contractus consistit. & in hoc membro Deci. tenet quòd per talem clausulam non dicatur esse donatio inter viuos, sed semper remaneat donatio causa mortis. Secundum membrum est quando talis clausula non apponitur circa verba exequutiua,sed circa verba dispositiua:& tunc dicit ipse quòd talis donatio iudicabitur inter viuos: & ita procedit opinio Thom.Ferra. & doct.per eum allega. & dicit generaliter Tho. Ferra. quòd hæc ampliatio multo fortius procederet si in tali contractu fuerit oppositum iuramentum, per duas rationes ibi positas. Sed contra hoc vltimum tenuit Cornæ.in d.consi. cxxvi.nu. 8.volu j. ex cuius dictis responderi potest ad rationes Thom. Ferra. In quo vltimo dicendum est, quòd si dicta clausula apponatur circa verba exequutiua,sicut verba exequutiua non alterant naturam principalis dispositionis, vt in Clem.de præben. ita nec iuramentum alterabit naturam principalis dispositionis, vt in l.fina.ff. si quis cautio.& in l.fin.C.de non nume.pecu. in cap. quemadmodum.& ibi gloss.in verbo,conditionis. de iureiur.si verò dicta clausula fuerit opposita circa verba dispositiua,tunc ratione iuramenti casus erit sine dubitatione,per rationes Tho.Ferra. quæ bene procedūt in casu isto,quāuis absq; iuramento casus esset magis dubius,

an talis donatio virtute clausulæ prædictæ, absque iuramento fuerit effecta irreuocabilis necne.

3 Amplia tertiò vt nō solum procedat si actum fuit expresse quod talis donatio reuocari non possit: sed etiam si tacitè actū sit: vt quia fuerit facta donatio alicui & hæredibus suis. nam cùm donatio causa mortis, moriente donatario ante donatorem non transmittatur ad hæredes donatarii. l. si vir. in §. uxor. & ibi Bar. ff. de dona. inter virum & vxor. tametsi in donatione apponatur uerbum, & hæredibus: censetur pactum quod talis donatio transeat ad hæredes donatarii. quod quidem patet cùm magis sapiat naturam donationis inter viuos quàm donationis causa mortis: transformauit ipsam donationem quæ absque illo pacto cadebat sub nomine donationis causa mortis, vt transeat in donationem inter viuos: & per consequens non possit reuocari. Ita Ferrat. in dicta cautela xxx. circa finem. vltra quem ita tenet Bald. in consi. cviii. volum. iii. Claudius de Seysel. in dicta l. quæ dotis, nume. 10. in versic. aliam vero limitationem ponit Salice. ff. solu. matrimonio. Deci. in dicta l. non omnis.

1 Limita primò quando tale pactum de non reuocando se compatitur cum donatione inter viuos: quia tunc transformatur donatio causa mortis in donationem inter viuos. Secus si pactum se non compatitur cum donatione inter viuos: vt quia est donatio omniū bonorum quæ bene potest valere in vim donationis causa mortis, sed non in vim donationis inter viuos, vt in l. licet. C. de pactis. notant Docto. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbo. obliga. ideo si quis donat causa mortis omnia bona sua. & apponat pactum de non reuocando tale pactum, non retransformauit donationem causa mortis in donationem inter viuos. Ita in expressis terminis consuluit Paul. de Castr. in consi. lxxv. nu. 2. in fine. vbi generalius dicit quod quando donans asserit se donare causa mortis, ita demum per pactum de non reuocando) etiam iuramento firmatur, videtur recedere à proposito donandi causa mortis, & transire in propositum donandi inter viuos, si tale pactum se compatitur cum donatione inter viuos, alias secus. Et hanc limitationem sequitur Socinus in consi. ccxxxv. nume. 3 volum. ii. pro qua facit: quia non est verisimile quod donator in donando vellet assumere viam per quam dispositio sua subuertatur. l. iii. cum simi. ff. de milita. testamen. Facit etiam quod notab. consuluit Aret. in consi. xxiii. nu. 10. vbi dicit quòd quādo actus vno modo potest licitè fieri, & alio modo illicitè, in dubio videtur factus eo modo quo licitè fieri potest: quem sequitur Cur. Iunior in consi. xx. nu. 7. col. iii.

2 Limita secundò quando verba contractus aliquo modo possunt adaptari ad aliam speciem contractus, secus est quando verba contractus non possunt adaptari ad aliam speciem contractus: Vt tradit Ias. notabiliter in l. qui Romæ. in princ. num. 27. ff. de ver. oblig. vbi ponit exemplum, quòd in contractu pignorum fuit appositum

pactum

pactum de nunquam releuendo, tale enim pactum non facit quòd contractus pignorum transeat in contractum venditionis, quia verba contractus pignoris nullo modo ad venditionē adaptari possunt vt plenè ibi declarat Ias.

3 Limita tertiò vt per tale pactū iudicari debeat donatio inter viuos quo ad hoc vt non admittatur pœnitentia, tamen quo ad hoc vt donator interim faciat fructus suos, talis donatio habebit naturā donationis causa mortis. Ita tenet Pau.de Ca.in d. consil.lxxv.nu. 2.vol.2.Quæ tamen limita. videtur esse aliena à mente omnium docto.in d.l.vbi ita donator ad quos me remitto.

REGVLA CCXVIII.

DONATIO causa mortis censetur, si in ea de morte mentio facta sit. Hanc regulam probat tex.in l.Seia.in §.fin. & ibi glo.in verbo, videri.& Barto.ff.de donatio.cau. mort.gl fin in l.Seia.ff de dona.prælegat. & in l.apud Celsum.in §. Iulianus in verb.spopondisset ff.de doli exceptio.glo.j.in l.fina.C.de donat.causa mort. gl, & ibi doct.in l.fin.C.de pact.in verb.accommodauerit. Hanc opinionem tenet Bart.& doct.in l.quæ dotis ff.solu.matrim. & in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli.Bal. in l.cùm quis ff.de condi.ob cau.& in l.& si mortis.C.ad leg. Falc. Alex.in l. Stichum. col.fi.ff.de lega.j.Ias.in l.j.in §.si quis ita num.18.ff.de verb. obli. no.Guliel.Pon.& in d.l. quæ dotis nu.7.

Hanc regulam ponit Barto.in d.l.fina.nume.11.C.de pact.vbi eā limitat duobus modis. Hanc etiam regulam limitat octo modis notab.Alexan.in d.l.quæ dotis.à nu.6.vsq; ad nu.14. Quas limitationes refert Francis.Purpur.in d.l.fin.227 C.de pact.Eandem regulam limitat etiam octo modis Ias. in d.l.quæ dotis nume.26. vsque ad numero 49.

REGVLA CCXIX.

DONATIO omnium bonorum præsentium & futurorum, non valet. Hanc regulam probat text.in l.si libertus. in §.si quis plures.in versicu.magis.ff.de iure patro.text.in l.omnes in §.l.uc. ff.de his quæ in frau.credi.in l.j.C.vt actio.ab hæred.vel contra hæred.incip. Hanc regu.ponit Bart.in l.stipulatio hoc mō concepta ff.de verbo.oblig.& ibi Alexand & Ias.nume.20. dicit hanc esse cōmunem opin Barto.in l fi.nume.12.C. de pact. eandem opinionem dicit commun.Bald.in c.in præsentia nu.36. de probatio. Roma.in consi.cclxxj.nume.1.vbi subdit quòd non est opus reuocatione cū sit talis donatio de iure nulla, ut in l.nam si.versi.post defectum.ff. de iniust.rupt.cuius opinio.regulæ vltra docto. per Ias. supra allegatos tenet Felin.in cap.in præsentia.nume.5.de probatio. hanc dicit esse communem Ioann.Gualdensis in tracta.de arte testandi, ti-

tu.x.cautela 2.num.2.Abb.in consi.xlviij.volu.2.Curt.Iun.in consi.xxiij.nume.1.& hanc dicit esse communem Philip.Dec.in l.fina. nume. 30.C.de pact. Ratio est secundum supradictos doct.cũ donatori auferatur testamenti factio.& ita tenet Soci.Iun. notabil.in consi.xxj.nume.9.volu.2.Nicola.Bellon.in consi.5.num 4 hanc dicit communem Hieron. Grat.in consi. lxx.nume.1.volu.j. Circa quam regulam vide Francis. Nicon.in repeti.c.quoniam contra.in v.not.nume.24.de probat. Ioan.Bassi.in consuetu.Aluerniæ, ca.14. atticu.xxv.& ibi Aymo.Publici,titu.14.arti.21.And.Tiraq.in tract. de vtroque retract.in titu.de retractu *linagier.* in §.j.glo.7.num.9. Boer.in deci.353.nu.7.vbi omnes supradicti doctores adducũt alias rationes propter quas donatio non valet.

Hanc regulam ponit Soci.vbi eam limitat sex modis,in reg.108.

1 Amplia primò non solùm habere locum in bonis præsentibus & futuris,verùm etiam tantummodo de bonis,præsentibus, Vt probatur de iure regio in l 7.tit.12.lib.3.fori.& ibi Montal.tex.in l.lxix. Tauri,& ibi doct. Quæ leges corrigunt tex.in d.l.omnes.in §. Lucius ff.de his quæ in fraud.credito.& in d.l.j.C. vt act.ab hæred.vel contra hære.& opin.Bartol.& doct.in l. stipulatio hoc modo concepta.nume.5.ff.de verbo.obligat.& in d.l.fin.C.de pact.nume.11. Quam opinionem sequutus fuit Deci.in consi.30.& in consi. 613. col.2. Petr.Rebuff.in gl.ad constitut.Regias Galliæ,in prima par.artic.3.in gl.2 in tract de literis obligatorijs nume.29.Christ. Porcus in §.liberis nu.4.Instit.de pupil.substi.Curt.Iun.in l. pactum quod dotali.nu.3.C.de pactis.

2 Amplia secundò adeò procedere ꝙ si talis donatio firmata sit iuramento,non valet.Cuius ratio est, quia prædicta donatio est contra bonos mores,cùm liberam testandi auferat facultatem, argum. tex.in cap.non est obligatorium.de regu.iur.lib.6.in l. si quis inquilinus.in § fi.ff.de lega.j.Ita tenet Barto.in d.l. stipulatio hoc modo quem sequitur Panor.in consi.xlviij.nume.2.volu.2. & hanc opin. in specie tenet Pau.de Cast,in consi.82.nu.2.lib.2. Corn.in cõsi.lx. nu.3.& con.clxxxvj.nu.16 vol.2.Fran.Purpu.in d.l.fi.num.240.C. de pac. & eam post Corne vbi suprà dicit esse communẽ Cur. Iun. d.l.fi.nu.57.& in consi.25.nu.6.Hiero.Cagno.in d.l.fi.nu.220.& ibi Iaco.de san.Georg.nu.37.Clau.de Seysello in l.licet C.de pact.Castillo in l.lxix.Tauri.& ibi Pala.Ruui.nu.10. Ioan. Paponis in glo. ad consuetu.Borboniæ § ccxx.Ripa lib.3.Responsum,ca.14. eandẽ opin.tenet Bald.in consi.xxij.lib.1.Deci.in consi.ccxxv.nu.3. Pau. Pari.in consi.lxxii.num.15 vol.j.& in consil.xxvj.nu.59.& 60.vo. 2. Ratio etiam est, quia talis donatio est contra legem prohibitiuam,vt patet in d.l.lxix.Tauri.ibi, *ninguno pueda hazer donacion.* & quicquid fit contra legem prohibitiuam , est ipso iure nullum, vt notatur in l.non dubium.C.de legibus & in cap.1.de rescriptis lib. 6.tenet Bartol.in l.prætor ait ff.de noui operis nunciatio.Abb. in c. in nomine de testibus, Eandem opinionem quòd iuramento non

firme-

firmetur, tenet Zalius in d l. stipulatio hoc modo concepta numero 52. & dicit esse magis veram & communem Aymon Crauetus in consi cxxxix. volumi. 1. nume. 9. Socin. Iun. vbi respondit ad adducta pro contraria parte, in consil xliiij. nume. 35. volum. 2. Montal. in d. l. vij. titu. xii. lib. 3. fori. versicu. item quod iniurà dico.

Contrariam tamen opinionem tenet Fortu. Garcia in tracta. de vltimo fine, illatione xx. nume. cccxlix. vbi firmat non esse contra bonos mores naturales tolli testandi libertatem, & ideo valere donationem omnium bonorum, non solum præsentium, verum etiam futurorum, quandocunque firmata est iuramento. Eandem opinionem tenet sibimet contrarius Corne. in consil. cclij nume 6 libro iii Deci. in consilio 655 numero 12. & in l. pactum quod dotali numero secundo C. de pact. vbi dicit ea esse veriorem. eandem opinio. tenet Cæpol. in consi. viii. nume. 6. in consiliis ciuilibus Maria. Soci. Iuni. in consil. lxv. nume. 49. eam mouet etiam idem Socin. Iuni. vbi non se audet firmare, in consil. cxliij. nume. 47. lib. 1.

Allegant doctor. pro hac opinione dictum Baldi, in l. cùm Archimedoram numero 12. C. vt in possessionem legatorum. vbi tenet ꝙ per statutum potest tolli hæc libera testandi facultas, ergo per iuramentum. Sed illud dictum Bald. reprehendit Alexan. ac respondet in d. l. stipulatio hoc modo concepta. numero septimo idem Alexand. in l. pactum quod dotali. in 2. opposi. C. de collatio. quem sequitur Deci. in d. consilio ccxxv. numero 4. Et sic prima opin. est magis vera & communis, quòd talis donatio iuramento non firmetur. Ratioq; est, cum tale iuramentum præsumatur factum in fraudem legis prohibentis donationem omnium bonorum fieri, & cùm tale iuramentum sit in fraudem, seruandum non est. pro quo facit ratio text. in l. qui testamentum, & ibi Bartol. ff. de probationibus.

Est tamen verum quod Paul. de Cast. in consi. lxxv. volu. 2. tenet quòd donatio omnium bonorum præsentium & futurorũ post mortem facta cum iuramento de non reuocando, valet quia per illud verbum, post mortem, dicitur donatio causa mortis, secus si illa verba apposita non fuissent, nam tunc non valet prædicta donatio, vt suprà dictum est. Quod dictum Castren. sequitur Alex. in d. l. stipulatio hoc modo. nu. 10. Soci. Iun. in consi. xliiij. nu. 35. vol. 2. vbi allegat Corne. in Auth. sacramenta puberum. col. xvi. C si aduer. vẽdi. vbi dicit ꝙ in practica seruatur ꝙ talis donatio non confirmetur iuramento. eandem opin. sequitur Soci. in consi. cxxx. nume. 7. & in consi. cxxxvij. nume. 1. volu. 1. Matth. de Afflict. in decisio. Neapo. cccxxxviii. nume. 6. Ioann. Crott. in repetitio. rubri. ff. de legat. j. colum. vii. Bald. in consil. viii. colum. fina. in fi. volum. iii. Aymon Crauet. in consil. cxxxix nume. 10.

Secus tamen esset si nõ tolleretur facultas testandi, vt in casu nostræ ampliationis, quia tunc bene firmaretur iuramẽto, prout in simili & notab. concludit Bart. in l. si quis pro eo. nu. 17. ff. de fideiuss.

vbi tenet quòd licet donatio inter virum & vxorem de iure ciuili non valeat, l. j. ff. de donationib. inter virum & vxor. l. 3. in §. sciendum. eodem titu. & in l. 1. C. de donat. ante nupt tamen bene firmatur iuramento & valet. ita tenet idem Barto. in l. Seius Augerius. ff. ad leg. Falcid. Guliel. de Cugno, & ibi. Alb. in l. sed & si possessori. in §. item si iurauero. ff. de iureiur. Federi. de Senis in consil. cxl. nu. 3. Bald. in repetitio. l. 1. col. xlix. versicu. venio ad secundum ff. de iureiuran. Panor. in c. cùm contingat. nume. 30. eod. titu. & ibi latissimè Imol. nume. 85. & Doctor. idem Panormit. in cap. fin. num. 9. de donatio. inter virum & vxor. & in consil. xcv. numero 1. volumi. 2. vbi dicit hanc esse communem opinion. eandem dicit etiam communē Deci. in l. pacta quæ contra. num. 6. C. de pact. & in consi. cclxxx. nume. 2. & in consi. ccxl. nume. 1. Alexand. in consi. 8. & in consi. clvii. volu. 2. Roma. in consi. xliiij. Pau. Cast. in consil. xlix. volum. 2. & in d. l. pacta quæ contra. Franc. Aret in consi. iij. & in consil. lxxiiij. Barba. in consi. 59. colum. fina. lib. 1. Corne. in consil. xli. nume. 6. lib. 3. vbi dicit ita communiter teneri, & in consi. cxviij. nume. 1. volum. j. & consi. ciiij. nume. 13. volu. 2 Cæpol. in caut. cxxij. Io. de Imol. in l. si quis inquilinos. in §. fi. ff. de leg. j. Anto. Corset. in rep. rubr. de iureiur. in xxv. priuileg. Ang. in l. pen. in §. mulier ff. solut. matri. Bald. in l. j. in lectu. antiqua. ff. de dona. inter vir. Raph. Fulg. consi. cxcix. per totum. Maria. Socin. Iun. in consi. xliiij. nume. 6. lib. ij. Anto. Rubeus Alex. in consi. xxv. nume. 5. & in consi. cxxx. num. 6. Pau. Pari. in consi. lxxxvj. nume. 19. & 46. 47. & 48. volu. 3. Pala. Ruui. in repeti. Rubri. de dona. §. lib. nu. 1. Hanc opinionem dicit esse communē Laurent. Syluan. in consil. xl. nume. 20 Cagno. in repeti. l. fin. nu. 36. C. de pact. Gome. in § quædam nu. 19. Institu. de actio. Franci. Ripa in lib. 3. interpretationem cap. 6. nu. 3. & in c. xvij. num. 1. Steph. Aufred. in addition. ad decisi. Capel. Tholom. decisi. ccclxj. Catellian. Cotta in Memorali. iuris: in verbo, donatio el v. Marc. Anto Baueria in tract. de virtute & viribus iuramenti nu. 38. Ias. in l. pacta quæ contra nu. 5. C. de pact. Ruin. in consi. 137. nu. 2 & 7. vo. 4. Nic. Boe. in deci. 92 nu. 6. Rode. Xuarez in l. j. tit. de las aras lib. 6. fori, in 3. q. so. 29 Guid. Papa in cō. 204 nu. 3. Cæpo. in con. viij. in ciuili. Præpo. in d. c. fi. de dona. inter vir. & vxo. Fort. Garcia in d. trac. de vlti. fi. illa. 20 nu. 349. Iaco. de san. Geor. in l. profectitia. in §. si pater. nu. 4. ff. de iure dot. & in l. iur. gen. in §. si pacisca. in 2. lect. nu. 4. ff. de pac. Eandem dicit magis communem Bertran. in consil. 215. nu. 4. & in con. 301. nu. 2. idē, vbi dicit ꝙ in iudicando & consulendo ab ea non est recedendum, tanquam magis communem, in con. 327. nu. 4. vo. j. primæ impressio. Eādem opi. tenet Bal. Nouel. in trac. de dote, priuile. 21. Claud. de Seysel. in l. si diuortio. nu. 11. ff. de ver. obli. Hanc dicit commun. And Alcia. in c. cùm contingat. nu. 204. de iureiuran. quamuis ipse in nu. 198. contrarium teneat.

Pro qua opinione facit, nā donatio inter virum & vxor. constāte matrimonio, & donatio inter patrem & filium qui est in potestate, æquipa-

æquiparantur, ut in l.donationes quas parētes. C.de donat.inter virum, & uxor. Sed donatio inter patrem, & filium qui est in potestate, quamuis sit prohibita à lege ciuili, bene firmatur iuramento, secundum Bal.in l.fin.in fi. C. de vsucapio.pro dona. Bart in l.Titia.la 2.in §.Imperator.ff.de lega.2. & ita communiter concludunt Dn. &o. Canonistæ in dicto cap.cùm contingat. Legistę in l.frater à fratre.ff de condict.indebiti.& in l.pacta quæ contra.C.de pact.vbi Iason nu.6.Paul.de Castr.in consi.345.colum 2.vol.1. Pala. Ruui.in dicto § 51.nu.6 & in l.17.Tauri.nu.49.Ferdi. Loazes in repe.l filiusfamilias.in §.diui.nu.95.ff.de leg.1.Rodericus Xuarez in l 9. tit. 11.in §.nota secundò.lib.1.Fori. Crauet. in consil.29.nu.1.volum. 1.Baueria in d.tracta.de virtute iuramenti.numero 39.Ripa in tracta.interpretationum.lib.3.cap. 6. numero 8. Alciat.in d.cap.cùm contingat.numero.207.d.l.Ruin.in consil.96.numero 5. volumi.5. Parisius in consil.69.numero 128.volu.3.Anto.Capicius in decisio. 56.numero 2. asserens hanc communem. Decius, in consi.216.numero 2.& in consi ccxxxix.numero 1. idem in consil.dclxxx[illegible].& in l.si donatione.numero 33.C.de collatio.eandem dicit etiam esse communem Grattus in consil.63. numero 23.vol.2.Io. Duran.in tracta.de art.restanti.titu.3.caute.2.

Secundò pro hac opinio.pondero text. in d l.1.ff.de dona. inter vir.& vxor. vbi ille tex.non dicit quòd illa donatio est contra bonos mores, sed dicit quòd moribus, & sic consuetudine prohibita est ergo contrariis moribus posset permitti generaliter, prout simili in du[illegible]ione vtuntur Bal.& Alexan.in l.moribus ff.de vulgari & pupil. Ang.& Imo.in l.captatorias.ff.de hæredib.insti.& in l.more.ff.de acquiren.hæred. Alex.in l.captatorias.C.de milita.testa.si ergo per cōsuetudinem potest generaliter permitti, ita per casum iuratum in casu particulari, arguendo à pacto iurato ad statutum, ut per Bart.in l.fi.col.3.C.de pact. Ang in l.omnes populi.ff.de iu. Bal.in repeti.l.1. col.15.C.de sacrosanc.eccle.

Contrariam opinionem, imò quòd talis donatio non firmetur iuramento, tenet Bar.sibimet contrarius in l.1.per illum text.ff.de dona.inter virum & vxorem, quem sequuntur ibi Bal. Salice. & Fulgo.idem Bar.in l cùm quis decedens.in § Titia.nume.2.ff.de leg.3. Bal.in l.si quis inquilinos.in §.j.ff.de lega.j.& in l.cùm multę. numero.5.C.de donatio.antę nupt.& in consi.29.volu.1.idem Bald.in repet.l.2.C.de rescin.vendi.& in l.1. C.de inofficio. donatio. & in cap.cùm contingit.numero 28.de iureiuran. Ange.in l.si quis pro eo.numero 2.ff.de fideiuss. Henri.Bohic in cap.fin.de donatio.inter virum & vxorem.Cardina.in Clemen.1.in §.porrò.nu.10.de iureiuran.Curti.Seni.in consi.66.nu.3. Corne. in consil.ccxxiij.numero 4.volu.3.Cin.in l.1.numero 14.de sacrosan.eccle, Salice.in l.2.in §. 9.C.de rescin.venditio.Ioan. Andr. in additio.ad Specul. in titu.de dote post diuortium restituen.in fin.Bartho. Soci in consi.65.nume.12.vol.1.Et dicit Cæpo.in d.caute.cxxij.quòd Io.de Ferrararia,

&

& Rainerius de Perusio,& Rainerius de Monte idem consuluerunt & Anto. de Canario in disputatione sua incipi. maritus. Et hanc opinionem dicit magis sibi placere. Alcia. in d.cap.cùm contingat. numero 98.& eam communiorem esse tenet Chassanç.in consuetu. Burgun.in titu. *des droictz*. Rubri.4.§.7.fo.167.col.1.nume.27.vbi pro hac opinio.adducit plura fundamenta, & dicit quòd Docto.tenentes istam partem sunt maioris authoritatis quàm qui tenent aliam. eandem opin. remittendo se ad locum suprà dictum, tenet idem Chassa.in consi.2.nu.5.

Est tamen verum quod multi ex Doct. per Chassanæum relati loquuntur in casu diuerso,nam Barto.in d.§.Titia. & Cin. in d.l.1.C. de sacrosan.eccle.& Ioan.Andr.in d.addi.ad Specu. & Soci.in dicto consi.65.& sic fere omnes Doct.non propriè loquuntur in vera donatione,sed in confessione dotis receptæ,vt si maritus in testamento, vel in quocunque alio contractu confessus est se debere vxori suæ mille,quæ confitetur ab ea recepisse,& sic iurat,tunc talis donatio non firmatur iuramento.& ita propriè loquitur Bart.in d.§.Titia.& in d.l.Aurelius.in §.fi.ff.de libera.leg.& sic fere omnes Doctores per Chassanæ.& Alciat.allegati. Et ratio quare isto casu talis donatio non ualeat, est: nam tale iuramentum interponitur super eo quod est de præterito,& talis confessio etiam iurata præsumitur facta in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem,quæ ratio sumitur ex l.qui testamentum.& ibi Bart.ff de probatio. Illud tamen quòd Bar.in d.l.si quis pro eo.& Canonistæ in d.c.cùm contingat.volunt,habet locum quando iuramentum interponitur super eo quod est de futuro,quia maritus donat vxori,& iurat de non contraueniendo in tempore futuro, quo casu habemus regulam.ut suprà est probatum,quòd iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ,semper est seruandum.d.c.cùm contingat,& hanc distinctionem posuit Imol. ibi in decimo membro. Iacobi.de sancto Georgio in dicta l.qui testamentum.num.3.quàm distinctionem tanquam veram & esse extra terminos contentionis quæ est inter scribẽtes in vera donatione,tenet Soc.in l.1.nu.98.ff. solu.matris. vbi testatur se ita pluries consuluisse & consultum vidisse per doctissimos viros, quod esse verissimum testatur Curt.Iuni.in consi.95.volu.2.nu.4.Deci.in d.consi.202. nu. 3. Ad quod non obstat etiam quod Bar.in d.l j.ff. de dona.inter virum & vxor. contrarium teneat,ut refert Chassa.in loco suprà allega. quia Bar. remittit se ad opinionem quam tenuit in d.l.si quis pro eo. vbi tenuit opinionem communem,& ita etiam Bart. ponderauit Abb.in consi.95.col.2 Ex quo patet quòd Bart.in d.l.1. non est contrarius ut prima facie videbatur,& dato quòd esset, satis est nobis quòd opinio quam tenet in d.l.si quis pro eo.& in d.l. Seius Augerius,sit magis vera & communiter approbata,ut ex suprà dictis patet.

3 Amplia tertiò ut ex tali donatione cùm censeatur contractus à iure improbatus,dominium vllo modo non transferatur. Argumen-

to

to,eorum quæ tradit Bar.in l.1 in §.si uir.ff.de acq.pos.& ita in expressis terminis tenet Pau.de Castr.in consi.244.nu.4. versic.super quinto & sexto quæsito.volu. 2. & ibi subdit quòd possessio ex tali contractu quæsita non censeatur licita. quem sequitur Purpura.in l.fi nu.241.C.de pact.

4 Amplia quartò procedere etiam si quis donaret hæreditatem suam,quia idem esset dicere quod dono omnia bona mea præsentia & futura,nam hereditas est nomen iuris,& semper recipit augmentum l.item veniunt,in § fructus.ff de peti.hæredi. Ita tenet Barto. in d.l.fin.nume.4.C.de pactis,cum quo omnes communiter ibi transeunt:Exceptis Ias.& Lancel. Deci.ibi,quia exponi debet, hæreditatem,id est,bona, si de præsentibus intelligitur, per notata per Bart, in l.quæsitum,per illum tex in §.si mihi seruus.ff.de lega. 1. quem sequitur ibi Deci.& Purpura. nu. 245. Sed communis videtur esse cum Bar.imò quòd non valeat,tenet Cin Bal.& Alexan.in apostillis ad Bar.in d.§.si mihi seruus.Iason in l.licet.num.15.C.de pact.& ibi Claud.de Seyse in j.col nisi ex aliis coniecturis appareat de mente donantis hæreditatem,vt intellerit de bonis præsentibus,ut dicit Iason in d.l.licet.quam opinionem Bar. sequitur Cagn.in repe.d.l. fin.nu.224.Soc.Iuni.consi.143.numero 22.vol.j. maximè cùm hæreditas sit successio in vniuersum ius,quòd & in dubio a proprietate verborum recedere non debemus,l.non aliter.ff.de lega.3.Quæ distinctio hodie necessaria non videtur, imò opinio Bart.indistinctè procedit per legem 49.Tauri.

5 Quintò amplia ut supra dicta donatio in totum vitietur, tam in præsentibus quam in futuris,& ita ne in præsentibus tantum uel futuris solum valeat. Ita tenet Bal.in d.l.fin.col.pe. & quamuis Bar. ibi nu.16. relinquunt indecisum, tamen eius opinio se inclinat in hanc partem. Eandem opinio,tenet Ang.Io.de Imo.& Alex.in d.l, stipulatio hoc modo concepta,nu.21.Moderni in l.1.in §.sed mihi. ff.de verb.oblig quam dicit esse commu. & ab ea non esse recedendum, Purpu.in d.l fin.nume.247. Contra quam limitationem est text.in d.l.69.Tauri.

6 Amplia sextò ut procedat etiam si donatio facta sit ob causam præstandorum alimentorum donanti à donatario.Ita concludit Aretin.in consi.54.nu.2.col 3.sequitur Purpu.in d.l.fi.numero 250.vbi illud dictum declarat.

1 Limita primò vltra Boeri,vbi suprà, non habere locum quando donatio fit ob causam dotis, quia tunc ob matrimonij fauorem firma & omnimodo ualida dicitur. Ita tenet Nicola Boeri.in decisi, 353.nu.10.& ante eum Old.in consi.5.Ioan.Paponis in glo.ad consuetudi.Barbonię,in §.210. Pro qua opi facit, nam sicut donatio omnium bonorum ualet quandocúque fit ecclesiæ uel monasterio, vt tenet Bartol.in dicta l.final.C.de pactis,quem sequuntur in Doctores præcipuè Deci.numero 31.Cagnol.numero 203. & eam dicit esse communem Purpura.ibi numero 242. Felin. in dicto cap.

in

in præsentia.nu.5.de probatio.hanc opinio tenet Pala.Ruui.in d.l. 69.Tauri. numero 9. & ibi Didacus del Castillo,Socin.in d.regula 108.fallen.4. Quod etiam habet locum quando talis donatio facta est pio loco,secundum Bal.in l.iubemus.C.de sacrosan.eccle.quem sequitur Castillo in dicta l.69.Tauri.& cùm dos dicatur causa pia,vt est tex. in c.j.in §. donare. qualiter feudum olim poterat alienari, in vsibus feu.quod latissimè tradit Euerardus in suis locis legalibus loco 25.idem dicendum erit in causa dotis.

2 Limita secundò quando dominium bonorum non sit translatum in donatatium, quia qui habet dominium potest testari, dato quòd bona alteri restituenda sint;Vt est glo. in Authen. si qua mulier.C. de sacrosan.eccle.Hanc opinionem tenet Ange.in consi.179.col.4. nu.5.quem sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo.numero 16.Tiraquel.vbi refert alios quàm plures Docto.in tracta.de iure constituti.1.parte, numero 74. Quæ limitatio non videtur tuta secundum Decium in d.l fin.numero 34.quia ratio prædicta non uidetur effectualis,quia paria sunt quòd quis non habeat bona, vel habeat, sed talia quòd propter illa quis probabiliter non sit eius hæreditatem aditurus,quia parificantur non testari,& testari si ex testamento hæreditas non adeatur.l.j.ff.de iniusto, rup.modò ex tali dominio rerum quis non inuitabitur ad adeundum, si donatario restituendum est Eandem opi.impugnat Abb.in consi.102.lib.2.col.1.idem Deci.in consi. xxx numero 3. Purpura in dicta l.fin. numero 256. & ea non esse tenendam firmat ibi Gagnol. numero 217. Claudi.de Seyse.in d.l.stipulatio hoc modo, numero 29. vbi licet sit verum quòd quandocunque donator aliquid reseruauit de quo possit disponere,ualeat prædicta donatio,ut concludunt Docto. in d.l.fin.& in d.l.stipulatio hoc modo,sed quando illud quod sibi reseruaret esset valde modicum,prout est in casu nostræ ampliationis, prædicta donatio non ualeret.ita concludit Claudi.de Seysello in d.l.stipulatio hoc modo,nu.29.

Sex limitationes ad hanc regulâ ponit.Deci.in d.l.fin.numero 30 C.de pact.& ibi Cagno.numero 201.cum sequentibus ponit septem limitationes . Sed quia in effectu sunt similiter eisdem quas posui et Soci.in d.regu.108.eas ob id omitto.

REGVLA CCXX.

DONATIO de re ecclesiæ facta, non ualet. Quam regulam probat text.in cap.sine exceptione.in versicu. donare.12. quæstio. 2.& in cap.de donatiobus De iure Regio probatur in l.5.titulo 12. libr 3.Fori.& in l.4.titulo xiiij parte.j. Et circa hanc regulam vide notabiliter Pau.Parisi.in consi.40.nu.1.& 2.volu.5.& in consil. 217 nu.5.volu.1.

1 Limita primò quando episcopus vellet donare bene meritis, Vt in

in c.si quos.xij.q.ij.quia non videtur donare, sed soluere potiùs debitum naturæ.l.Aquilius regul.ff.de donatio.l. sed si lege. in §.consuluit.ff.de petitio hæredit.c.cùm in officiis.de testam. Potest enim prælatus remunerare non concedendo dominium alicuius rei, sed vsumfructum ad breue tempus.ita tenet Innoc.in dicto c.cùm in officiis.Bal.in l.iubemus.col.iij.C.de sacrosanctis eccles.Et hæc remuneratio si possit debet fieri de bonis mobilibus ecclesiæ:non autem de immobilibus:vt tenet Doct.in d.l.iubemus. & in c.fin.de peculio cleric.& ita concludit Ias.in consil cxvi.volu.iij. & merita debent esse æquiualentia rebus donatis.relatum.el ij.ibi, iuxta seruitii meritum.de testamen. & ita concludit Deci. in consilio clxxiiij.col.ij. ita etiam tenet Chassanæus in consuetu.Burgund.in tit. *des droictz*. Rubri.iij.§.vij.fol.157.colum.iiij.numero 9. facit quod notat Ias. in l.ex hoc iure.numero 60.ff.de iusti.& iur.

2 Limita secundò quando donans rem ecclesiæ tantundem donaret ecclesiæ cuius rem donat,& iuxta rei collatæ modum.Vt in cap. consensus.& in c.episcopi.de rebus eccles.non alie.& in c.iniustum. in §.item si rectores.xij.q.ij. De iure Regio l.v.ti xiiij.par.1.

3 Tertiò fallit in Romano Pontifice qui bona vnius ecclesiæ alteri ex causa concedere potest, Vt est gloss.in c.constitutus.in verbo à quocunque.de relig.domi.& in c.j.xij.distinct ita tenet Præpo.in c. non liceat Papæ.xij.q.ij. facit quod notat Iason in l.Barbarius.nu. 31.ff.de offic. præto.

4 Quartò limita quando episcopus vellet dare consanguineis pauperibus,scilicet pro victu & vestitu tantùm, Vt in c.quisquis.xij.q. ij.& in c.non satis.lxxxvi.distin.facit.tex.in c.si cupis.xvi.q.1.

REGVLA CCXXI.

DONATIO inter virum & vxorem regulariter prohibita est. Hanc regulam probat tex.in l.j.ij.& iij ff.de donatio.inter virum & vxor.& in l.j.& per totum.C.eod.tit. De iure Regio probatur in l. iiij.& v.& vi.titu.xi.par.iiij & in l.iij.titu.xij. lib.iij. Fori. Circa quam regulam vide Chassa.in consuetu.Burgund.tit. *Des droictz* §. vj.vij.& viij. Ioan.Bassian in consuet.Aluerniæ, c.xiij. artic.xxxix. Ias.in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.& in l.ex.hoc iure.num.55.ff.de iusti.& iur.Catellia.Cott.in Memora. iuris:in verbo,donationes.

1 Amplia primò habere locum non solum inter virum & vxorem, sed etiam inter sponsos de præsenti. Ita tenent Cyn.& Bal. in l.cùm in te.C.de dona.ante nup.& in l.cùm sponsæ.eod.tit. Alex.in consi. cxlij.nu.13.lib.v.Barth Soci.in consi.cxxiij. vol.j.pro qua opinione est tex.in l.pen.ff.de dona.inter vir. vbi dicit quòd donatio inter virum & vxorem non valet, nisi fiat ante contractum matrimoniũ: quod de consensu intelligitur.quem tex.ad hoc allegauit & induxit glo.in l.iij.ff.de dona.in verbo,concubinæ.tenet Bald. in l.vnica,in

si.C.

ff.C.de vsucap.pro dote. Imol.in l.mæuia.in fi.prin. ff.solu.matrim. Alex.in l.si socer.in fina.verbis.ff.solut. matrimo. Aret.in l.si diuortio.in fi.ff.sol.matr ad idem est tex.iuncta glo.in verbo,concubinę. in l.iij.ff.de dona.inter vir.& vxor. vbi dicitur quòd matrimonium dicitur,& maritus & vxor dicuntur,contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti: licet non interueniat carnalis copula. & sic concludit ibi glo.quòd sicut prohibetur donatio inter coniuges cõstante matrimonio,seu inter virum & vxorem & matrimonium nõ consummatum,ex quo interuenit consensus de præsenti. Et quamuis glo.ibi dixerit hoc procedere de iure canonico, tamen idem est de iure ciuili:vt probatur in Authen.de nupt.in §.nuptias.& ibi gl. colla.iiij.quia ad validitatem matrimonii nec de iure canonico nec ciuili est necessaria traductio ad domum,nec copula carnalis, vt voluit glo.in d.l.cùm te.C.de dona.ante nupt.facit tex.in l.mulierem. & in l.denique.ff.de ritu nup.& in l.nuptias.ff.de regul.iur. Hanc opinionem vbi allegat alios Docto. tenentes contrariam partem,tenet notabili.Pala.Ruui.in repeti Rubric.de donatio. inter virum & vxor.in §.lv.numero 2. Didacus de Segura in repetitio.l.j.in §.si vir vxori.nu.12.ff.de acquiren.possess. Eandem firmat Chassanæus in consuetud.Burgund.in titul. *Des droits* Rubric.iiij. §.ij.fol.133. colum.j.numero 17.

2 Amplia secundò vt non valeat donatio inter coniuges constante matrimonio,etiã si iudex eam confirmet seu decernat vt valeat:Per tex.ad hoc sing.in l.obligationes.ff.de acti & obliga. vt litera dicit, obligationes vel actiones quæ non propriis viribus consistunt, nec officio iudicis,nec prætoris imperio,nec legis potestate confirmantur.& ita per illum tex.tenet Pala.Ruui.in d.rep.Rub §.46.nu.1.

3 Amplia tertiò vt nedum prohibita sit donatio inter coniuges cõstante matrimonio, sed etiam inter eos qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam potestatem.Ita tenet Pala. Ruui in d.repe. Rubri.§.xlij.per totum.vbi hoc notab.declarat.

4 Quartò amplia habere locum non solùm in matrimonio verò,verùm etiam in putatiuo.vnde si fiat donatio inter eos qui reputabantur coniuges,qui in veritate coniuges esse non poterant, non valet talis donatio:aliàs sequeretur quòd melioris conditionis essent qui delinquunt,quàm qui non delinquunt. Ita dicit tex. in l.iij.in §. videamus.ff.de dona.inter vir,& in l.si ex voluntate. C.eod.titu.gloss. & Doct.in c si.eo.titu.quam opinionem tenet Pala.Ruui.in d.repe. Rubr.§.xxxvi.in principio.

5 Quintò ampliatur vt non solùm procedat inter coniuges Christianos,verùm etiam si Iudæi fuerint.vnde si Iudæus constante matrimonio aliquid donauerit vxori, non valebit donatio. Cuius ratio est:quia inter Iudæos est matrimonium verum,quamuis non ratum.c.de infideli.de consanguinit.& affi.& ibi glo. & Docto.si ergo inter eos est matrimonium,per consequens donationes inter eos factæ non valent,per iura suprà allegata: quæ generaliter disponunt

&

& generaliter sunt intelligenda: vt in c. si Romanorum. xix distin. & & in c. solitæ. de maio. & obedi. cum similib. quod etiam tenet Pala. Ruui. in d. repe. Rubr. §. xxxv. in prin.

6 Amplia sextò, etiam si vxor & maritus diu seorsum habitauerint, Vt late concludit Pala. Ruui. vbi suprà in dicta repetitio. Rubric. §. xxxiiij in principio.

7 Amplia septimò etiam si vir passus est se condemnari ab vxore, & sic eam absolui falsa exceptione opposita, cum vxor tenetur viro in aliqua quantitate: cùm hoc videatur facere animo donandi: licet sententia valeat, vir potest condicere pecuniam ab uxore ac si non esset absoluta: & sic non habet locum l. iudex. cum aliis. ff. de cond. indeb. Iste est notab. tex. in l. si sponsus. in §. si vxor. la ij. ff. de donati. inter virum & vxo. & ita per illum tex. tenet Bald. in l. cùm allegas. num. 7. C. de vsuris. Rom. in sing. 312. Ias. in d. l. iudex. nu. 2. & in l. properandum in princ. nu. 19. C. de iudic. Montal. in l. iij. titu. xij. lib. iij. fori, in glo. in verb. *Pueda lo hazer*.

Hanc regulam limitat septem modis Pala. Ruui. in repet. Rubri. de donatio. in §. xlvij. & in §. 50. & in §. lj. lij. liij. liiij. & lv. Et circa tertiam limitationem ibi positam, scilicet quòd talis donatio iuramento confirmetur, vide posita suprà in reg. ccxix. in ij. amplia. ver. pro qua opinione Socin. duobus modis in reg. ciiij.

1 Vltra quem limita primò quando talis donatio esset reciproca. Vt est glo. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & ita tenet idem Pala. Ruui. in d. repet. Rub. § 50. nu 16. cum seq.

2 Limita secundò valere donationem vxori factam per maritū pro reparatione domus eius quæ corruit, ut in. l. quòd si vir. ff. de dona. inter virum & vxorem.

3 Limita tertiò non habere locum quando protraheretur in tempus finiti matrimonii: Vt in l. sed interim. ff. de dona. inter virum & vxo. & in l. cum vxori. §. vlt. & in l. quia. eod. tit.

4 Quartò limita quando expressè coniuges in contractu matrimonii reseruauerunt sibi quædam, ex quibus possunt se inuicem associare: vel vnus posset de his reseruatis, donationem facere alteri: quia tunc propter illam animi conuentionem & promissionem de donando factam in tempore habili, valebit, saltem ut morte confirmetur. Ita tenet Bal. in l. j. C. de donatio. ante nuptias.

5 Quintò limita quando res modica quæ vsu consumitur donatur. Argum. eorum quæ dicuntur in l. quòd autem. in §. j. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

6 Limita sextò quando maritus rem donatam dat in dotem filiæ Amborum, vxore præsente, & non contradicente, sed consentiente: Vt in l. siue vxor. & ibi Bar. ff. de donatio. inter virum & vxo. sequitur Fran. Cremen. in singu. iiij. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in tit. *Des droictz* Rub. iiij. §. vij. nu. 11. fol. 170. col. j.

7 Limita septimò quando maritus remittit vxori suæ fructus suæ dotis: Vt in l. vir vsuras. ff. de don. inter vir. & vx. De cuius intellectu

vide

vide Iaſ.in l.de diuiſione.in v.colum.ff.ſolut. matrimo. & in §.fuerat. Inſtitu.de actio. Chaſſanæ. ubi ſuprà num.6. notabiliter Thomas Grammat.in deciſio.lxx.

8 Limita octauò quando mulier renuntiat marito donationem per eum factam, nondum per eam acceptatam. Ita tenet Chaſſa.vbi ſuprà,nu.19. De iure Regio probatur in l v.tit.x1.par.4.

9 Limita nonò non habere locum in Imperatore. nam Imperator poteſt donare Auguſtæ.l ſi C.de donat.inter vir.& vxo. & ita per illum tex.vltra Doct.ibi tenet Iaſ.in l frater à fratre. in j.lect. nu.44. ff.de condi.indeb.verſi.v.fallit.& in l.ciuitas.nu 4.ff.ſi cert.peta.facit quod notat Caſtel. Cotta in memora.iuris, in verbo, donatio facta à Rege.

10 Limita decimò non habere locum in iis quæ obueniunt eis ex forma ſtatuti:quia poſſunt donare. Ita tenet Chaſſan.vbi ſuprà, nu. 9.vbi ponit exemplum.

11 Limita vndecimò ſi ruſticus vel plebeius acciperet nobilē in vxorem & conſtante matrimonio facit inſtrumentū de receptione dotis quam non recepit, quamuis in effectu iſta dicatur donatio inter virum & vxorem,tamen valet:quia fit in remunerationem ad recōpenſationem propter inæqualitatem eorum. Ita notabiliter concludit Bar.per glo.ibi,in l.ſi voluntate.C.de dotis promisſione.num.2. & in l.ſi diuortio.& ibi Iaſ.nu.9.ff.de verb.obl.idem Iaſ.in l.ex hoc iure.nu.55.ff.de iuſt.& iur.& in l.fi.col.fi. C. de verborum ſignifi.& & in l.ſi non ſortem.in §.libertus.ff. de condict.inde. nu. 8.idem tenet Bal.in l.2 § fi ff.ſi cer.peta.Segura in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff. de vulg.& pupil.nu.162.Abb.in c.1.nu.8.de adult.Ioan. de Neuiz. in Sylua nupt.lib.2.nu.28 Pala.Ruui.in repet.Rubri.de donati.§.x. & xxx1.nu.1.Tiraquel.in ll.connubia.in iiij.l.nu.7.& in v.l.nu.18.& in repet.l.ſi vnquam.in verb.donatione largitus.nu.19. C.de reuoc. donat.& hanc dicit communem Bal. Nouel.in tracta dotis,in x.par. nu.7.Cur.iun.in conſi. v1.nu.20.Couarru. in Epitome. 4.libr.in ſecunda par.c.3.§ 3.numero 2.

12 Limita duodecimò quando maritus donat annuum vel menſtruū ad ſui ſuſtentationem,vſque ad vires dotis, & non vltrà: Vt in l.ex annuo.& in l.de fructibus.ff.de donatio.inter virum & vxorem.& in l.ſicut.C.eod.tit.

13 Limita decimotertiò ſi unus ex coniugibus, ſeruis, vel animalibus,vel veſtibus alterius vſus fuerit, vel in domo ſua gratis habitauerit donationis cauſa.nam valet donatio : Vt in l.ſi vir vxoris.ff.de dona.inter virum & vxo.

14 Decimoquartò fallit ſi vir vectigal vel vecturas pro vxore vel miniſtris eius ſoluere:Vt in l ſi quis pro vxore.ff.eod. tit.

15 Decimoquintò fallit ſi ſerui viri,vxori operas præſtiterunt: Vt in l.ſi id quod donatum eſt.in §.ſi quas ſerui operas. ff.de donatio.inter virum & vxorem.

16 Decimoſextò fallit ſi vir ſoluit in præſenti quod in diem debet

vxori: nam tunc potest: Vt in l. sed si vir ex lana. in §. quod vir vxori, ff. de donatio. inter virum & vxo.

17 Decimoseptimò fallit de iure Regio. nam elapso anno a tempore contracti matrimonii valet donatio inter coniuges, si filios non habent, si tamen filii postea nascantur, reuocatur donatio, nisi in quinta parte. Vt in l. iii. titu. xii. lib. iii. fori. Quod dicit esse menti tenendum & alibi non reperiri, Pala. Ruui. in repe. Rubr. de donat. §. liiii. nu. ii. facit etiam l. ix. tit. vi. lib. iii. fori.

Et alias limitationes circa hanc regu. vide per Pala. Ruui. & Docto. in locis suprà allega.

REGVLA CCXXII.

DONATIO ob causam in filiũ a patre facta, debet in legitima computari. Quam regulam ponit Bar. quem sequuntur ibi Doct. in l. in quartam. nu. 10. ff. ad l. Falc. pro qua opin. est glo. ii. in Auth. ex testamento. C. de collatio. De iure Regio probatur in l. xxix. Tauri. Circa quam reg. vide Docto. in l. xxvi. & xxix. Tauri. Bernar. de Luc. in reg. ccxii. Roderi. Xuarez in l. quoniam in prioribus. in v. q. fol. 95. C. de inoffi. testa.

1 Limita primò si res efficiantur peculii aduentitii, vt in rebus donatis ob causam remunerationis, scilicet quando donantur propter benemerita. has enim res peculii aduentitii esse firmat glo. communiter ab omnibus Doct. approbata in Authen. vnde si parens. in verbo, Falcidiæ. C. de inoffi. testam. Ea enim quæ aduentitia sunt, communicari non debent. l. fin. C. de colla. De iure Regio est tex. in l. v. tit. 15. par. vi. Quod intellige quando benemerita rei donatæ responderent, vt est gloss. notab. communiter approbata in l. si donatione. C. de colla. in verbo, postulas, & in cap. relatum, el ii. in verb. iuxta seruitii. de testa. Bar. in l. si fortè. nu. 5. ff. de castren. pecu. Et in hoc non statur confessioni patris, scilicet merita præcessisse, sed oportet quòd merita seu seruitia probentur, vt tenent glo. & Bart. vbi supra. Ias. in reper. l. frater à fratre. nu. 44. ff. de condi. indebi. Corne. in consi. cxliiii. nu. 10. volu. ii. Marc. Mantua in l. si donatione, nu. 46. C. de colla. & ibi Rimi. nu. 8. Castellus in l. xxix. Tauri. in glo. in verbo, *las otras donationes*. in fi. limitation. Matthæ. de Affli. in decis. cccxx. nu. 15. Ioan. Bernar. in regu. ccccccxxxiii. Chassan. in consuet. Burgun. in tit. *des droictz*. Rubri. iiii. in §. vii. folio 157. col. iiii. nu. 7. Ruin. in consi. xcvi. nu. 2. vol. v. Catellia. Cotta in Memo. iuris, in verb. donatio inter fratrem & filium.

2 Limita secundò quando res ob causam donatæ non sunt ad hæredes transmissibiles, Vt in l. omni modo. in §. imputari. C. de inoffi. testam. & sic primò alimenta per patrem filio præstita, quæ vocant victum & vestitum, vt in l. legatis. ff. de alimen. & ciba. lega. in legitimam non imputantur, vt in l. quæ pater. ff. fami. hercis. tenet Bar. in d. §. imputari. Doct. in l. filiæ licet. C. de coll. Secũdò expen-

ſæ quæ a patre fiunt in nuptiis aut in conſequendis honoribus filio rum, non imputantur in legitimam: vt eſt tex. & ibi glo. in l. iii. in §. fi. in gl. fi. ff. de muneri & honori. Bal. Ang. Iaſ. & Doct. in d. §. impu tari. per illum tex. & in l j. in §. ſed an ipſe. ff. de colla. bono. Boeri. in deciſ. 14. nu. 3. Ripa in repe. l. in quartam nu. 163. cum aliis. ff. ad l. Falci. Quod tamen limitat Alex. in addi. ad Barto. in d. l. iii. in §. fina. ff. de mune. & hono. procedere quando filius non habere bona propria & à patre ſeparata: ſecus tamen ſi haberet: quia tunc cēſen tur næ expenſæ factæ animo repetendi: vt in l. fi. ff. de pet. hære. facit l. Neſennius. ff. de neg. geſt.

3 Limita tertiò quando res donatæ efficerentur caſtrenſis peculii. vel quaſi: Vt in l. ſi filius. C. famil. erci. ex quo ſequitur quòd arma quæ militi dantur & equi, non computantur in legitimam. Idem de libris qui dantur Doct. aut Aduocato, vt tenet Bart. in l. j. §. neque caſtrenſe. nu. 2. Idem puta in pecunia quæ a patre datur pro haben do Breuiario, aut pro conſequendis ordinibus, aut pro celebranda prima Miſſa: quia hæc debent dici peculia caſtrenſia: vt in l. ſacroſanctæ. & in Authen. presbyteros. C. de epiſco. & cleri. Ripa in d. l. in quartam. nu. 166. De iure Regio eſt tex. in l. iiii. tit. iiii. parti. v. & in l. v. titu. xv. par. vi. Quod etiam procedit in libris à patre emptis filio ſcholari: omiſſa diſtinctione Bar. in d. §. neque caſtrenſe. nu. 2. & in l. ſi donatione. C. de colla. & ibi Alex. & in l. filiæ cuius. & ibi plenius Sali. nu. 13. C. fami. hercíſ. Ripa & Doct. in l. in quartam. nu. 168. ff. ad leg. Falci. tenet glo. in d. l. filiæ cuius, in gl. j. pro qua opi. eſt tex. in l. quæ pater. ff. fam. hercíſ. De iure Regio probatur in d. l. iiii. tit. iiii. par v. in fi. & in d. l. v. tit. xv. par. vi. ita tenet Pala. Ruui. in d. l. xvii. Tauri. nu. 16.

4 Limita quartò quando pater ſponte ſoluit emendam pro condemnatione filii, vt liberetur filius: Tenet Bar. in l. Stichus. num. 2. in fi. ff. de pecu. lega. vbi diſtinguit, quòd ſi pater voluntariè ſoluit, ſoluta non ſunt imputanda. Si autem ex neceſſitate fortè per ſtatutum aut conſuetudinem, tunc imputantur. quem ſequitur Bal. in d. §. imputari. Quam diſtin. Barto. reprobat Fabi. de Monte, in repetitio. Auth. nouiſſima. q. viii. princ. verſic. octauò quæritur. C. de inoffic. teſtam. eandem reprobat Ripa, vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. in quartam, nu. 185. quia in hoc caſu motus paterna pietate ne filius vexetur à fiſco, ſoluiſſe creditur pater, & ſic coactus ſoluiſſe. pro qua opin. facit text. in l. relegatorum. in § fin. verſic. neque enim. ff. de interdi. & releg. vbi dicitur quòd ex delicto quis non de bet habere beneficium.

5 Quintò limita non habere locum in donatione ſimplici, attento iure huius regni, nam ſimplicem donationem hodie filius conferre non debet cum aliis fratribus, nec debet in legitima imputari, vt in l. xxvi. Tauri. facit etiam text. & ibi gl. in d. Auth. ex teſtamento. C. de collatio. & ita expreſsè tenet Ciſuentes in d. l. xxvi. Tauri. nu. 6. & in l. xxix. nume. 2. in fin. Rodericus Xuarez in repet. l. quoniā

in prioribus.in v.q.num.6.fol.96.C.de inoffi.testa. Pala.Ruui.in l. xxvi.Tauri.num.25.

Porro alias limitationes circa hanc regulam & eius materiam vide per Doct. in supradictis locis:præcipuè in d.l.in quartam.

REGVLA CCXXIII.

DONATIO facta à patre filio in potestate, regulariter nō valet. Hanc regulam probat tex.in l.si pater, C.de inoffi.dona. & in l.donationes quas parentes. C.de dona.inter vir.& vxo.& in l.secunda, in §.si filium.ff.de dona.& in l.i.§.si pater filio,& in l.si pater filiæ, ff.de vsucap pro dona.de iure Regio probatur in l.iii.tit.iiii.par.v. & in l.iiii.titu.xv.par.vi.& circa hanc reg.vide Plat.in l.i.C. de castren.pecul.lib.xii.Bar.& Doct.in l.frater a fratre,ff.de condi.inde. vbi Ias.in i.& ii.lect.nu.44.Iacobi.de S.Georg. nu.33.Ioan.Crot. fol 6.col.iii.in xii.q.Mar.Mant.nu.327.& 342.Ferdina.Loaz.in repet.l.filiusfamilias.§.diui.nu.77.& 85.cum aliis.Lud.Roma. in l si donatione,nu.8.C.de colla.Cifuentes & Doct. in l.xvii. Tauri.Segura in repet.l licet Imperator.nu.80.cum aliis,ff.ad Trebel. & in repe.l.vnum ex familia,§.si fundum,nu.115.cum aliis, ff.de leg.ii. Bertran.in consi.cclii.nu.2.vol.i.primæ impressionis,Chassanæ. in consue.Burgun.in tit.*Des droitz* Rubri.iiii.in princ.nu.36.fol. 126 colum.ii.

Hanc regulam cū vndecim limitationibus ponit Soc.in reg.ciii.

1 Sed vltra eum limita primò non procedere in donatione facta a Rege vel a Principe non recognoscente superiorem. ita tenet Bal. in c.i.in §.item sacramenta. de pace iura. firman.in Vsib. feud. pro qua limata.facit tex.in l.pen.C.de dona.inter vir.& vxo. & ita per illum tex.tenet ibi Alexan. in addi.ad Bart. Eandem opinio.tenet Crot.vbi suprà,& originaliter ante oēs tenuit Old. in cōsi.ccxxxi. Ias.in d.l.frater a fratre,in i.lect.nu.44. in vi.fall.in versi. & ita habes expeditas omnes fallentias Bartoli. & ibi Mar. Mant. nu.348. Segura in d.l.imperator,num.83.ff.ad Trebell.Aret.in l.placet,nu. 3.ff.de acquir.hæredit.Lancelo.Galia.in repe.l.Centurio, nu.115. ff. de vulga.

2 Secundò fallit quando duo filii sunt in potestate, & vnus donat alteri de consensu patris bona profectitia vel bona propria patris, nam talis donatio statim valet. Ita notab. tenet Ioan. Andræ. in additio.ad specula.in titu.de instrumen. æditio. in §. Porrò.super nume 3. incipienti, concipitur. Quam opinionem ante eum tenet Oldra.in consi. xxvi. Cuius ratio est,quia si pater consenserit ꝙ hæc bona donarentur alteri filio,consuetudo intelligitur filiū tacitè emācipare quo ad istū actū, vt valeat donatio, vt in l.si permittēte.C.ad Mace.Sicut.n.valet donatio si emāciparet in totū,vt in l.vt liberis,C.de coll.ita valere dēt quo ad istū actū.Quā decisio nē Ioā.And.exclamādo extollit vsq; ad sydera.Are.in l.placet,nu. 4.ff.de acquiren.hæredi.& ibi eam impugnat duplici ratione. quā etiam reprobat Ias.in l.frater a fratre.in prima lectura; num.44. in

REGVLA CCXXIIII.

DONATIO excedens quingentos solidos non valet, nisi fuerit insinuata, est tex. in l. si quis pro redemptione. in §. cæteris C. de donation. & in l. ix. in fi. tit. 4. par. 5. per quæ iura corrigitur tex. in l. sancimus C. eodem quæ vsq; ad trecentos aureos tantummodo permittebat, tenet Bar. & doct. in l. Modestinus ff. de donat. Bald. & ibi doct. in l. illud C. de sacrosan. eccle. & in l. fina. C. de iure doti. Circa quam regulam vide Fran. Are. in consi. lxxvij. Pau. Pari. in cõsi. xxv. nume. 53. & in consi. lxix. num. 93. lib. 3. Socin. Iun. in consil. lxix. num. 37. & in consi. lxxvij. nu. 55. lib. j. & in consi. lxvij. num. 18 & in consi. cxviij. nu. 2. volu 2. Caro. Ruin. in consi. clix. nu. 6. & 15. volu. 4. Ioan. Barthol. de Scharampis in consi. cxj num. 6. inter cõsilia Alberti Bruni. Pala. Ruui. in repe. rubri. de donat. inter virum §. 18. nu. 6. Andræ. Tiraquel. in legibus connubia. in glo. 4. num. 10. & in glo. v. nu. 32. & 34. & in glo. 6. num. 177. & 272. Ioan. Bessanium in consuetud. Aluerniæ, ca. 15 arti. xlij. & notabiliter Anto. de Canario in tracta. de insinuatione, in prima, & secunda parte num. 1. cum sequen. Ioan. Igne. in Authen. ex causa num. 207. C. de liber. præte. Guid. Papa in consi. 57. & in deci. 325. Aymon Publicia. in glo. ad dicta consuetu. Aluerniæ, arti. 42.

1 Rationes autem quare donationes insinuari debeant sunt quatuor. Prima est, vt inter insinuationem & donationem, donans deliberare possit an sibi expediat donationem perficere, vt in Authẽ. de appel. & intra quæ temp. in prin. versic. vt liceat homini intra id spatium plenissimè deliberare collat. 4.

2 Secunda ratio est, vt iteratio actus ostendat mortis perseverantiã vt in l. vna C. de plus petitio. sicut dicitur de actu geminato, vt in l. Balista. ff. ad Trebell.

3 Tertia ratio, vt tollatur deceptionis suspicio, vt in l. si decipiendi ff. ad Velleia. nam sicut præsentia amicorum tollit suspicionem fraudis, ita & præsentia iudicis, vt in l. transactione & in l. siue apud acta C. de transactio. ita tenet Guido Papa in consi. 57. colum. 2. versicu. 1. Andr. Tiraquel. in legibus connubia. in gl. 6. num. 177. vbi dicit quòd apertè iudex debet intelligere quòd isti intenderant donationem conficere, ad hoc vt insinuatio valeat, aliàs licet interponat decretum, non valebit. ista est gloss. notab. secundum eundem ibi, in l. tutor bonorum versi. amici eius & iudices scientibus ff. de bonorum possessio.

4 Quarta ratio est, vt occurratur falsis probationum modis, vt in l. finali C. de fideicommiss. Quas rationes ponit Ant. de Canario in d. tracta. de insinuatione q. 9. nume. 18. referendo se ad Specu. in tit. de instrumen. æditio. in §. porrò.

Bartol. tamen in d. l. Modestinus nu. 3. addit duas alias rationes. Prima ne si clam fiat, homines fraudentur, vt in l. data. C. de donat.

& quia in magnis quantitatibus, magna exigitur obseruatio, vt in l. fin. & in Authen. ibi posita C. si certum peta. Anto. de Canario in d. quæst. ix. dicit has rationes magistrales, excepta illa quæ ponitur in dicta l. data.

Facit etiam alia ratio, quia reipublicæ interest ne quis re sua male vtatur, vt in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iuris.

1 Amplia primò prædictam regulam habere etiam locum, in creditore qui remisit domum sibi debitam, quia remissio donatio est, vt in l. si mulier ff. de condic. causa dat. Et quòd in remissione facta causa donationis requiratur insinuatio, tenet gl. j & ibi doct. in l. si quis obligatione ff. de regulis iur. & ibi Hierony. Cagno. nu. 5. dicit esse communem opin. Eandem opin. tenet Bart. in d. l. Modestinus nu. 1. Bal. in l. pactum nu. 12. C. de collat. quam dicunt communem esse Alex. & Deci. in l. creditori nu. 12. C. de pact. idem Alex. & ibi Ias. in l. si mulier num. 1. C. de condict. cau. dat. Felin. nu. 2. in c. veniens. el j. de testib. & ibi docto. idem Alex. in consi. cxxxviij. num. 28. volu. 2. Andr. Barb. in consil. xlj. nu. 24. versicu. item est etiam ponderandum, libro j. quod tamen declarat secundum Felin. vbi suprà, & Roma. in d. l. Modestinus nume. 41.

2 Amplia secundò, siue donatio fuerit facta extraneis siue coniunctis. ita tenet Bal. in l. data. in prin. C. de dona. quia eadē ratio & maior videtur inter coniunctos quā inter extraneos, vt concludit Barbat. in consi. 23. nu. 10. versi. modò in proposito volu. 2. facit quod notat Marc. Mant. in Apophth 79.

1 Limita primò non procedere in dote, vt in l. fin. in §. j. C. de iure dot & in l. fina. C. de donat. ante nup. & hoc fauore dotis statutum est, sicut multa alia, vt in l. j & ibi no ff. solu. matri. Et hæc limi. probatur de iure regio in l. ix. in fi. tit. 4 par. v.

2 Limita secundò in donatione propter nupt. quę non est minoris fauoris quàm dos, vt in l. fin. C. de donat. ante nup. imò dicitur quod in substantia nihil distat. ad hoc facit tex. in Auth eo decursum C. eo. ti. & in Auth. vt fratrum filii in §. illud. colla. 9 & in Auth. vt sponf. largi. in prin. coll. 9. ita Ang. in d. §. illud nu. 1. Gui. Papa in deci. 325 nu. 2 Ant. de Canario in tract. de insinuationibus, in 2. par. q. 4. nu 4 Bal. Nouel. in trac. de dote in 6. par. prin. q. 47. nu. 2. Bal. in auth. dos data. §. similiq; modo C. de don. ante nup. Bar. in l. cū multæ. in prin. C. de dona. ante nup. Io. Bassi. in consue. Aluerniæ, in d. artic. xlii. fo. 107. licet olim insinuatio requirebatur, vt in d l. fi C. de donat. ante nup. & in l. fi. §. similiq; mō C. de iure dot. & in d l. sancimus in prin. C. de don. Quod est verū respectu mulierum & in earū fauorē, secundum suprad. §. illud & ibi Ang & d. Auth. eo decursum Pau. Parisi. vbi hoc declarat, in con. 17. nu. 24. vol. 2.

3 Limita tertiò non procedere in donatione feudali, vt si rex vel alius dat castrum aut aliam rem in feudum, valebit sine insinuatione. Ita tenet Bald. in c. peruenit el 2. nu. 4. de iureiuran. Idem in alia donatione à principe facta, vt in l. illud C. de sac. san. ecc. in l. san

cimus ver.exceptis C.de donatio.& ibi doct.& in Auth.vt non fiāt pigno.in §.illud colla.v. Anto.de Canario in tractatu de insinuatione,in 2.par.nu.2.Matth.de Afflict.vbi hoc declarat,in c.j.in §.item sacramenta.gl.4.nu.33.de pace iura.firman,in vsibus feu.

4 Quartò fallit in donatione remuneratoria & mutua,Vt in l.si pater.& in l.Aquilius Regulus & ibi gl.in verbo,non meram ff.de dona.& in l.fina.& ibi glo.in verbo, obseruatione C.de iure dot.& ibi Ange.de Perusio.tenet Bal.in l.illud nu.8.C.de sacrosan.eccle. Ias. in l.si non sortem in §.libertus num.8.ff.de condi. indebi. vbi dicit valere prædictam donationem dum modò facta sit propter seruitia præcedentia, & seruitia sint æquiualentia donationibus idem Iaso. vbi hoc no.declarat,in l.ex hoc iure.nu 53.ff.de iust.& iu.Segura in repet.l.ab exhæredati substituto num.91 ff.de leg.j.Bar. & ibi not. Io.de Imo.in l.Aquilius Regulus ff.de donat.Anto. de Canario in d.tract.in 2.parte quæst.xij.nu.15. Ratio est , quia talis donatio non est proprie donatio, sed potius quædam permutatio seu cōpensatio,vt in l.sed & si lege §.consuluit.in fi. ibi , velut genus quoddā hoc esse permutationis ff.de petitione hæred.& in d.l.Aquilius Regulus versi.dixi posse defendi. Et talis donatio non reuocatur prætextu ingratitudinis,nec in ea habet locum tex.in l.fina.C.de reuocan.donat.nec alia iura communia loquentia de donatione , vt est tex.iuncta glo.in l.si pater §.j.ff.de donatio.& ibi docto. & gloss. & ibi doct.in d.l.fin.in verb.inueniatur.Ripa in repeti.q.xliiij.Carol. Molinæ.in consuet.Pari.ti.j.§ xxx.num.99.Boer.in decisione 27. Et vltra istum effectum & alios effectus huius obligationis antidoralis,vide xviij.effectus per Ias.in l.si non sortem §.libertus nume. 5.ff.de condit.indebi.xix.effectus ponit idem Iaso. in l.ex hoc iure num.15.cum alijs ff.de iust.& iu.alios ponit Fortunius Garcia in l. j.§.ius naturale nu.37.ff.de iust.& iure,quatuor & trigīta ponit Andræ.Tiraquel.in repet.l.si vnquam in verbo,donatione largitus nume.11.cum sequen.C.de reuocan.donation.

5 Quintò fallit in donatione iurata,Vt tenet Io.Andr. in addition. ad Specu.in titu.de instrumen.æditione in §.porrò in additione incipienti,minus. Federic.de Senis in consi.cclxxxj.num.1. Bald.in cap.cum contingat nu.13.de iureiuran.& ibi Ioan. de Imol. vbi latissimè hoc examinat nu 90.per quatuor colum.& ibi Abb.num.17 Ioan.Faber in §.& cùm retrò num. 3. Insti.de donatio. Alex.in consi.4.num.10.& in consi 12.nu.4.vol.j.& in consi.clvij.nu.19. vo.2. & in consi.21.num.11.volu.3.Socin.vbi plenè eam disputat & concludit,in consi.lxxvij.num.10.vol.1. vbi vicit quòd hæc opinio est verior , & quòd semper pro ea iudicaret & consuleret. Et eam dicit esse communem Ias.in consi.51.colum.fina.volum.1. Francisc. Curt.Iuni.in consi.xxxiiij.nume.1.Deci.in consi.ccxxxix.nume. 3. & in consi.cccccxxxij.nume.11.& 15.& in consi.48 8.nume.6. Ripa libro 3.responsum,cap.11.nume.11.Matthæ.de Afflict,in cap.1.numero 36.de feudo dato in vicem l. commiss. in Vsibus feudo.

Hanc

Hanc opinionem dicit etiam esse communem Soci. Inni. in consil.
67.numero 20.vol.2. Alex.vbi dicit ita fuisse consultum per multos
doct. in l.nemo potest.ff.de leg.1.& eam tenent plures doct.quos re
fert Andræ.Tiraquel.quos propter prolixitatem non refero in repe,
d.l.si vnquam.in præfatione,numero 143. Anto.Rubæus Alexand.
in consi.59.numero 2. Parisius,vbi eam dicit communem,in consi.
69.numero 95.vol.3.

Contrariam tamen opinionem, imò quòd prædicta regula & le-
ges eam probantes non possint iuramento renunciari, tenent Gu-
lielmus de Cugno, Alberi.& Bal.sibi contrarius in l.illud.nu.9.C.de
sacrosan.eccle. & dicit Imol.in d.l.Modestinus. quòd illud est de
mente Bar,ibi,in nu. si dum se remittit ad not. per eum in l.si quis
pro eo.ff.de fideius.idem tenet Anto.de Canario in d.tractatu 2.par.
quæstio.33.nu.50.vbi per totam q.hoc examinat, & tenet hanc o-
pinio.maximè in numero 59.Ange.in consi. 179.numero 7.vbi di-
cit hoc esse verum,etiam in donatione facta inter coniunctos & in
ter fratres. Et eam dicit communem Andr.Barb.in consi.16.nume
ro 16.versi.& si quispiam dixerit.vol.2.col x.in prin.Alex. sibi con
trarius in addi.ad Bar.in l.post mortem.ff,de adoptio.Barba.in con
sil.22.incipienti,uiso celebri.in 2.colum in fine,versi.quod verò op
ponitur.vol.4.Angel.Areti.in §.aliæ nu 5.& 9. Institu.de donatio.
idem Barba.& quam plures doct.tenent hanc opinionem,quam ipse
refert in consi.66.nume 23.& in consi.67.per totum,inter consilia
Curt.Senio Bartho.de Scarampis in consi.111.numero 6. inter con
silia Alber.Bru.Rom,in d.l.Modestinus.numero 18.Lauren.Calca-
ne.in consi.25.numero 13.versi,nec obstat etiam quod dicatur.Rui
nus post plures quos refert in consi.159.numero 6.vol.4. & ibi nu-
mero 15.refert contrariam opinionem , in qua se non bene firmat
propter ambiguitatem opinionum & alij etiam doctor.quos refert
Maria.Socin.Iunior in consi 69.numero 39.& in consil. 77. nume-
ro 58.vol.1 vbi refert has duas opiniones & etiam se non bene fir-
mat,& alii etiam doctor. quos refert Andræ. Tiraquel. in repet.l.si
vnquam.in præfatione,numero 153.C.de reuocan.donatio.& hanc
opinio.vbi adducit pro ea plura fundamenta , & dicit quòd secun
dum eam si casus eueniret semper consuleret & iudicaret , tenet
Ioan.Crottus in repetitio.l.nemo potest,col.14.versi.fallit hæc con
clusio ff.de legat 1.

Sed hæc posterior opinio verior mihi videtur,quòd donatio etiā
si sit iurata,si non sit insinuata non ualet. Ratio prima facit, nam,
ut suprà dixi in rationibus huius regulæ, insinuatio fuit introducta
fauore publico,ne quis effusa liberalitate patrimonium suum exhau
riat,ideo iuramentum nullum effectum operatur,vt in ca.si diligen
ti.de foro compe.not.in l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.Secū
da ratio facit,nam donatio omissa insinuatione ideo est nulla, quia
præsumitur facta esse in fraudem,& sic ad euitandas fraudes quæ cō
mitti possunt,maximè inter coniunctos, ut in d.l.data.C.de dona-
tionibus,

tionibus.& sic etiam in odium recipientium clandestinas donationes. Si ergo iuramentum firmaret contractum donationis absque insinuatione, præstaret occasionem delinquendi contra l. conuenire. ff. de pactis dota & sic videretur iuramentum contra bonos mores, & sic quòd non valeat, vt in cap. non est, de regu. iur. lib. 6. & sic vbicunque l. vel statutum p æsumit fraudem in aliquo contractu iuramentum interpositum super illo contractu non firmat dictum contractum, ita Bal. Sali. Paul. de Castro in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Bar. in l omnes populi. in 2. q. 3. q. prin. ff. de iustitia & iure. Roma. in consi. 12. pro qua opin. faciunt alia quàm plura fundamenta quæ traduntur à Docto. in locis suprà allegatis, quæ propter prolixitatem non curo referre.

6 Sextò fallit in donatione facta ecclesiæ vel alicui pio loco. Ita tenet Bar. & Albe. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccle. per illum text. Io. And. in addi. ad Specul. in tit. de instrumen. æditio. in §. porrò. super verbo, sed illa lex. Ioan. Calde. in consi. 3. sub rubr. de donatio. text. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. Rom. in d l. Modestinus. numero 11. Felin. post Anto. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, nu. 82. de constitu. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & allegat quàm plures doctores eam tenentes. Ripa in lib 3. responso. c. 11. num. 10. Abb. in c. relatum. el 1. de testa. Parisius. in consi. 70. nu. 23. uol. 4. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegiis scholarium, priuile. 64. vbi dicit quòd idem est in donatione facta scholari tanquam pia, & dicit quòd est communis opinio.

7 Septimò fallit quando princeps ex certa scientis confirmat donationem non insinuatam. Ita tenet Panor. in consi. 84. nu. 3. cum seq. volu. 1. vbi consuluit rescriptum principis ex certa scientia, confirmans donationem non insinuatam valere etiam in præiudicium filiorum quibus erat ius quęsitum spe probabili, quia ista insinuatio est solennitas quædam de mero iure positiuo introducta, quam ob rem est in arbitrio principis. Ita Alex. in l. quamquam. C. de militari testa. Alciat. in tracta. de præsump. in 3. regu. præsump. 11. numero 8. doct. in titu. de confirmatione utili uel inutili. facit quod suprà dixi in regu 43.

8 Octauò limita in donatione facta coram iudice, quia eo ipso videtur insinuata. l. omnium. & ibi doct. C. de testa. & l. sancimus. C. de dona. Bar. & doct. in l. Modestinus. ff. de donatio. facit tex. & ibi docto. in l. fi. C. de prædiis decurionum. lib 10. Alex. in consi. 20. numero 5. uolu 3. Quam opinionem tenuit Bar. in d. l. Modestinus. nume. 3. Ias. vbi hoc not. declarat, in d. l. omnium. nu. 4. Andræ. Tiraquel. in legi. connubia. in glo 5. numero 32. Et an iudex si faciat donationem coram se possit insinuatio fieri, vide notab. Barto. in l. si consul. numero 3. ff. de Adoptio. Anto. Capicium, ubi hoc notabiliter examinat, in decisio. 203. nu. 13.

9 Limita nonò in bonis donatis in testamentis, quia donationis nomine non venit testamentum. l. alienatum. §. fin. ff. de uerbo. signifi.

&

& sic instituti in testamento non tenentur insinuare, licet si testamenta facta sint coram curato & testibus, iuxta cap. relatum.2.ip. cùm esses de testamen. oporteat quòd publicentur & in publicam reducantur formam ad hoc ut probent, ut in l.publicati.C.de testamen. tamen hic non agitur de illa publicatione. nec de illa quæ ad aperturam testamentorum fieri solebant, ut l.prima & secunda.ff. quemadmo.testa.aper.

10 Limita decimò in lucro quod quis acquirit ex legis uel consuetudinis dispositione. Tenet Bal.in Authen.eo decursu.C.de donatio. ante nupt.numero 2.

11 Limita vndecimò in casu l.vnicæ,in fi.C.de plus petitio. ibi,siue insinuatæ sint,siue non.

12 Limita duodecimò in donatione causa mortis, ut in l.fina.C.de donatio.causa mor. ubi hæc donatio omnes effectus sortitur quos habent ultimæ voluntates. Et ita expresse concludit Guido Papa in dec.& in decisio.325.numero 3.notat gloss. in l.si quis pro redemptione.in verbo,ad refectionem.C.de donatio. & ibi Bart.Salice.& Ang.Spec.in titu.de instr.æditione,in §.porrò.& hanc opi.tenet expresse Anto.Rube.in consi.59.nu.1.vbi post Bar.in d.l.fi.dicit quòd per illam l.est correctus tex.in l.donatio.C.de donatio.eandem opinionem per d.l.fi.tenet Anto.de Canario in tracta. de insinuatione, in 2.par.q.7.numero 7.

13 Limita decimotertiò non procedere in contractibus qui donationis nomine non continetur, & ideo venditio & alij contractus non insinuantur, Vt in l.Labeo.in §.contractum. & ibi doct. de verb.signifi.maximè Capo.nu.4.

14 Decimoquartò fallit, si filia renuntiat futuræ successioni, quia in hoc non requiritur insinuatio, secus si hæreditas esset iam quæsita,& filia remittere,quia tunc donatio est.Ita tenet Bal.in d l.illud. nu.7.versicu.quid ergo dicemus.quem sequitur Anto. de Canario in d.tracta.de insinuatione,in 2 par.quæst.16.nume. 21. Idem est si fiat pactum inter fratres quod vnus alteri succedat, ut in l.licet. C.de pact.quia potius dicitur contractus quàm donatio,& ob id insinuatio non requiritur.ita Ioan.Andr. in additio. ad Specul.in titu.de instrumentorum æditione, in §. porrò.quem sequitur Anto. de Canario,ubi hoc notabiliter examinat,in d.tract.in 2.parte,quæstio.numero 23.

15 Decimoquintò limita in confessione facta in iudicio animo donandi, quia insinuatio non requiritur: Vt in l. quidam in iure. & ibi Bartol numero.ff.de donatio.Bald.in dicta l. illud. numero 12. C.de sacrosanct.eccles.quia pro insinuata habetur postquàm in iudicio facta est & ita tenet Anto.de Canario in dict.tract. in secunda parte,quæst.15.numero 21.

16 Decimosextò fallit in donatione rei alienæ, cùm non sit propriè donatio:Vt in l.in ædibus.§.fin.ff.de donatio.nam vsucap.conditio non est donatio,quia procedit à lege,& non iudi.dona.Ita cōcludit

Bal.

Bal.in l.post mortem.nu.14.C.de fideicom. quem sequitur Roma. in d.l.Modestinus.nu.16.

17 Decimoseptimò limita in remissione vsurarum futuri temporis, Vt in d.l.Modestinns.& ibi Bar.& doct.glo.in §.aliæ.in verbo, inueniri.Instit.eo.tit.Rationem ponit Anton.de Canario in d.tract.in 2. parte,q.13.nu.13.

18 Limita decimooctauò quando plures donationes sunt factæ diuersis temporibus,quæ simul congregatæ eam summam excedunt, tunc enim non requiritur insinuatio.Ita probat tex.in l.sancimus. in §.si quis autem per diuersa tempora.& ibi expresse Bal. & docto. C.de donatio.& ita tenet expressè per illum text. Ioan. Ignæus in Auth.ex causa.nu.207.C.de libe.præte.

19 Decimononò fallit de iure antiquo,in quo 72.aurei faciebant libram auri,vt est glo.2.in Auth.de defensio.ciuita.§.& iudicare colla.2.& in l.in eum.ff.de in ius vocan.& in l.quicunque.in glo.in verbo,vel viginti.& ibi Bald.& Salice.C.de ser.fugi.& in l.quotiescunque.in verbo,haud.C.de suscep.& arcariis.lib.10.& in rub.C.de veteriis numis.potesta.lib.11.& in §.omnium autem.Institu. de pœna temerę litigant.& in l.fin.C.communia de legat. & in l.id est.ff.de dolo. Sed cum hodie aurei quibus vtimur sunt minoris ponderis, & 96. faciunt libram auri , & sic hodie ducatus non est nisi octaua pars vnciæ,secundum Bar in d.Rubr. C. de ueteris numismatis potesta.& in d.l.quoties.Abb.in ca. conquerenti numero 6.de officio ordin.& ibi Fel.diffusè numero 2.idem Abb.in c.nulli.nu.1.de Iudæis.Pau.de Castr.in l.fi.& ibi doct.C.communia de lega.ideo donatio hodie valet vsque ad octingentos aureos,quia aurei vel solidi de quo in illa l.debent computari secundum tempus quo facta fuit illa lex,Ita in expressis terminis tenet Angel.in l.sancimus, numero 4. C de donationibus.Iason,vbi dicit quòd ita obtinuit in l.2. in §.ex his.nume.16.ff. de verbo.obliga & in l.quæ extrinsecus.eod. tit.& in l.in eum.nume.1.ff.de in ius vocan.Paul.Castren.in l.fi. C.commu.de lega.Iason in l.puniri nu.2.C.si contra ius vel vtili. public. Quam opinionem tenet Deci.in consi.229.numero 3.Felin.in cap. conquerente,numero 2.de officio delega.Bar.ho.de Chassanæ.in cõsuetud.Burgnnd.in tit.*des iustices*, Rubr.j.§.7.fol.76.col.4.numero 1.Alex.in consi.4.numero 9.in fi.vol.1.Alciat.in l. etiam aureos nũmos.& in l.hæc nuntiatio.ff.de verb.signifi.Alber.Brunus in tracta. de augmento,in vltima conclusione.j.q.principalis col. 2. versi.olim. Hodie tamen in nostris temporibus cùm ad constituendam libram auri requirantur plus quàm centum & viginti aurei vel solidi , videtur quòd donatio valeat etiam post mille aureos sine insinuatione,attenta supradicta limitatione.

REGVLA CCXXV.

Dos de necessitate debetur eccle. vel pio loco sufficiens & perpetuò,

petuò:& tradi debet in limine fundationis:vel acquisitionis iuris patronatus. Hanc Regulam probat text.in c.placuit. & ibi glos.j.q.ij.& in c.nemo.de consecra.distin.j.gloss.in c. piæ mentis.in verbo, collata.xvi.q.vij.& in c.cùm sicut.& ibi Abb. de consecr. eccle.vel altaris.& ita expressè tenet Lamberti.in tractat. iuris patronatus.in j.par.j.lib.in x.artic.v.quæst.prin.nu.1.cum seq.Et quòd dos ecclesiæ debeat esse perpetua,probat tex.in c.fine exceptione.xij.q.ij.& in c.nulli. de reb.eccle.non alien.ita tenet Lamber.in d. tract.in prima par.j.lib.in ij.artic.v.q.prin.nu.3.& in artic.v.nu.1. Et quòd debeat tradi in limine fundationis,probat text. in d c. nemo.& firmat Lambertinus in d.artic.x.& per totam illam quæst. notabiliter tractat materiam huius regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliati.& sex limitatio.ponit Cæsar Lamberti.in d.tracta.in j.par.j.lib.in xxij.articul.v. q. princ.fol.46. colum.iiij.numero 3.vsque ad fin.

REGVLA CCXXVI.

DONATIO facta per criminosum post crimen contractum ante sententiam condemnatoriam valet. Hanc regulam probat tex.in l.post contractum.ff.de donati.De iure Regio probatur in l. ij.titu. iiij.part.v.& in l.v.tit.xij.lib.iij.fori. Circa quam regu. vide Bar. in l.si is qui bonis.ff.de acqui.hære.Doc.in l.ex iudiciorum. ff.de accusatio.Sali.in l.si quis posthac.C.de bon.proscri.

1 Limita primò quando delinquendi propositum ex pœnæ suspicione fieret:Vt in l.si aliquis.in ij.respon.ff.de dona.causa mor.& in l.in fraudem.ff.de iure fisci.& in l.sed & si maritus. ff. qui & à quib. in fi.& in l.quæsitum.la j.eod.tit.;Circa quam limitationem vide notab.vltra Bar.Roma.in d.l.post contractum.nume.3.vbi notabiliter eam examinat.

2 Limita secundò quando etiam post delictum ante accusationem donauit bona,quæ ipso iure publicata erant: Vt in l. commissa.ff.de publica.& vectiga.& in Authen.incestas.C.de incest.nupt. Scribentes in l.Imperatores.ff.de iure fisci.& in c.cùm secundum. de Hæreticis,lib.vi.Facit quod suprà dixi in reg.cl. vbi in fine posui ccl.casus in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure.

3 Limita tertiò quando bonorum administratio ob delictum esset interdicta:ut in crimine læsæ maiestatis,& repetundarum : Vt in l.ex iudiciorum.ff.de accusatio.& in d.l.quæsitum. tradit Bar. in d.l.post contractum.nu.12.Quod tamen non procedit in alienatione necessaria:ut in l.reo.ff.de soluti.& in l.alienationes.ff.fami.hercis.& in l. peto.in § prædium.ff.de leg.ij. Quod intelligendum est pro suis alimentis,aduocatis,& scripturis ad eum pertinentibus.ita tenet Bar. in d.l.post contractum.num.12.quem sequitur Didacus à Couarru. in Epitome.de sponsali.in ij.par.c.vi.§.viij.nume.9. quem sequitur Hannibal in repe.l.post contractum.num.481.facit quod suprà dixi in regul.lxviij.in x.limitatione.

Quartò

4 Quartò fallit quando alienatio esset irreuocabilis, vt actio libertatis facta seruo: ut in l. qui pœnæ. ff. da manumissio. Ita tenet Bart. in d. l. post contractum. num. 12. & ibi Imol. nu. 4.

5 Quintò fallit quando post accusationem non comparet in iudicio: vt in l. fi. ff. de requiren. reis. Ita Bart. in d. l. post contractum. nu. 13. & ibi Roma. nu. 11.

6 Sextò limita vt per glo. in d. l. lex. iudiciorum. quando post litem contestatam heret: quia videtur esse litigiosa. Quæ sententia reprobatur à pluribus: quia non sit litis contestatio criminalis ad rei petitionem, sed ad vindictam l. quanquam. in §. Iulianus. ff. de aqua pluui. arcend. ita tenet Bar. in d. l. post contractum. nu. 14.

7 Limita septimò quando post sententiam condemnatoriam fiet vt in l. si quis posthac. C. de bon. proscripto. Nisi appellatum sit, quicquid dicat Bar. in d. l. post contractum. nu. 15. nec obstat text. in l. chirographis. in §. j. ff. de admi. tuto. quia illic fuit prima sententia confirmata per secundam, secundum Imo. in d. l. post cotractum. nu. 4 hoc etiam sentit Roma. nu. 14.

8 Limita octauò non procedere in testamentis: vt in l. si quis filio exhæredato. in §. irritum. ff. de iniust. rupto. Cuius ratio est: quia deficit confirmatio, eò quòd ante aditionem sententia sequuta est. Quod tamen hodie correctum est per text. in l. iiij. Tauri. vbi disponitur quod non solùm ante condemnationem, verùm etiam post condemnationem potest quis testari. de quo vide ibi Castell. in princip. & doct.

9 Nonò limita in donatione causa mortis. vt in l. si aliquis. ff. de donatio. caus. mor. Aliud tamen est in donatione coniugali: vt in l. res vxoris. C. de donati. inter vir. & vxor. & alia circa hanc regulam vide per Bar. & doct. in locis suprà allegatis.

SEQVITVR LITERA E.

REGVLA CCXXVII.

EA quæ in testamento adimuntur, ipso iure adempta censentur. Quam regulam probat text.& ibi Bartol. numero 2. in l.si ita sit scriptum. & ibi gloss. in verbo, ipso iure.ff.de lega.j.

Hanc regulam ampliat duobus modis,& limitat tripliciter *Vdalric*. Zasius in d.l.si ita sit scriptum.à nu.7.vsque ad nu.14.

REGVLA CCXXVIII.

Ecclesia habet priuilegium, ut pro quocunque crimine ab ea quis extrahi non possit. Hanc regulam probat text.in c.definiuit.cum aliis xvij.quæst.iiij.in c.reos xxiij.quæst.v.in c. inter alia. de immuni.eccles. De iure regio est tex.in l.ij.tit.xi.par. v. Circa quam regulam vide Ioan.de Visquis in rep.d.c.definiuit.quæ posita est per modum tractatus,in ij. vol.tracta.diuersorum docto. Didac.à Couarru.in lib.ij.variarum resolutio.c.xx. Ioan. Igne.in l.j nume.4. cum aliis.ff.ad Syllania. Petr. Rebuff.in gloss.ad const.tit.Regias Galliæ, in ij.par.in tract.de immuni.ecclesiarum,per totum.Nicol. Boer.in decisio.cix.Guliel. Maine.in regula, nemo de domo.ff.de reg.iur.Ias.in l.plerique.ff.de in ius vocan.

Hanc regulam ampliat quinque & viginti modis Remig. de Gonny in tracta.de immuni.ecclesi.à pagina 14.vsque ad pagi. 100.& à pag.101.vsque ad pag.209.limitat eam xxxix. modis.

Et circa hanc regulam vltra Aluarum Pelaigum in lib 1. de planctu ecclesiæ,articul.lxvi.cum seq. vide viij. priuilegia ecclesiarum per Catel.Cottam in Memorali.iuris,in verbo, ecclesia. Et viginti priuilegia ponit Guliel.Lunerantus in Arbore iurisdictionum,num.15. Et trigintaseptem priuilegia ecclesiarum & dotium, cum xxx.illationibus,ponit notabiliter Cæsar Lambert.in tracta. iuris patrona. in articulo viij.v.quæstione principalis, lib.j.à numero 1.vsque ad nume.fina.fol.35.colum.iij. Quæ xxxvij. priuilegia ante eum posuit Pau de Citadinis in tract.iuris patrona.in iij.part. quæst.xij.secundæ causæ, per totum.

REGV-

REGVLA CCXXIX.

Ecclesia fundata, constructa, & dotata, post fundationem, cõstructionem, seu etiam post consecrationem, non potest acquiri in ea ius patronatus: quia cùm sit libera nõ potest recipere seruitutes. Hanc regulam ponit glo.j.in c.piæ mentis.in glo.j. circa medium, in versi.si quis autem post consecrationem.xvi.q.vij.& ibi Docto. & Innoc.in rubrica,nu.2.de iure patro.ubi dicit dantem aliquid ecclesiæ, post consecrationem eius non dici patronatum, sed bene factorem.quem sequitur Ioan.Andr.in c.j.de iure patrona.lib.vi.Cardi.in d.rubrica.quæst.vi.& consi.lxxxij.Archid.in ca.filius. xvi.q.vij.Abb.in c.quoniam.nu.9.de iure patrona. & in consil.xxviij.nu.1.& in consi.cvi.nu.2.& latissimè in consi.lix.num.3.vol.ij.Ange.in summa,in verbo,ius patronatus.§.iiij.Felin. in c. cùm venerabilis.nu.37.ad medium,de exceptio.& ita expressè concludit Lambertus.per plura,in tracta.iuris patronat.in j.lib.q.vi. primæ par.prin.num.1.cum seq.fol.47.col.iiij.

Hanc regulam ampliat tripliciter,& limitat tribus modis, vbi has ampliat.& limit.sublimitat & declarat Cæsar Lamberti. in tract.iuris patron.in j.par.j.lib.in viij.articu.vi.q.prin.nume.4.per totum, fol.56.colum.iiij.

REGVLA CCXXX.

Edere non cogit inuitus rationes vel instrumenta, sed tertius apud quem reperiuntur. Hanc reg.probat glos.in l.in fraudem.in § nec instrumenta.in verbo,edi.ff.de iure fisci.quam pro notabili allegat Ange.de Perus.in l.j.in §.editiones. ff de eden. eandem gloss. sequitur Abb.in c.j.nume.22.de probatio. vbi reprehendit Anto.de Butr.qui contrarium tenuit per rationes quas ibi Abb. adducit.quã glo.sequitur Ias in l.prætor ait.in princ.nu.9. ff.de eden. & secundũ illam gloss. consuluit Alex.in consi.lviij.nu.4.volu.j.Felin. in d.c.j.num.14.de probatio.

Hanc regulam limitat septem modis Philip.Deci. in d.c.j.de probatio.à nu.273.vsque ad num.282.

REGVLA CCXXXI.

Edictvm iuris patronatus est prohibitoriũ, vt omnes ex fundationes, constructione, & dotatione acquirere possint ius patronatus qui non sunt specificè à iure prohibiti. Quam regulam probat text.& ibi Ioan.Andræ.Cardin.& Docto. per eum in cap.nobis.de iure paton.& ita concludit Lambertinus in tracta.iuris patro.in j.par.j.lib.in vii.quæstio.princip.nume.1.fol.57.col.iij. & in eadem q. viij.artic.2.numero.33.

Hanc

Hanc regulam ampliat nouem modis, & limitat tripliciter Lãberti.in d.tract.in j.par.j.lib.artic.xv.vii.q.princ.nu.10.fol.66.col.ij.versi.ex omnibus.

REGVLA CCXXXII.

EDICTVM de præsentandis dicitur permissum vt quilibet admitti possit dummodò in ecclesia vel locis piis sit clericus, in aliis locis iuxta qualitatem eorum. Probatur hæc regula per totum, de iure patrona.& xvi.q.vii. ita tenet Lamberti. in tractat.iuris patrona.in par.ii.lib.in vii.q.priuc.fol.214.col.iii.

Hanc regulam ampliat vndecim modis, & limitat quinque modis, vbi multipliciter restringit has ampliationes & limita. Lãber. in d.tract.in j.par.ii.lib.arti.xviii.vii.q.princ.nu.7.fol.221. col.iii. versic.ex omnibus dictis.

REGVLA CCXXXIII.

ELIGENS semel,non potest amplius eligere. Hanc regulam probat tex.in l.serui elect. in prin. ff.de leg.j. in l.apud Aufidium. ff.de opti.lega.in l.si his qui.ff.de procur.in reg.quod semel. de regu.iur.lib.vi.cum aliis. Circa quam regulam vltra doct. in supradictis locis,vide Io.Paponis in gl.ad consuet.Borbon. §.cccclxxx. Parisi.in consi.lxxxi.nu.14.lib.j.

Hanc regulam cum sex amplia.& quatuor limitatio. ponit Ripa in d.l.serui electione.à nu.1.vsque ad nu.17.

REGVLA CCXXXIIII.

ELECTIO sola non tribuit ius electio. Hanc regulam probat tex.in l.Publius.ff.de condi.& demonst. & in l bene à Zenone. C.de quadrien.pręscri.tex.not.in l.ex eo tempore.& ibi gl.quæ allegat plures concordantes in l verbo electi.ff.de milita.testa. Abb. & Doct.in c.postquam.de electio.not.Parisi.in consi.xix.nu.16.cũ aliis,volu.iiii.

1 Limita primò non procedere in electione facta per Principem: quo casu statim administrare potest:Vt in l.j.in prin.ff.ad l.Iul.de ambi.& in Auth.de collatori.in §.ad hæc iubemus.coll.ix.

2 Secundò fallit quando superior habet necesse confirmare: vt in l.si quos spontaneos.C.de decurio.lib.x.quia nihil videtur dare.l. vnum ex familia.§.si de Falcidia.ff.de lega.ij.aliàs secus.d.l.ex eo. & l.j.C.de confir.tuto.& in Auth.matri & auiæ.C. quando mulier offi.tute.fun.potest.

3 Tertiò fallit per inuestituram, vel proximam cinguli occeptionem:nam hæc est quædam confirmatio:Vt in l.fi.ff.de milita.testa.

4 Quartò limita procedere in consulatu, vel maioribus dignitati-

 bus:

bus:secus in minoribus:Vt in §.filiusfamilias.Instit.quib.mod.ius patriæ potesta.solui.& in l.fi.C.de decurio.lib.x.in Auth.de armis, in §.illud.colla.vi.& in Auth.sed episcopalis dignitas.C.de episco. & cleri.notatur in l.fin.C.de consuli.lib.xii.Episcopus autem & spiritualis dignitas non potest confirmari ante cõsecrationem : c.qualiter post obitum,de electio. & Extrauag. Bonifacii viii.incip Iniunctæ.§.præsenti itaque,sub titu.de electi.in Extrauag.commu.

5 Quintò limita non procedere in casu,c.nihil.de elect. duob.scilicet concurrentibus:concordia electionis,videlibet nemine discrepante,& quòd sint vltra Italiam,tamen Papæ subiectæ.

6 Sextò fallit in electione Romani pontificis: Vt in c. licet in fi.de elec.& in c.in nomine Domini.xxiii.dist.quod etiam est in imperatore.tenet Io. And.in c. venerabilem.de elect. & ita communiter teneri firmat Io.de Platea in prooemio Insti.nu.23.facit tex.in c.legitimus.xciii.dist. quem tex. allegat glo.in c. indemnitatibus. in §.si verò,in verbo,authoritate,de elect.lib.vi.& idem de consuetudine seruari tenet Panor. in c.nihil, de electio. & eandem opin.dicit etiã communem,vbi allegat quam plures Docto.Cagno.in proœ.ff.vete.nù.38.reprobata gl.in d.l.bene à Zenone,in verb. insulas.C. de quadrien.præscriptio.

7 Septimò fallit in electione Abbatissæ:Vt in c. in dignitatibus, in §.si verò ,de elect.lib.vi.& ibi gl.verbo,authoritate.

8 Octauò fallit ex consuetudine tribuente ius plenum ex sola electione, vt in electione Rectoris Scholarium,Secundũ Bal.in Auth. habita.nu.44.C.ne filius pro pat.quem sequitur Abb.in c.postquã. nu.2. de elect. Quod etiam disponitur in constitutionibus huius Vniuersitatis,Constitu. prima, quamuis de iure aliter habeatur, vt in l.priuatorum.& ibi gl.C.de iurisd.omn.iudi.

REGVLA CCXXXV.

Electio debitoris est in alterius. Hanc regulam probat text.in l.plerunque, in §.pen. ff.de iure doti. & in l.si ita relictum. ff.de lega.ii.& in l.pen. C.de condi.indebi. in c.referente, de præb. in regu.in alternatiuis, de regu.iur. lib.vi. De iure Regio probatur in l.xxiiii.titu.xi.par.v. Circa quam regulam & eius materiam vide Din.in d.regula. in alternatiuis, & ibi Additiona. vbi cógerit quàm plures Doct.qui hanc materiam examinant.

Hanc regulam limitat notabiliter Anto.Negusan.de Fano, vno modo in tract.de pigno.in j.memb.v.par.princ.nu.5.& 6. Eandem regulam limitat duobus modis Iacobi.de sanct.Geor. in d.l.plerunque,in §.si res.ff.de iure doti.Aliis duobus modis limitat Catellia. Cotta in Memora. iuris, in verbo , alternatiuarum electio. Hanc etiam regulam limitat quinque modis Feli.vbi notab. tractat eius materiam,in c.inter cæteras,nu. 4.de rescrip. Eandem regulam cũ duabus amplia.& quinque limita.ponit Nic.Eue. in suis locis legali.in

li. in loco xlix. Hanc item regulam cum sex limitationibus ponit Martinus Sanctius Vascolerus in tracta. indiuiduorum, in in. certu- nia, nume. 50.

REGVLA CCXXXVI.

ELIGERE habentes, debet idoneiorem eligere, nec sufficit idoneum eligere. Quam regulam probat text. in cap. licet ergo . in princip. viii. quæst. j. concord. allega. ibi in glo. in verbo, qui præstantior.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & vnica limitatio. & plures restrictiones ad illam ampliationem & limitationem, vbi eius materiam notabiliter tractat, ponit Cæsar Lamb. in suo tract. iuris patrona. in 1. par. ii. lib. in iii. artic. x. q. princ. nu. 23. fo. 255. col. j.

REGVLA CCXXXVII.

EMPHYTEVTA emphyteusi finita non perdit seruitutes acquisitas, neque impensas & meliorationes, sed eas seu earũ æstimationem retinere potest. Quæ regula probatur primò naturali ratione, quæ neminem patitur cum iactura aliena locupletiorem fieri. l. nam hoc natura, ff. de cõdict. indebi. reg. locupletari. de reg. iur. lib. vi. cum simi. bonus tex. in l. planè, in §. sed benignius. ff. de petitio. hære. Secundò probatur per dispositionem iuris communis, qua cauetur, eum qui bona fide in re aliena ædificauit, vel aliquid ad perpetuam vtilitatem fecit posse huiusmodi sumptus vtilium vel necessarium impensarum repetere: vt in §. certè illud Instit. de rer. diuisio. & in l. qua ratione. in prin. ff. de acqu. rerum dom. in l. domos. ff de lega. j. in l. si quis sciens, & in l. si in area. C. de rei vendi. cum simi. Et in emphyteota, ita tenent Doct. in l. senatus, in §. Marcellus, ff. de lega. i. præcipuè Lancelo. Deci. col. ii. Bal. in c. 1. in §. si Vasallus, nu. 1. hic finitur lex Federi. in V sib feud. & expresś è ibi Mat. de Affli. nu. 12. idem vult Bal. in Auth. excipitur, C. de bonis quæ libe. nu. 2. & in l. ii. C. de rei vendi. nu. 2. & in l. in rem, in §. tignum. ad fin. ff. de rei vendi. Pau. Cast. in Auth. qui rem, C. de sacrosan. eccle. & in consi. ccxxxviii. num. 3. & 4. vol. 1. Raphael Cuma. latè in consi. lvii. per totũ. Guido Papa in decis. clxix. & in dec. ccccxxxix. Dec in consi. cccccxviii. nu. 1. Ias. in l. ii. in vii. notab. nu. 27. Alber. Brun. in tract. de augmento, conclusio. xx. & hæc est veritas, quamuis Rapha Fulgo. aliter consuluit in consi ix. incip. Abbas.

2 Limita secundò procedere quandocunque quis velit restitui ex capite tantùm : quia excommunicatus & ratione fauoris personæ : secus si ex alio capite esset impedimentum propter quod vellet restitui:quia tunc concedenda est.Ita expresè tenet Abb.in d.c.cum inter,nu.19.de exceptio.quem sequitur ib Feli.nu.19.& ibi etiam Deci.faciunt quæ notant Abb.& Philip.Fran.in c.ex ratione.de appella. Eandem opinionem sequitur Parisi. in d. cap. significauerunt.nume.44.

3 Limita tertiò vt procedat quando restitutio in integrum peteretur principaliter.secus autem si incidenter:quia tunc deberet cōcedi excommunicato , quando illam petit ad effectum appellationis interponendæ & prosequendæ.nam cùm excommunicato concedatur appellatio,etiam concedi debent antecedentia ad illam, argu.nota.in l.oratio.ff.de sponsa.Ita expresè tenent Domini de Rota in d decis.vii.& est de mente glo.in c.in nomine domini.in ver. audientia.xxiii.distinct.tamen commu.doct.tenent contrarium,volentes quòd etiam incidenter peti non possit, ex quo est illi imputandum quare non appellauit.ita tenet.Abb.& Feli.in d.cap.significauerunt,idem Abb.& Felin.in d.cap.cùm inter & Parisi. vbi notabiliter declarat. in dicto cap. significauerunt, nume. 45.vbi eam dicit communem .

REGVLA CCLXXI.

EXCOMMVNICARI debent non venientes ad Synodum Episcopi. Hanc regulam probat tex.in c.fi.xviij.dist. & in c.quod super his.de maio.& obedien. ibi. per censura possunt etiam suspendi vel interdici: quia appellatione ecclesiasticæ censuræ comprehéditur excommunicatio,suspensio,& interdictum: vt in c.quærenti. de verbo signifi.quem tex.vltra Ioan.Bernard.in practica, c.cxxij. notab. declarat Bermondus in tract.de publicis concubi. pag.172. nume.1.cum alijs.

1 Amplia primò hoc procedere etiam licet ueniant,sed nõ in tempore competẽti:hoc est in termino assignato.Per text.in c.placuit, & in c.si episcopus.xviii.dist.vterque Cardi.notant.si tamen veniãt synodo iam cœpta, non debent puniri: quia ex quo veniunt præsumuntur fuisse impediti.arg.tex. in l.diuus.ff. de in integ.restit. ita tenet Geminia.in d.c.si episcopus.col.j.

2 Amplia secundò procedere non solum si non veniant, sed etiam si veniant,& illicentiati recedant:Vt in c.si quis autem.xviii.dist. & in c.rursus.xj.q.iij.in c.j. de iudi. ita tenent Innoc. & Panor. in c.consuluit.col.iij.de offic.delega.vbi dicunt quòd si canonicus sit vocatus ad electionem,& die præfixa non fiat electio sed differatur, si posteà recedat,præsentes eo non citato ad electionem vlterius poterunt procedere.Faciunt notata per Bar.nu.10.& ibi Alex.nu.24. in l.si finita.in §.Iulianus.ff. de dam.infect. vbi dicit quòd veniens ad iudicium & non stans vsque ad discessum iudicis,non dicitur venisse,nisi licentiatus abeat. Facit etiam:nam laici non debent exire è Missa ante benedictionem.c.missas.de consec.dist.j.nec clerici ex horis ante Benedicamus Domino: vt notat Card. in Clem.j. not.viij.de celeb.Missa.à fim. ergo ad synodum venientes & recedentes ante generalem licentiam,quæ fit in benedictione episcopi, dum dicit.vt possitis illæsi ad propria redire: non censentur venisse:& ideo possunt excommunicari, interdici,vel suspendi.

1 Limita primò quando debentes venire essent cõtumaces, & ter citati seu moniti:aliàs non deberent excommunicari, interdici,vel suspendi:vt in c.sacro.de senten.excom.c.reprehensibilis.de appel. in c.constitutionem.de senten.excom.lib.vj. ita tenet Cardi.& ibi Præpo.in c.si quis episcoporum. viij.dist. Monitio tamen vna si fuerit facta in synodo,habet vim trinæ monitionis: vt est gl.not. in c.si episcopus.in ver.præceptione.xviij.distin.quam sequitur Abb. in c.ex literis,nu.8.de constit.& in c.cum nobis,nu.10. de elect.& in c.cum causa,nu.8.de offic.delega. Felin.in c.quoniam frequenter.in § porrò.nu.22.versi.aduerte tamen,vt lite non contest.& in cap.cùm sit Romana, nume.20.de appel.Ripa in cap.j. num.82.de iudi.Ratio est:quia in actibus extraiudicialibus regulariter non requiritur peremptoria citatio, sed sufficit vnica: vt notatur in d.locis.

cis.& notat Bart.in l.si tempora.C.de fide instrum.& iur. hastæ fisca.lib.x.& in Extrauag ad reprimendum,in ver. in termino quo. in crimi.læsæ maiest. proceda.in Vsib. feud.& in Clem j. in § propter.in ver.requisierit.de hæret. latè Felin.in c. ex literis. nu 8.de constitu.Roma. in singu.429. Alexan. de Imol. in l contumacia. in viii. fallent.ff.de re iudi.doctor.in l.de pupillo in § si quis ipsi prætori.ff.de noui.oper.nunti.Hippo. in l.de vnoquoque. nume.168. ff.de re iudi.

REGVLA CCLXXII.

Excommvnicatvs potest facere testamentum. Hanc opinionem tenuit Innoc.in c. cum voluntate. de sent.exc. Archid. in c.pia.de excep.lib.vj Cuius ratio est:quia omnes qui de iure expressè non prohibentur,possunt testari l si quæramus,ff. de testa. §.fi. Instit.quib.non est permis.face.testa.& l i.C. de sacrosanc.eccles.sed excommunicatus non reperitur prohibitus à iure.ergo potest testari Hanc opinionem tenet Ioan. And.in cap.decernimus. de senten excom. Fede.de Senis in consi.lxxiiii. Bar.in d.l.si quæramus.nu 3.Bal in l.fi.col.iii.C.si a non competen.iudi.Abb.in c.veritatis.de dol.& contu.nu. 32. & in c.pastoralis.in §.verum. de appella.nu. 19.& in Rubri.de test.num.11.Imol.in c.ii. de testa. Ioan. de Selua in tract.de beneficio,in iii.par.q.iiii.num.4.And. ab Exea in lib ro pactorum:nu. 526.Guliel. Benedict in reper.c. Rainutius. in ver.mortuo itaque testatore. el i.nu.288. Ioan. Gartonis in l.i. num.32 C.de secun.nupt.Ang.de Gambel.in tract de testamen. in prin nume.31.Iacobi.de sancto Georg.in l.qui deportantur.nu.4. C.de hæred.instituen. Et hanc opin. dicit esse communem. Felin. in c.ad probandum,nu.1.de re iudi.& in c cum voluntate. in fi.de senten.excommu Philip.Fran.in Rubri.de testam.lib.vi.nume.32. Barba.in c.quia ingredientibus.num.17.de testamen Aret.in d.l.si quæramus. Ioan. Gualden. in tract. de arte testandi.titu.i.caute x. pro quorum opinione est gl fin in c.pastoralis.in §.verum.de appel. vbi dicit quòd excommunicatus æquiparatur relegato,ex quo retinet dominium , & administrationem rerum suarum , & potest contrah ere:vt notatur in d.c.veritatis,de dolo, & cont.& in d.c.cũ voluntate,de senten.excom. sed relegatus potest facere testamentum.l.relegatorum.§.i.& sequen.ff.de interdict & relega.

Licet contrarium teneat glo.in d.c.decernimus.in verbo,& testificando cùm æquiparetur deportato ex genere pœnæ: nam aqua & igne interdicitur excommunicatis , secundum gloss. in § minor.in verbo,interdictum.Institut.de capitis diminu . Quam gloss in d §. minor.vltra doct.ibi,declarat Ludoui.Gomè.in prin num.40. Institu.de actio.Fortun.Garcia in l.Gallus. in §. quid si tantum. nume. 19.ff.de libe.& posthu.Et quę sit pœna aquę & ignis, & qua ratione fuit instituta,vide glo.in l.Seia.in verbo,aqua.ff. de donat.inter

virum & vxorem, quàm sequitur & declarat Marius Salmonius in d.l.Gallus, in §.& quid si tantum, nu.20.ff.de libe.& posthu. Ioan. Corasi.in l.naturaliter.in §.nihil commune.num.18 ff.de acquir. posses.& opi glo.in d cap.decernimus, scilicet quòd excommunicatus testari non potest, tenet Host.in c.pia.de exceptio.lib. vi. Ioan. Monach in cap.quanquam.de vsu.eod lib. Archidia.in d.cap. decernimus. & illam glo.dicit esse singu. Iacobi.de sanct. Geor. vbi simpliciter cum ea transit, in l.in pecuniariis, nu.3.de procurato.

Amplia primò, etiam si sit notoriè excommunicatus. Ita tenet Ioan.Andræ.in d.c.decernimus.in noue.Federi. de Senis in d.cons. lxxj.Bar.in d.l.si quæramus, ff.de testam.Philip. Franc.in d.Rubri. de testa.lib.vi.nu 32.Feli.in c ad probandum, nu.1.de re iudi.Ioã. de Selua in d.tractat.de beneficio.in iij.par.q.iiij. nu.4.Soci.in regu.cxxxiij.vbi allegat alios doct.

Amplia secundò, testari inter liberos, etiam si sit condemnatus de crimine hæresis: vt in l.iiij.tit.xxvj.par.vij.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Socin. in reg. cxxxiij. Vltra eum autem limita primò, nisi quis fuisset anathematizatus seu solenniter excommunicatus: vt in c.debent.xj.q.iii. quia talis testari non potest: ita tenet Bal.in l.fi.nu.7.C.si à nõ com pet.iudi. Ratio est: quia talis anathematizatus videtur incidere in suspicionem hæresis.ita concludit Franc.in d. Rubr.de testa.lib.vi. nu.31. allegando Bal. Et quid propriè dicatur anathema, ponit text.in cap. Engeltrudam.iij.q.iiij. quem tex.declarat notab.Mar. Mantua in lib.v.obseruat.obser.50. vltra glo.ibi: & illa fit cum solennitate, de qua in c debent, & in c.cùm aliquis.xi.q.iij. & in c.cũ non ab homine, de iudi. Et vnde dicatur anathema est gl. in Extrauag.excommunicamus.in verbo, anathematizamus, de senten.excom.in commun.quam glo.sequitur Felin.in cap.à nobis, nu.7.de exceptio.& quid sit anathema, vltra illam glo. ponit Hostien.in c. fin.de clerico excommuni. ministran.& ibi Abb.idem Abb.in cap. cùm contingat, de foro compe.Felin.in Rubri.nume.3. de senten. excommun.

a Limita secundò nisi quis esset excommunicatus eo quia percussit Cardinalem, vel auxilium, vel consilium dedit. Vt in c.fœlicis, in prin.de pœn.lib.vj.

REGVLA CCLXXIII.

EXECVTIO sententiæ fieri non debet durante tempore dato ad appellandum. Hanc regulam probat gl. in l.vni. in ver.nouare, ff.nihil noua.appel.penden.gl.in c.nõ solum, in ver.innouata, in prin.de appel.lib.vj. De iure Regio est tex.in l.v.tit.xxvii. par.iii. & in l.vii.titu.xv.lib.ii. fori.

Hanc regulam cum vnica amplia. & septem limita. ponit Phili. Franc.

Franc.in d.c.non solum nu.7.in princ.Et circa ampliationem vide Bernard.de Luco in regula cx. Porrò circa hanc regulam vide se premdecim casus in quibus impeditur executio sententiæ, per Spe cu.in titu.de executione sententiæ.in § postremo à nume.1.vsq; ad nu.7 alios ponit Petr.Rebuff.in gl.ad Constitut.Regias Galliæ, in titu.de sententijs executorijs.articu.vlt.in gl.vlt.nu.12.cum alijs, in 2.ampliatione,quæ ampliatio non procedit,vt dixi in reg.345.in 2. limitatione.

REGVLA CCLXXIIII.

EXECVTIO quando fit super re sup qua cognitio præcessit & sententia est lata,non impeditur à tertio se opponente,sed illi cauetur de indemnitate. Hanc regulam probat tex.in l.is à quo. & in l.seq.ff.de rei vendi.in l.cum idem ff.de peti.hæred. & ita per illa iura concludit Bar.notabiliter in l.à diuo Pio in §.si super rebus nume.2.ff.de re iudi.& in dicta l. cùm idem Bart. in l. si alienam rem ff.de solutio.& ita tamen in §.quoties nu.2.ff.ad Trebel.Inno.in c. cùm super de re iudic.nu 4.& ibi Feli.nu.11.& in c.veniens el 2.nu me 7.de testib.Iason in d.§.si super rebus nu.17.& ibi Alex. nu.24. & ibi de Hercu.notab.nu.32.

Hanc regulam ponit Ioan.Bernard. cum duabus limitationib. In regu.cclxvj.

1 Amplia primò habere locum in beneficialibus, vt videlicet tertius se opponens executioni sententiæ latæ super beneficio, non impediat executionem, præstita cautione victo de eum defendendo contra tertium.ita tenet Inno.in d.c.super de re iudic.idem Innoc.Ioan.And.& Doct.in c.j.de concessio.preben.lib.6.Felin.in d. c.veniens nu.7.versi.tertia conclusio.de testi.Ias.in d.§.si super rebus nu.17.Matth.de Afflictis in cap.si duo homines nu.33.de pace tenenda & eius viola.in vsib.feudorum & in c.imperialem in §.præterea inter duos numero 67.de prohibi.feu.aliena.per Federi.in vsibus feudorum.

2 Amplia secundò habere locum in feudis.ita concludit Andræ.de Iser.in c.j.in 3 col de vasall.qui contra consti.Lotha.in vsib. feud. Quem sequitur Matth.de Afflic.in d.c.imperialem nu.67. & in d.c. si duo homines num.33.

3 Limita primò vltra Bernar.vbi interuenisset sciētia ipsius tertij, quoniam si sciuisset & pro suo interesse non comparuisset, non audiretur etiam data cautione,per tex.in c.quamuis.cum sua materia, de re iudicata & in l.sæpe ff.eod.titu.ita tenet Anto.de But. Panor. & Feli.in d.c.veniens el 2.de testi.numero x.versi.2.fallit. ita tenet Alexan.vbi dicit quod ita communiter tenent Doct.in d.§. si super rebus numero 24.eandem opinionem tenet Imola, in l.à sententia. in princ.ff.de appella.

4 Limita secundò quando victus possideret, quia tunc impediet

 tertius

tertius executionem præstita cautione, secus tamen si ille tertius se opponens possideret, quia audiendus esset & impediret executionem, per ea quæ habentur in d.c.cùm super.& in d.§.si super rebus. & in l.ob maritorum C.ne vxor pro mari.& in l.fina.C.si per vim vel alio mod.& ita loquitur tex.in d.l.is à quo, scilicet quando non tertius, sed victus possidebat. Hanc limitationem posuit Imol. in l.à sententia.in prin.col.5.ff.de appel.quem sequitur Alex.in d.§.si super rebus nu.26.versi.tamen potestis. Alia circa hanc regul.vide per Doct.in locis suprà allega.

REGVLA CCLXXV.

EXECVTIO contra omnes & in omnibus rebus potest regulariter fieri, nisi expreßè reperiatur prohibitum. Hanc regulam probat regu.iuris quæ habet, ꝙ in iure omnia censentur permissa nisi reperiantur prohibita, vt in l.necnon in §.quod eis. & ibi gl.ff.ex quib.cau.maio.tex.in l ab ea ff.de probat. & in l.mutus.in §.cùm quæritur ff.de procu.cum alijs sim.alleg. in gl.

1 Limita primò non procedere in vestibus, lecto, & alijs similibus ad vsum necessarium deputatis, nam in istis non fit executio, quia ista minimè transeunt in hypothecam, Secundum Barto Bal.& Docto.in l.j.C.quæ res pignori obliga.poss.text.in l.5.titu.13.par.5. Pro quo facit, quia vestes etiam cedenti bonis sunt relinquendæ, secundum Bart.& Docto.in l.pen.ff.de cessione bonor. cùm etiam damnatis ad mortem non auferuntur l. Diuus ff.de bon.damna. Ita tenet Ioan.Fab.& ibi Ias.nu.26.in §.fin.Instit. de actio. Quod tamen intelligo verum quādo aliud debitor haberet, sed quādo aliud non haberet debitor, possunt capi etiam supellectilia, & lectus, & vestes, debent tamen solùm relinqui vestes quibus cooperiatur. pro qua opin.est glo.in verb.oratorium in l.exequutores C. quæ res pignori obli.poss. Ludo.Gome.in § item Seruiana nu.37.de actio.Inst. faciunt quæ dicam in sequen.limita.

2 Limita secundò non procedere in bobus aratoris, & instrumentis ad agriculturam deputatis, Vt est tex.in l.executores & in Aut. agricultores C.quæ res pignori oblig poss.ita tenet Ias.in l.j nu.1. ff de feri Ludo.Gome.in §.item Seruiana nu.30.Insti.de actio. Pro qua est Regia l.4.tit.13.par.4.& l.v.tit.xix.lib.3 fori.& l.7.& 8.titu.12 lib.5.ord. Quod etiam verum intelligo, vt suprà dixi & infrà dicam, alijs bonis non existentib.

3 Limita non procedere in militibus, nam executio nō potest fieri in armis, nec in equis ipsorum, Vt est gl.in l. Nepos Procul. in verbo, dignitate ff.de verb.signifi.quam sequitur Ias.in d.§ item Seruiana nu.66. De iure Regio probatur in l.5.ti.13 par.5.& in l.ix.ti.12.lib.5.ordina.& in l.xii.tit.1.& in l.3.tit.2.lib.4. ordi. Quod ēt habet locum ēt si iste talis non sit miles, si tamen militat & habet equum & arma, talia ēt non pñt capi, vt in d.l.12.tit.j.li.4.ord.& in

prag.

prag.57.ver. *Otrosi defendemos*. In volu.prag.& in prag.vltim.de
Madrid, 1534. Quod tamen locum habet etiam pro debitis fisca-
libus,vt in d pragma.cliiij. vbi hoc intelligit quandocunque miles
habet alia bona, secus si alia bona non habet. pro qua opinione est
etiam tex.in l.stipendia.C.de execu.rei iud.& ibi Cin.
4 Limita quartò non habere locum in stipendijs militum, Vt in l.
stipendia C.de execu.rei iudica.& ibi Doctor.& in l. commodis. &
ibi Docto.ff.de re iudic.
5 Quintò fallit in scholaribus,nam in libris scholarium nõ potest
fieri executio,Vt est glo.nota.in l.nepos Proculo.in verb.dignita-
te ff.de verb.signifi.quam gl.sequitur Ias.in l.si non sortem.in §. si
centum ff.de condic.indeb.& tenet Montal.in d.l.v.tit.14. par.5.
Eandem etiam gl.sequitur Ias.in § fi.nu.6.Insti.de actio.Rebuff.in
tra.de priu schol.priui.19.Rõ illius gl.est,quia generali obligatiõe
nunquam comprehenduntur instrumenta & res per quas vtilitati
publicè consulitur.pro qua opinio.est tex.in l.obligatione. cũ seq.
ff.de pigno.quem tex.declarat notabiliter Anto.Negusan.de Fano,
in tract.de pig.in 2 part.memb.2.num.36. cum sequen. Quam li
mita intelligo veram, vt suprà dixi, quando alia bona reperiuntur,
secus si alia bona non reperiuntur, & ita expressè tenet Gome. in
d.§.item Seruiana nume.30.per glo.in d.l. exequutores licet idem
Petrus Rebuffus contrarium teneat in tractat. de priuileg. schola-
rium,priuileg.13.
6 Sextò limita non procedere contra tertium non nominatum in
iudicio,quia contra eum non potest fieri executio. Ita expressè te-
net Bald.in consi.cxlix.vo.3.facit etiam quod no.Bal.& ibi Imo.in
l.si binæ ff.de iniu.rup.idem Bal in l.si pro te.in fi.C.de dot. prom.
vbi tradunt ꝙ is qui non reperitur in instrumento,non potest ex il
lo prætendere executionem,nec actiuè,nec passiuè, quanuis ex eo
interesse prætendat.facit etiam tex.cũ sua materia in l. à diuo Pio,
in §.si super rebus ff.de re iudi.Facit quod tenet Ias.in l. iuris gen-
tium in §.prætor ait nu.9.ff.de pact.vbi dicit quòd stante statuto ꝙ
instrumenta publica statim debeant executioni mandari, & contra
ea nulla possit opponi exceptio,vt est tex.in l.4.ti.7 lib.3.ordin.de-
bet intelligi quando agitur contra illum cum quo factũ fuit instru-
mentum, secus si tertium possessorem ꝙ ante eum tenuit Angel.
in l.si vnus.in §.ante omnia ff.de pact.Io.de Imol.in Clemen.j.nu.
11.de re iudi. Eandem opinionem tenet idem Iaso.in l.certi condi-
ctio. in §.quoniam nume.10 ff.si certum petat.& in d.§. ante om-
nia numero 4.& in l. Imperatores.in princip.nume.2 ff.de transa-
ctio. In quo notandum est, quòd quandocunque in instrumento
est pactum de capiendo & constitutum precarij, potest fieri execu
tio contra tertium posses,etiam non citatum, & etiam negotio non
liquidato. ita notabiliter concludit Francisc.Aretin.in consil.xxj.
nume.4.versicu.his tamen non obstantibus. Barthol.Socin. in con
si.lxxxij.nume.8.volum.3.Ludoui.Gozad.in consil. xviij. numero

15.& in consi.xlij.nume.3.& 11.& nu.15 in fi.& in consi. xcv.nu 9. Guido Papa in decisione ccclvj.Albert. Brun.in consi.xciij.num.8. Alexan.in consi.lxxxv.nu.5.volum.6.Bart.in repe.l.creditores nu: 25.C.de pigno.& ibi Sali.col.8.versi.quarto octauò. Bal.in consi 68 vol.5 Imo.in c.potuit col.xiij. versi. nota etiam quando emphyteuta.de loca. Castren.in consi x.nu.4 ver.ex his etiam dico.lib.j.Tiraquel.in tract.de iure constituti.in j.par.nu.42.

7 Limita septimò non procedere in peculio profectitio filij, nam pro delicto vel debito patris non potest fieri executio in dicto peculio quanuis profectitio.ita Bart.in l.3.in §.sed vtrum nu.4.versi. venio ad quartam partem ff.de minoribus & ibi Bal.idem Bal.in l.penul.C.qui bonis cede.poss. similiter & pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio, etiam super proprietate quæ est tota filij.ita expresè tenet Bart.in l.si finita in §.si vectigalibus nu.12 ff.de damno infect.quem sequitur ibi Imol.& Alexan.nu.44. dicit communiter Doct.ita tenere Ioan.Bernar.in pract.ca.cxxiiij. pagi.274. Pro quo facit,nam pro delicto filii non potest fieri executio etiam in peculio castrensi,vt est tex.in l.3.C.de bonis præscr. quod est liberum ipsius filij,ergo multo minus in aduẽtitio in quo minus habet iuris. Hanc opinionem tenet Bald. in l 3.in §.si filius ff. quod quisque iuris. Et an ex delicto patris publicetur fructus aduentitiorum qui sunt patris,Bart.in d.§. sed vtrum nu.5. hoc relinquit cogitandum.Tamen eam examinat Alex. latissimè in d.§.si de vectigalibus nu.50.Circa quam quæst.vide Nico.Boer.in decisi. 7.Rodericum Xuarez in l.post rem iudicatam fol.126.colũ.1. cum alijs.ff.de re iudi.nu.1.

8 Limita octauò non procedere in bonis tutoris in quibus non fit executio, quando fuit condemnatus pro pupillo tutorio nomine, sed fit in bonis pupilli.Tex.est ibi Bal.& doct.in l.1.quando fisc. vel priuatus Bar.in l.2.ff.de admin. tuto. Quod tamen non procedit quando executio fieret pro condemnatione expensarum, nam si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, fit executio contra eum & non contra pupillum, tex.est in l.non est ignotum ff.de administ.tuto.Bart.in l.ædita col. fina.C.de eden.& in l.qui solidum.in §.etiam ff.de leg.2. & in l.4.in princ.ff.de re iudi.

9 Nonò limita in bonis singulorum ciuium pro debito vniuersitatis. Ita tenet Bald. vbi hoc notabiliter declarat,in l. etiam numero 25.C.de executione rei iudica. Circa quod vide etiam Bartol.& doctor.in l.si se non obtulit in §. actor ff.de re iudica. Et Bernard. de Luco in regu.cclxvij.

10 Decimò limita non procedere in bonis monasterij, vt in illis non fiat executio pro debito monachi. quod intellige nisi sint bona quæsita monasterio per medium ipsius monachi, ipse autem monachus non debet pro debito carcerari. Ita tenet Bald.in Auth. causa quæ nu.3. in fine ver.4. considerandum est C. de epis.& cler.

Limita

11 Limita vndecimò non procedere in fructibus præbendę seu beneficij ecclesiastici, quia in eis non fit executio pro condemnatione clerici, dummodo habeat alia bona, sed si alia bona non habet, potest fieri executio in dictis bonis. Ita tenet Bar. & ibi Alex. nu. 2 in l. commodis. ff. de re iud. & ibi Vincent. de Hercula. nu 3. idem Barto. in l à Diuo Pio. in § in venditione. versi. exequuntur. in fin. ff. de re iudi. glo. Bar. & doct. in l. stipendia C. de executio. rei iudi. Abb. & doctо. in c. peruenit. de fideiusso. & in c. 1. de appella. De iure regio probatur in l. 23. & 45. titu. 5. par. 1.

12 Duodecimò limita non habere locum in fructibus feudi, in quibus non fit executio nisi in subsidio, scilicet aliis bonis non existentibus. Ita tenet Ang in l. pro hærede. in §. si quis. ff. d. acquiren. here. Bar. & ibi Imo. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de dam. infecto. Alexan. in l. commodis. nu. 2 ff. de re iudic. & ibi Hercula. numero. 4. Matth. de Afflict. notab. in decisio 26.

13 Decimotertiò limita ut pro debito uniuersitatis non possit fieri executio in uiis publicis, & theatris, & similibus, quæ sunt ad vsum ciuium & ipsius uniuersitatis, sed compelliter' potius uniuersitas imponere collectam. Ita tenet Ioan. Andreæ in addi. ad Specula. in titu lo de executione sententiæ. in §. sequitur. versic quid si vniuersitas. Bar. in l. si se non obtulit. in §. actor. ff. de re iudi. & in l. 1. in § quibus. ff. quod cuiusque versicul. nomi. Angel. in dicta l. commodis. & ibi Imol. numero 3. Alexan. numero 4 Hercula. nu. 4. in fi.

14 Decimoquartò limita ut non fiat executio in bonis mariti pro debito vxoris, & econtra, Vt in l. 1. & 2. C. ne vxor pro marito. Quod tñ non habet locũ quandocunque mulier mortuo' marito suscepit tutelam filiorum, & transit ad secunda vota non redditis rationibus & non petito tutore, potest pro debito tutelari fieri executio, etiam in bonis secundi mariti, quæ censentur ad hoc ipso iure obligata. tex. est notabilis in l. si mater. C. in quibus casibus pignus uel hypotheca taci. contrahitur.

REGVLA CCLXXVI.

EXECVTIO potest fieri contra fideiussorem pendente lite contra reum. Hanc regulam ponit Bal. in l fin. numero 2. C. de fideiusso. per glo. quam dicit esse notabilem in l. creditor. in verbo, possem. ff. manda. Pro qua facit notabile uerbum eiusdem Bal. in cap. contingit. numero 20. de dolo & contu. vbi dicit quod captura rei non liberat fideiussorem, sed nihilominus fideiussor capi potest. allegat text. in l. hæredes à debitore. in §. quòd si seruus ff. de fideiussoribus, & ibi Bar. idem Bar. & doct. in l. creditor. la 2. ff. si cer. petat. & illud dictum Bal. sequitur Hippo in l. vnius. in §. Cum isto hæ. numero 31. ff. de quæstio. & in repetitio. Rub. ff de fideiussoribus. numero 180. & in singula. 398. & Bal. in dicto cap. contingit. allegat rationem sui dicti.

Limita

1 Limita primò quando per primam executionem esset plenè satis factum creditori. Ita tenet Angel. in l. qui restituere. nu. 5. col. 2. ver sicu. in glo in fi. ff. de rei uendi. quia alias simplex electio vnius executiui remedij non præcludit viam aliis. facit tex. in l. à quo fundus. ff. de damno infecto. & aliis allegatis per Ang. ibi.

2 Secundò fallit quando consuetudo vel stylus Curiæ esset in contrarium, is enim tunc esset seruandus, ut in cap. ex literis. & in cap. fin. de consuetu.

3 Limita tertiò quando conuentio esset in contrarium, nam tunc pacta seu conuentiones seruari debent, Vt in l. iuris gentium, in §. prætor ait. ff. de pact.

4 Quartò fallit quando quis ageret ad rescissionem contractus seu obligatorij instrumenti, tunc enim pendente cancellationis iudicio non fiet executio. Ita expressè concludit Stepha. Bertrandus in consil 43. incip etiam si verum sit. in 1. volu. 2. impressio. Quod dictum non videtur verum per text. in l. 2. C. de leg. Corne. de falsis. vbi si allegatur instrumentum falsum esse, condemnabitur debitor interim pendente quæstione falsi, ita etiam pendente cancellatione. Hodie tamen de iure regio habet locum illud dictum Betran. vsque ad decem dies, nam si contractus habens paratam executionem allegetur falsus esse, debet talis exceptio probari, vel aliqua iusta, intra decem dies, vt in l. 5. titu. 8. libro 3. ordina. qui decem dies enumerantur à die oppositionis, vt in l. 9. in ll. de Madrid. & in l. 64. Tauri.

REGVLA CCLXXVII.

Execvtio potest fieri in hæredem mortuo testatore. Hanc regulam probat tex. in l. vnica. C. vt actiones ab hæredi. & contra hæred. vbi probatur quòd omnes actiones actiuæ & passiuæ incipiunt ab hærede & contra hæredem. Facit l. 1. & per totum. C. de hæredit. actio. & tex. in l. si seruus. in §. qui margaritam. ff. de lega. 1. Facit etiam text. in l. j. in princ. ff. ad Trebel. & in l. hæredem. ff. de reg. iuris, text. in Authen. de iureiurando à moriente præsti. colla. 4 & in l. hæres. ff. de vsucapio. vbi hæres & defunctus censentur esse vna & eadem persona. Facit etiam ad hoc, nam hæres succedit defuncto cum sua causa suisque vitiis l. uitia. C. de acquirenda possessio. & l. Pomponius. ff eodem titu. Item pro Regula est tex in l. miles. in § fine. ff. de re iud. vbi executio sententiæ transit ad hæredem tex. & ibi Bartol. in l. ex contractu. ff. de re iudi. & hanc opinionem tenet Rode. Xuarez in repetitione d. l. post rem iudicatam. in prima extensione, numero primo ff. de re iudic. folio 131. columna 1. per text. & ibi Bartol. in l. postulante. ff ad Trebellia. vbi probatur quòd ad id quòd poterat compelli defectus, potest etiam compelli eius hæres. Hanc etiam opinionem tenet Iason vltra docto. quos ibi Xuarez allegat in §. fuerat, numero 60. Insti, de actio. & ibi Ludoui. Gome.

me.numero 35. Pro qua opinione est tex. de iure regio, rectè intellectus in l. 13. titu. 9 par. 7.

1 Amplia primò habere locum etiam si iste hæres fuisset minor, nã nihilominus potest fieri executio in bonis quæ peruenerunt ad eũ ex defuncto. Per tex. in l pupillus. iuncta glo. in §. sed & si creditor. ff. de authori. tuto. & in l. 1. C. quando decre. opus non est.

2 Amplia secundò habere locum etiam si statutum dicat quòd debitor possit carcerari, vt etiam hæres eius tunc capi possit & etiam carcerari. Ita expressè tenet Barto. in d. l. postulante. in fin. princ. quia debitor est l debitor. ff. de uerbo. signifi. & illud dictum Barto. vltra Imol. & docto. ibi sequitur Iason in l. si cui legetur. in § fin in 3. notab. & in l. diuortio. in §. interdum. nu 6. ff. solut. matri. Gomezius in d. §. fuerat, numero 35. Iacobi. de sancto Georg. in l. 1. numero 18. ff. si cer. peta. Chassanæ. in consuetu. Burgun. in tit. *des censes*. Rubr. 11. §. 6. folio 362. colum. 4. numero 1. cum seq Abb. in consi. 86. numero 4. lib. 2. Philippus Deci. in consi. 536. numero 2. Quod tamen non habet locum quando debitor obligauit personam & bona sua, nam ratione huius obligationis non poterit capi hæres, licet debitor potuisset. Ita expressè tenet Bart. in l. si decesserit. numero 1. ff. qui satisda. cogantur, quem sequitur ibi Iason nu. 13. & 14. assignat rationem in hoc.

3 Amplia tertiò vt talis executio non solum possit fieri per creditorem, verum etiam per cessionarium, & hoc dummodo fiat ex persona credentis quòd cessionarius dicere tenetur, licet fiat ad vtilitatem cessionarij, vt in l. seruo. in §. fina. ff. ad Trebel. Augel. & Imol. in l. ille a quo. in §. verum. eod. titu. Bar. in l. in prouinciali. ff. de noui operis nuntia. & sic cùm cessionarius dicatur creditor, illi executio fiet. Ita tenet Bal. in l. 1. in fi. C. de actio. & obliga. & in l. per diuersas in 10. quæstio. C. manda. Iason in d. § fuerat numero 62 Hippo. vbi plura allegat in singu. 26. vbi dicit post Bal. in d. l. post diuersas. quòd prius constare debet de cessione, & prius debet debitor citari. quem sequitur Nicolaus Boerius, vbi plures doct. ad hoc allegat, in decisione 10. numero 1. Ioan. Imbertus, vbi allegat plures docto. pro hoc in Institutionibus Forensibus Galliæ, lib. 1. c. 4 pag. 34. Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam. in 7. ampliatione, folio 136. col. 1. de re iudi.

4 Amplia quartò ut etiam contra fiscum & fisci' successorem fieri possit, vel in eum cui fiscus bona dedit, Vt in l. j. C. de hęredi. vel actio. vendi. & in l. eum qui bona. ff. de iure fisci. & ita tenet Iason in consi. 88. in præsenti, uolu. 3. quia fiscus non vult nec intendit iuri tertij præiudicare l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. & princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur l. princeps bona. ff. de verbo. signi.

5 Amplia quintò procedere vt non solum executio pos
sit fieri ad petitionem creditoris, verum etiam ad petitionem hæredis ipsi. creditoris. Ratio est quam suprà dixi in principio regulæ, scilicet quòd

actio-

actiones actiuæ & passiuæ transeunt in heredem, dicta l.vnica.C.vt action.ab hæredi.& contra hære.& l.1.in princio.ff ad Trebel.text. & ib: Bal.in l.1.C.quorum legat.& in d.§.qui margaritam.ff.de legat.1.& ita expresse tenet Bal.in l.vnica, in §. videamus. ad finem, C de rei vxo.actio. Ioan.Andręas in additio.ad Specul. in titulo de cessione actio. Quod tamen intelligo uerum dum tamen petens executionem probet se hæredem. ita tenet Bal. in d.l. per diuersas, in 10.quæstio.C.manda.Angel.in l. Creditores.C de pigno.quos sequitur Roderi.Xuarez in dicta l.rem iudicatam,in d.1. extensione, fol.122.colum.4.numero 11.Nicola.Boerius in desione 10.numero 6 vbi dicit quòd prædictus hæres potest procedere in executione,cum censeatur eadem persona cum defuncto,& postea tenebitur docere,an sit hæres uniuersalis uel particularis,alias diceretur male processum cùm nullum haberet ius in ipso debito. & ita ibi dicit fuisse iudicatum per Arestum. quod ante eum consuluit expressè Paulus de Castro in consilio xcj.numero quintò, versicul.tertio dicitur.libro primo, & ita expressè tenet ipse Xuarez in hærede debitoris,in d.extensione 1. numero 3. Quod puto verum quandocunque pars aduersa hoc peteret,alias non oportet probare se hæredem,ut in l 4.in §.hoc autem iudicium , & ibi Bartol.& Ripa.ff.de damno infecto.

1 Primò fallit intra tempus conficiendi inuentarium , id est intra tres menses , nam tunc executio in heredem fieri non potest,Vt in l.fina.in §.donec.& in §.si præfatam.C.de iure deliberandi,& ibi doct o.Bald.in l.ait prætor.in §. si quis. ff. de procurator. Rodericus Zuarez in dicta extensione 1.numero 5.Iason in d.§.fuerat,numero 61 Nicolaus Boerius in dicta decisione 10.numero 3.Chassanæus in consuetudinib. Burgundiæ,in titulo *Des successions.* Rubric. 7.§.14. folio 280. columna 4. numero 9. De iure regio probatur in l.7.titulo 6.parte 6.& in l. 13. titulo 9. parte 7. facit quod suprà dixi in regu.267.

2 Limita secundò,in successore singulari,id est in possidente aliqua bona contra quem non fiet executio.Vt in l.si debitori, & ibi Bart. C.si aduersus creditorem præscriptio oppo.glo.in l.ea lege.C.de cō dictio.ob caus.in glo.magna,in fin.Iason in l.quædam. in §.nihil interest,numero 7.ff.de ædendo.& in l.ait prætor.la 2. numero 10.ff. de iureiuran & in d.l.si vnus.in §.ante omnia,numero 5.ff.de pactis & in l 1.§.si hæres,numero 4.ff.ad Trebel.

3 Limita tertiò non procedere contra tenentem bona. Ratio est, quia obligatio personalis non sequitur singularem,nec fundi possessorem , ut in dicta l.ea lege.C de condictione ob causam, ut in l.vt pomum.de seruitu.& in l.4.in § opus.ff de aliena.iudi.mutan.causa fact.& in l venditor.in princ ff.commu.præd. Ita expressè consuluit Iason in consi.89.in præsenti.volu 3 Socinus in regu.135. Xuarez,vbi hoc notabiliter declarat, in dicta l.post rem iudicatam. fol. 136.colum. 3. nu. 1. cum sequen: Ex quo infero declarationem

ad

ad doctrinam Bar.in l.controuersia.nu.7.ff.de transact. vbi tenet quod possessor bonorum hæreditatis potest conueniri à creditoribus.pro qua opin.est tex.in l filiusfamilias.in §.si seruus. ff. de petit. hered. & gloss.in l.j.in verbo,poterit.C.de fideicom.hæred. petitione vt non procedat quòd via executiua conueniri possint, per ea quæ dixit Roderic.Xuarez. vbi suprà.

4 Quartò limita vt nō habeat locum contra hæredes defuncti, nec contra eius vxorem,affines,vel coniunctas personas: vt instrumentum contra eos non possit executioni mandari intra nouem dies à tempore mortis defuncti:Ita expresśè probat tex. & ibi Bar.qui ibi eum expresśè ad hoc summat,in Authen ut cùm de appella cogno. in §.hæc.autem.coll.viij. quem sequitur Roderic. Xuarez. in d.l. post rem iudicatam.in ix.limit.fol.148 col.j.

5 Quintò limita non habere locum contra tertium possessorem in quem non potest executio fieri. Ita exprelsé concludit Iaso. in l si vnus.in §.ante omnia.nu 4.ff.de pact arg tex in l.j ff.si cer.peta.& in l.iuris gentium.in § prætor ait.nu.9 ff.de pact. & in l.certi condictio.in §.quoniam.num.9 ff.si cer.peta Roderic Xuarez vbi plura allegat in repe.d.l.post rem iudicatam.fol.137 col.j. num.3.& facit tex.in d.§.ante omnia.glo.in l.si creditor ff manda. & vide notab. Chassanæ.in consuetu.Burgundiæ,in titulo *Des successions*.Rub.vij. §.xiiij.fol.281.col.ij.nu. 15.

6 Limita sextò non habere locum in hærede consuetudinali, qui fit in contractu matrimonii,seu societatis,seu pacti:in quem de iure non fiet executio:iuxta tex.in l.licet.C.de pact.quia talis institutio habet vim donationis.vt est gloss. in d.l.licet. & ideò in eum potest fieri executio: quia hæres propriè non est,nec iure hæreditario succedit.Ita expresśè tenet Masuerius in sua practica,in Rub.de executione,in §.item quæ dicta sunt . vbi dicit intelligendum de hærede ex testamento,non de conuentionali.

7 Limita septimò non habere locum in hærede sub beneficio inuentarii: nam tunc in illum executio fieri non potest vltra vires hæreditarias:Vt in l.fi.& ibi Sali.in §.fin verò. & in fin. C.de iure delib. Bartho.Socin.in l.si decesserit.nu.7.ff.qui satisd.cogan.

8 Limita octauò hanc regulam procedere post aditam hæreditatē: vt in l.iij.in §.si quis ita . & ibi Imol.ff.de hæredi. insti. facit etiam text.in l.iij.in §.si quis hæredi. ff.de statu libe . & in l. si in diem.& quod ibi notat Bar.ff de conditio.& demon ita tenet Alex.in cons. xxxvi.nu.11.vol.iiij.Deci.in l hæredem.nu 8. ff.de reg. iur. Carol. Molinæ.in consuetu.Parisien.in §.iij.nu.6.Pro qua opi.est tex.quē ibi ad hoc ponderant doct.in c.tua nos.de vsu. in quantum text.ibi dicit , succedunt.quasi vellet dicere quòd ita demum dispositio illius tex.habeat locum & hæredes teneantur, si patri successerunt:de eus si abstinuerunt ab hæreditate paterna,nolentes se negotiis hæreditariis implicari:vt in l.si filius qui patri.ff.de vul.& pupil.& hæres dicitur adire hæredita tem quando incipit soluere creditoribus hæreditariis.

redhariis.ita probat tex.quem ibi ad hoc notat Bart. vbi dicit de il lo tex.semper interogasse rusticos,in l.cùm debitum. C.de iure delib.& ibi hoc tenent doct.ita etiam per illum text.tenet Mathesi.in notab.xxxv. Ias.in l.frater à fratre.nu.42. in j.lect.ff. de condict.indeb.& ibi Bar.etiam vult quòd filius recipiendo debitum quod patri debebatur etiam naturaliter, dicitur adire hæreditatem eò quia censetur actus qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis.

REGVLA CCLXXVIII.

Exhaeredatio debet esse pura:& si sit sub conditione, nihil valet. Hanc regulam probat text.in l.et si pepercerit.in §.purè.ff.de libe.& posth.& in l.si quis Sempronium. in fi.& in l.iam dubitari.ff.de hæred.instit.& in l.sub conditione.ff.de bon.possess.con.tabu. De iure regio probatur in l.iij.titul.vij.part. vi. Circa quam regulam vide Ang.de Gambellio in tract.de testa.in glo lxxiiij.nu.4.Ioan.Guald.in tract.de arte testandi tit.iij.cautela iiij.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita aliis duobus modis,vt per Ias.in d.§.purè nu.9.vsque ad finem.

REGVLA CCLXXIX.

Existens in quasi possessione præsentandi, semper habet ius præsentandi in habitu:in actu verò non, nisi ecclesia vel beneficiũ vacet. Hanc regulam probat gloss.in cap. piæ mentis. xvi.quæst.vij.vbi probatur quòd ius præsentandi semper est penes patronum in habitu,non tamen in actu.& ita expressè tenet Lamberti. in tracta.iuris patrona.in j.par.ij lib.in vi.quæst.prin.articu. i.nu.2.fol.190.col.ij.tamen quòd hoc ius præsentandi non habeat in actu nisi à tempore vacationis, probat text.in c.illud.de iure patrona.& expressiùs in c.fin.de concessio.præben.& ibi Ioan.Andræ. Cardin.& Abb.Roma.in consi.cccclxv. Et quando ecclesia dicatur vacare, ponit idem Lambert.in j.par.ij.lib.in ij.articul.vi.quæst.]princ.fol.160.& suprà in reg.lxxi.fallent.v.

Hanc regulam ampliat duodecim modis, & limitat duobus modis Lambert.in tracta.iuris patro.in j.par.ij.lib.,in xxij. artic.vi.q.principalis,nu.7.fol.213.col.iiij.

REGVLA CCLXXX.

Exemplum non facit plenam fidem. Hanc reg. probat tex. in c.j.& ibi doct.de fide instru.tex.in Authen.si quis in aliquo.& ibi glo.Bar.& doct.C.de æden.glo.in l.ij.C.de fide instru. & in c.ex inquisitione.in glo.ij.de rescript. Et circa hanc regulam & eius materiam notab.& melius quàm alibi vide,vbi eã declarat Carol.Molinæ.in consuetu.Parisien.§.v.nu.i.cum aliis.

Hanc

Hanc regulam limitat duobus modis Soci.in reg.cxxxvi. Eandem cum septem limitatio.ponit Roma. in Auth. si quis in aliquo. nu.6.C.de æden.vbi limitat octo modis Iacobi.de sancto georg.nu. 19. Et ibi etiam limitat decem modis Dec.nu.14. Claud.de Seysel. nu.5. Hanc etiam regulam cum duabus ampliat.& vndecim limitatio.ponit Ias.in d.Authen.nu.2.& cum quinque rationibus,& tribus ampliationibus,& decem limitationibus ponit Franc. Purpur. ibi à nu.6.vsque ad num. 36.

REGVLA CCLXXXI.

Eximens aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere existentem,debet puniri pœna capitis,& criminis læsæ maiestatis. Hanc regulam probat tex.in l.cuiusque & ibi Bar.ff ad l. Iul.maiesta.nu.3.& in l.addictos C.de episcop. audien. Hippoly.in singul.cclxxiij.col.iij.versic. quibus etiam addi potest. Ias.in l.j.in §.prætor.& ibi Alex.ff.ne quis eum qui in ius voca. est, vi eximat. Hippoly.in l.j.in principio.ff.de quæst:o. & in l j.in principio.ff.de sicariis.& in repetit.Rubric.de fideiussoribus num.16.Chassanæ.in consuetud.Burgund.in titu. *Des iustices.* Rubric.j in princip fol.19. col.1.nu.68.& in d.titu.§ vij fol.77.col.iij.nu.34. Angel.Aretin.in tracta.maleficiorum in verbo,fama publica.nu. 55. Guliel.Benedictus in repetitio.capit.Rainutius.in verbo, mortuo itaque testatore.el 1.numero 180 Cępol.in cautela 1.Iason in §. pœnales.nume. 102.& Gome.numero 48.Institut.de actio. De iure regio probatur in l.v.titul.xij.lib.viij.ordi.& in l.xiiii.titul.xxix. parte vij. & in l. x1.titu.xiii.lib.iiij. fori.

Hanc reg.cum tribus limitationibus ponit Io. Bernar. in regul. xcvii.remittendo se ad Iaso.in d.§.pœnales. nu.102.Instit.de actio. ibi vsque ad nu.109.limitat tribus modis hanc regulam.

1 Vltra quem limita primò non habere locum quandocunque iniustè ille fuisset condemnatus: Vt est text.in l.omnes.C.de decurio. lib.x.& facit pro hoc quod suprà dixi in reg.cxc.in 8. ampliatio.

2 Limita secundò non habere locum in eripiente seu eximente clericum à manibus familiæ iudicis secularis.Ita tenet Feli. allegando Bal.in c.1.in final.verbis.de offic.delega. Guido Papa in quæst.73. in fi.Quod dictum Felin.relinquit cogitandum Chassanæ.in consuetud.Burgund.in titu. *Des iustices.* Rubr.1.§ 7.nu.34. licet apud eos dicat illud dictum non obseruari.

REGVLA CCLXXXII.

Existentes in quasi possessione iuris patronatus seu præsentandi,valide præsentãt. & eorum præsentatio admittenda est,& institutio sequi debet. Quam regu.probat tex.in c.cõsultationib. in 1.par.de iure patro.vbi probat tex.quòd ad validitatem præsentationis

tationis

tationis sufficit præsentantem esse in quasi possessione iuris præsentandi: & ita illum tex. doct. communiter summant. & ibi Abb. ponit rationem dubitandi & rationem decidendi ad illum tex. qui probat hanc conclusionem, quia præsentatio pertinet ad patronum: vt per totum de iure patro. & in c. decernimus. & in c. filiis. cum simil. 16. q. vij. Ex quo ergo compertum est, illum præsentantem non fuisse patronum, videbatur institutum esse amouendum, & alium ponendum ad præsentationem veri patroni: prout est tex. in c. ex insinuatione. de iure patro. vbi tenens ecclesiam sine præsentatione, dicitur occupator & detentor: sed rationem decidendi in contrarium esse, quia præsentare est quidam fructus iuris patronatus: vt ibi est tex. & notatur in c. cùm Bertoldus, de re iudi. vnde quemadmodum fructus rei naturalis pertinent ad possessorem bonæ fidei, & non ad dominum. §. si quis à non domino. Instit. de rerum diuisio. & notatur in c. grauis. de restitu. spoliat. ita & isti fructus iuris præsentandi pertinent ad possessorem, & non ad dominum. sed ex quo quis consumpsit fructum, non tenetur eum restituere: ita per præsentationẽ & institutionem iste fructus videtur consumptus: & ideò institutus remoueri non debet. & alia de quibus ibi per eum. Hanc regulæ conclusionem firmat Abb. Cardi. & omnes doct. in d. c. consultationis. & in c. ex literis. de iure patro. idem Abb. in c. querelam. de electio. & ibi omnes doct. Archid. in c. si plures. xvi. q. vij. & in c. vnic. nu. 1. versi. item nota. de iure patro. lib. vi. & ibi Ioan. Andr. col. ij. Domi. nu. 7. Cardin. in Clem. j. q. viij. de iure patro. & in consi. lxix. nu. 7. Eandem conclusionem tenent Domini de Rota in decis. 575. in antiq. secundum antiquam impres. & secundum nouam in decisi. xiiij. in tit. de iure patron. & in decis. cxl. in nou. secundum antiquã impress. & secundum nouam in decis. j. in titu. de iure patrona. & in decis. cclxviij. in nou. secundum antiquam impress. & secundum nouam in decisi. vij. in tit. de iure patro. Lapus in allega. lxxxix. Petr. de Ancha. in consi. xx. in tit. de iure patro. inter consilia Calderi. & est consilium fin. Abb. in consi. liiij. vol. j. nu. 2. & in consi. cvi. nu. 3. versi. dico tamen, vol. ij. Seder. de Senis in consi. cxi. nu. 8. versic. in casu autem nostro. Bal. in c. in literis, nu. 5. de restitu. spolia. & hanc opi. regulæ sequitur Pau. de Monte Pico in rep. l. Titia cùm testamẽto. § Titia cum nuberet. q. xxxix. ff. de leg. ij. Alexan. in consi. lxxv. nu. 42. uol. iiij. Oldr. in consi. cccxij. nu. 2. Roch. de Curte in tract. iuris patrona. in verb. competens. q. xiiii. nu. 28. & ibi Paul. de Citadi. vbi hoc diffusè tractat, in iij. art. vi. par. q. xiij. nu. 12. cum aliis. & in viij. par. q. ij. nu. 3. ac Lamberti. in par. j. 2. lib. in iij. q. princ. num. 1. cum aliis. Deci. in consi. xvii. nu. 2. ver. sed his tamen non obstantibus. & in consi. cxxxiiii. nu. 1. And. Tiraquel. ubi quàm plura similia in proposito adducit, in legibus connubia. in glo. vi. nu. 144. Guido Papa in consi. xcii. nu. 2. Stepha. Bertran. in consil. ccclxxiii. num. 1. vol. 2. primæ impress. Carol. Molinæ. in consuetudini. Parisien. in §. xxxvij. in glo. x. nu. 3. & 19.

Han

Hanc regulam cum xxvij.amplia. & sex limita. ponit Cæsar Lāberti.in tract.iuris patrona.in j.par.ij.lib.in xxiiij. art,iij.q. princ. nu.4.vsque ad fin.fol.187.col.iiij.

REGVLA CCLXXXIII.

Existens in quasi possessione præsentandi,non solum potest per seipsum præsentare, sed etiam per alia legitima media, sine ipsius præsentia. Hanc regulam probat tex. & ibi gl. & omnes docto.in c.ea noscitur de his quæ fiunt a præla.vbi Abb. & Imol.post Card.& alios ex illo tex. colligunt in ij.not. ibi aut per literas habentem ius præsentandi,posse præsentare clericum per literas:quia per eas constituitur procurator. & sic à maiori, si per literas: ergo & per procuratorem.sed clarior est tex.in c.fin.de conces.præben. vbi prohibetur constitutio procuratoris ad præsentandum beneficium vacaturum,ratione voti captandæ mortis & fraudis: ergo cōtrarium in beneficio iam vacante, vt non militet illa ratio. & hoc ibi volunt omnes doct. saltem à contrario sensu:præsertim Innoc. Ioan.Andr.Card.Abb.& Imol.ibi.idem Abb. in consil.lxxvi.nu.2. lib.ii.Lapus in allega.viii.Pau.de Citadinis in tract.iuris patrona. in vi.par.arti.iii.q.xxxii. nu.56. Cæsar Lamberti. in tract. iuris patrona.in i.par.ii.lib.iiii.q.princ.nu.2.& ibi nu.5. dicit quòd hoc in practica seruatur.

Hanc regulam ampliat septem modis, & declarat restringitque pluribus modis Lambert in d.tract.iuris patrona. in j.par.ij.lib.artic.xviii.iiii.quæst.princ.fol.195.col.j.versi. conclude ex omnibus supradictis.

REGVLA CCLXXXIIII.

Expensarvm condemnatio in quibus casibus fiat ante litis contestationem,ponit Specul.triginta casus in tit. de expensis.§.si ante litis contestationem,à nu.9.vsque ad nu.12.

REGVLA CCLXXXV.

Expressio eius quæ tacitè inest per modum dispositionis, nihil operatur. Hanc regulam probat tex.in l.hæc verba ff de lega.j.in l.si arrogator.ff. de adoptio. in l.vnum ex familia. in §.j.ff. de leg.ii.& in l.quæsitum.in §.fin.ff.de distractio.pigno in l.non recté·C.de fideius in l.Titiam.ff.ad l.Falci.in l.si in diem.ff.de condi. & demonst. Circa quam regulam vltra Doct. in supra dictis locis vide Parisi.in consi.xxx.nu.13.vol.iiii.Alber.Bru. in tract.de augmento,in iiii.q.prin.nu.3.& 13.Soci.Iuni.in consil. clxxvii.nu.22. vol.ii.& in consi.cxxviii.nu.224.vol.i.

Hanc regulam limitat vno modo remittendo se ad Alex.ibi Guliel.Ponta.in d.l.hæc verba,nu.3.Eandem regulam limitat quatuor

X modis

modis Ripa in d.l.hæc verba.nu.35.Hanc itidem regulam cũ quinque limitat.ponit Pyrrhus Engleber.in regu.expressa. de reg.iu.ff.

REGVLA CCLXXXVI.

EXTENSIO etiam a maioritate rationis non est licita in legibus correctoriis. Hanc regulam probat text. & ibi glo.in Auth. quas actiones.C.de sacrosf.eccle.& ibi habetur per Bar. Bal.& doct. bonus tex.in l.illam.& ibi hoc notant Castren. Alex.& Doct.C. de colla.in l.præcipimus.in fi. & ibi Bar. C.de appel. & in l.sancimus. C.de testa.in c.cùm expediat. de elect.lib.vj. text.in l.si verò in §. de viro.secundum communem intell.ff.solu. matri.text. melior de iure in Auth.de admini.offic.in sacris appel.in §.illud tamen.& ibi glo.in ver.quoniam.coll.iii. Circa quam regulam vide Maria.Socin.Iun.in consi.xvj.nu.4.& in consi.xxx. num.26.vol.j. Lauren. Sylua.in consi.xlij.nu.12.Thom.Gram.in deci.lxxxij.nu.13 Paris. in consi.lxix.nu.175.cum seq.& in consi.lxxxiii. num.12.vol.iij.& notab.Aymo.Crauet.in tract.de antiqu.temporis:in iiij.par.num. 108.cum seq.fol.118.col.iiij.Tiraquel.in repe.l.si vnquam.in vers. libertis,nu.37.C.de reuoca.donatio.Nicola.Bellon. in lib.iiij.supputati.c.xix.nu.8.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Ioan.Bernar.in regul.cclxxvi.remittendo se ad Ias.in d.Auth.quas actiones,nu.21. Hanc eandem limitat duodecim modis Nicola. Euerardus in locis legalibus,loco xxv.fol.117.pag.j.versi.secundò casu,quando maioritas rationis. Eandem item ampliat vno modo & limitat decẽ modis Ripa in l.si constante.nu.57.ff.solu.mat.

REGVLA CCLXXXVII.

EXTENSIO non fit in pœnalibus ob identitatem rationis et si sit eadem ratio,& omnimoda similitudo. Hanc regulam probat tex.in regu.in pœnis.& in regu.odia.cum ibi notatis per Doct. de regu.iur.lib.vi. in l.cùm quidam.ff.de libe.& posthu. in l.si præses. & interpretatione.ff.de pœn.in c.pœnæ de pœniten. distin.j.quod notat glo.in §.ita mista.Instit. de actio. Hanc regulam per suprà dicta ponit Ang.Aret.in §.ius ciuile.nu.23.Insti.de actio. Dec.in l. si quis id quod,nu.47.ff.de iurisdict.omn.iudic. & circa hanc regulam vide Imol nu.24.in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri.

2 Hanc regulam amplia vt procedat quando constitutio pœnalis contineret odium irrationabile,prout in l.quisquis.C.ad l.Iul.maiesta. quòd filij puniantur ex parentum delictis. & ideò lex illa loquens in filiis non extenditur ad filias:vt in d.l.quisquis.in §.ad filias.& ita tenet Bar.in l.j.ff.de verb.signifi.Angel.in l.quicunque. C.de seruis fugi.Ias.in l.si quis id quod,num.16.ff.de iurisdictione omnium iudic.

Hanc

Hanc regulam limitat viij. modis Deci.in regu.factum cuiusq;. in §.in pœnalibus.nu.10. ff.de reg iur. Eandem regulam, vbi eam notabiliter examinat & respondet ad tex.qui huic regu.videtur cõtrariare in c.j.in §. porrò.quæ fuit prima causa benefi.amit.in Vsi. feu ponit Aymon Crauet.in tract.de Antiqui.temporis. in iiij.par. fol.125.col.iiij.nu.146.cum seq.& ibi fol.129.col.ii.in versi.videamus modò de aliquibus limitationibus,à nu.1.vsque ad nu.37.limitat eam tredecim modis. Eandem item regulam,vbi etiam respõdet ad suprà dictum tex.ponit cum xiiij limitatio. Nicola. Euerar. in locis legalibus:in loco xxxv.fol.129.col.ij. versi.ij.casu,quando agitur de mera pœna:vt quia est pœna respectu recipientis. Eandẽ, vbi limitat eam sexdecim modis, ponit Domi.in c.j.nu.9. de tempo.ordina.lib.vi. quem refert Ias. vbi addit alias sex limitationes, & sic sunt xxii.in l.cùm quidam.nu.24.ff.de libe.& posthu.

REGVLA CCLXXXVIII.

EXTRAHI de domo sua inuitus quis non debet. Hanc regulam probat tex.in l.nemo de domo.ff.de reg. iur. in l.plerique cũ tribus sequen.ff.de in ius vocan.cum aliis. Circa quam regulam vltra Doct.in supra dictis locis vide Mar. Mantua in obseruatione lxiii.lib.vii. Parid.de Puteo in tract.syndi in ver.captus illicitè,nu. 4.Chassanæ.in cõsuetu.Burgun.tit.*Des iustices.* Rub.i.§.1.fol.23. col.ii.nu 7.Hippo.in sing clxxxix.& in singn.ccxxv.Ias.in l.vinũ, nu.4.ff.si cer.peta.in l.ii.in §.sed excipiuntur.num.11.ff.de feri. & quæ suprà dixi in reg.clxxv.in iii.limit.

Hanc regulam cum nouem ampliatio. & decem limitatio.ponit Pyrrhus Englebert.in d.regu.nemo de domo, à prin.vsque ad fi. ff. de reg. iur. Eandem regulam ampliat duodecim modis, & limitat quatuordecim modis Ias.in d.l.plerique.à nu.3. vsque ad nu.30.ff. de in ius vocan.

SEQVITVR LITERA F.

REGVLA CCLXXXIX.

FABER potest compelli ne malleet 'prope scholas publicas. Hanc regulam ponit Bar.in l.j.nu.30.ff.solu.matri. & ibi Ias. nu.45. Ripa,nu.127.Roma.nu.31.Vdalr.Zasius,nu.39.Guliel.Pontanus,nu.87. & Tho. Parpa. nu.44. & cæteri Docto. Pro qua est tex.in l.ædificia.ff.de operi.publi. facit etiã tex.in c.præcipimus. xvii.q.ii. ita expressè tenet Specula.in tit.de feriis.in §.sequitur. nu.4.Hanc opi.tenet gl.fi in fi.in l.vni.C.de studiis libera.vrb. Romæ.lib.xi.& ibi Plat.nu.5.& ibi Lucas de Pe.& Bar.in §.ita vt.nu. 2.& not.Pyrrhus Engleber.vbi hoc not.examinat,& allegat alia iura quamplura ad hoc idem Ioan.de Platea,in l.cùm filios. nu.1.versic.hinc est.C.qui ætate se excu.lib.x. Doct.præcipuè Imo.in c.vestra.de loca.Vincen.de Hercu.in l.in excusatione.nu.168.ff.de verbo.oblig.Bartho.Cæpo.in tract.de seru.vrba.præ.c.xliii.nu.3.Abb. in c.i.nu.24.de iudi.& ibi Felin.nu.16.idẽ Abb. in c.bonæ. el i.nu. 11.de postul.præla.Deci.in l.i.nu.72.ff.de offic.eius.& in c.i.num. 36.de probat.Ioan.de Amicis in consi.ciiii. nu.9.Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris.in ver.faber.Ias.in l.i.§. sed excipiũtur. nu.2.ff.de feri. & circa hanc regu.vide posita,suprà in reg.ccxiii. in ii.limitatio.

Hanc regulam amplia quinque modis, & limita vno modo, vt per Ripa,in l.i.a nu.131.vsque ad nu.139.ff.sol.mat. Eandem regulam cum aliis quinque ampliationibus, & vnica limitatione ponit Petrus Rebuffus in tract. de priuilegiis scholarium. priuil. ex quibus ampliationibus duæ differunt ab ampliationibus Francisci de Ripa.

REGVLA CCXC.

FACIES hominis non debet signari. Hanc regulam probat tex.in l.si quis in metallum.C.de pœn.& ibi Doct. De iure Regio probatur in l.vi. titu.xxxi. part.vii. Et quid veniat appellatione

faciei,

faciei, vltra Ange. in d. l. si quis in mettallum. vide Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, in facie nu. 1. Barto. in l. stigmata C. de fabri censib. lib. xj. Corset. in singu. in verb. testis. incipienti, dictum testis asserentis. & hanc opinionem tenet Paris de Puteo in tract. de re mi lita. in c. incipien. duo singulari certamine nu. 4. Placentinus in tracta. de accusatio. in ti. 7. nu. 31.

1 Limita primò non habere locum in clerico qui falsauit sigillum Principis aut alicuius Regis, nam talis clericus deponi debet & sibi character imprimi, & in exilium mitti, Tex. est notabilis & ibi gl. & Doct. in c. ad audientiam de crimine falsi. quod etiam habetur de iure Regio in l. Ix. tit. vj. Part. j. & in l. 2 & in l. 6. titu. 12. lib. 4. fori. & hanc opinionem per suprà dictum tex. tenet Franc. de Pauinis in tract. de visitatione. in prima, par. qõ. 6. nu. 30. Laici autem falsantes sigillum qua pœna debeant puniri, ponit tex. in d. l. 6. tit. 12. lib. 4 Fori. & in l. 6. tit. 7. par. 7. vbi ll. prædictæ dicunt ꝙ tales debẽt mori qui falsificauerunt literas, priuilegium, vel Bullam Papæ, vel Regis, licet de iure Canonico aliter erat dispositum per tex. in c. at falsariorum. de crimin. falsi. Circa quod vide notab. Ioan. Bern. in Pract. ca. cviij. Matth. de Afflict. nota. in decisi. xxj & 404. Hodie tamen falsificans sigillum Principis, archiepiscopi, vel episcopi, seu aliorum prælatorum, punitur amissione medietatis bonorum, vt in l. 3. ti. 6. lib. 8. ordina. De falsificante literas aliorum inferiorũ est tex. & ibi glo. in verbo, sigilla. in c. cùm olim. el 2. de officio deleg & in d. c. at falsariorum, in verbo, legitimas. Circa quas, vide etiam Ioann. Fab. & ibi Docto. in §. item lex Cornelia. Instit. de pub. iudi. Ias. in § pœnales num. 32. Institu. de actio. Nico. Boer. notab. in decisio. lxxxi. Thom. Gramm. in decisione xxvij. numero 9. cum sequẽ. Matth. de Afflictis in constitu. Neapol. libro 3. Rubr. xxxix. num. 1. cum alijs Chassan. in consuetu. Burgund. in tit. *Des iustices*. Rub. prima, in prin. fol. 17. colum. 2. nume. 52. Porrò in foro conscientiæ qua pœna debeat puniri, ponit Martinus Nauarrus in ca. sacerdos nu. 10 cum alijs, de pœniten. dist. 6.

2 Limita secundò non habere locũ in casu l. 4. ti. 28. par. 7. vbi quandocunque ciuis vel rusticus Deo vel eius Genitrici maledixerit, si nihil habet in bonis, pro prima & secunda vice ferro candente ad signum Crucis signatur in labijs.

Et ibi supradicta l. 4. cum tribus antecedentibus ponunt pœnam blasphemantium, quæ ll. approbantur per l. j. ti. 8. libro 8. ordi. quæ omnes corriguntur hodie per text. in l. 2. tit. 8. libro 8. ordi. quæ omnes etiam corriguntur per pragmaticã 1. in volu. Prag & per Prag. 72. Toletanam, Anni 1525. & per Pragmatica 69. de Madrid, Anni 1528. Et quis propriè dicatur blasphemare, vide Soci. in con. 102 num. 5 vol. 1. Ioannes de Platea, in §. consequens. Insti. de suspe. tu. & circa suprà dictas ll. Regni quæ loquuntur de blasphemia, vide Gerar. de Petra sancta in singu. lxxxiii. Anto de Burg. in c. 2. nu. 6. de empt. & venditione Iaso. in l. 2. in §. iurari. nume. 9. & in l. si duo

patroni.in §.fina.nume.1.ff.de iureiur. Ludou.Montal.in tracta. de reprobatione sententiæ Pilat.in primo dubio, numero 1.cum alijs Ioan.Bernard.in practica,capi.103.Chassanæ.in consuetudi. Burg. in ti. *Des iustices.* in prin.Rubrica prima,fol.18.col.1.num.59 Nicol.Bello.in consi.lxix.num.5.Marc.Mantua notabiliter in apophtegma 106.& in obseruatione lxxxvj. libro ix.insignis ac egregius Doctor Iacobus Septimacensis in suo libro. Institutionum catholicarum,cap.viij.quod facit ad declarationem tex.in ca. statuimus. de maledicis.

3 Limita tertiò non procedere in illo qui viuente prima vxore cũ alia contraxerit,nam iste talis debet signari in fronte, vt in l.3.tit. primo,libro 5.ordi.& in l.6.tit.15.lib.8.ordina.per quas ll.corrigitur tex.in l.xvj.titu.xvij par.7.De iure verò Ciuili ille qui matrimonium bis contraxit,pœna infamiæ debebat puniri,vt in l.eũ qui duas C.de adult. & ille qui duas vxores accepit,quasi non rectè sentiat de sacramentis,est hæreticus censendus. ita concludunt Dominic.& Philip. Franc.in c.accusatus in §.sanè. de hæretic.lib.6. quos sequitur Pala.Ruuius in repeti.cap.per vestras §.xvij.nu. 25. Gundisaluus de Villadiego in tract.contra hæreticam prauitatem, qõ.9. & in foro conscientiæ iste talis debet graui pœna puniri.De qua materia & quam pœnam debeat pati qui binas nupt.contraxit, tam iure Canonico quàm Ciuili, quia non est præsentis speculationis remitto me ad ea quæ notab.tradit Auge.Aret.in tract.malefi. in verbo, *che me ay adulterato la mia dona*. num.65.Pala.Ruui.in repeti. rubri.de donatio.§.lx.nu.6.Alex.in consi.clxv.volu.7 Ioan.Montolonius in Promptuario iuris,in verbo,dulcis Ioã.de Neuiza.in Sylua nupt.in lib.4.num.44.

Et vltra suprà dictam pœnam contrahens nuptias, incidit in crimen aleuosiæ,de iure regio,vt in l.6 titu 7.& in l.8. tit.18.lib.8.ordina. Quam limitatio.intelligo veram secundum ea quæ dixi suprà in regu.cl. in 2.limita.

Est tamen notandum circa hanc limitationem quod in Pragmatica lxxix.de Segouia,Anni 1532. fuit petitum vt pœna suprà dicta rum legũ ordin.attenta qualitate delicti pœna quæ leuis erat augeretur.& ibi simpliciter responsum fuit ꝙ suprà dictę ll. exequantur,posteà autem fuit idem petitum in Curijs de Valladolid, petitione cv.Anni 1548.in qua fuit statutum quòd suprà dictæ ll.ordin. custodiantur.& vltrà fuit declaratum quod pœna l. xvj. Partitæ suprà allegat.quæ loquebatur de relegatione quinquennij contra illum qui bis contraxit,debeat intelligi vt per quinquennium ad triremes & galeras mittatur.& suprà dicta l.partitæ quæ anteà, vt s̄. dixi,erat correcta per supra dictas ll.ordi.hodie approbata & declarata est per s̄.dictam Pragm.cv.de Valladolid.Et ita vltra s̄.dictam pœnam de qua in suprà dictis legibus ordi.illi qui binas nupt. contraxerunt,puniri debent pœna de qua in suprà dicta Pragma.cv. de Valladolid,vt ibi clarè constat.

Regula

REGVLA CCXCI.

FACTA simplicia postquàm sunt deducta in obligationẽ, sunt indiuidua obligatione, solutione, & petitione. Hanc regulam probat tex. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verbo. obligat. & ibi Bar. nu. 25. & Pau. Cast. & doct. præcipuè Ias. nu. 28. tex. etiam & ibi doct. in l. 4. in §. Cato. ff. de verb. oblig. & ibi comm. Bart. & docto. & in l. in exequutione in §. j. eo. titu. glo. in l. 2. in §. & harum ff. eod. ti. & in d. §. Cato. in verb. diuisionem.

Hanc regulam limitat duobus modis Bern. de Luco in regu. 279 remittendo se ad Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur nu. 29.

Hanc item limitat sex modis Martin. Sanct. Vascolet. in tract. indiuiduorum, in 2. cerula, à nu. 19. vsq; ad nu. 22.

REGVLA CCXCII.

FACTVM vel dictum calore iracundiæ, non obligat dicentem vel facientem. Hæc regula probatur in l quicquid calore ff. de regul. iur. in c. si quis iratus 2. quæst. 3. in l. 3. ff. de diuor. in l. si filiam. ibi, si non inconsulto calore C. de inofficio. testamen. & in l. si non conuitij C. de iniurijs in l. famosi. in ver. lubricum linguæ ff. ad legem Iul. maiesta. in c. quicunque in §. diuortio. de pœniten. distinct. 1. Facit tex. in argu. in l. Gracchus C. de adult. & in l. si adulterium cum incestu. in §. Imperatores ff. de adult. in c. illa præposito rum. xi. q 3. in c. sicut, el 1. de iureiu. in l. 2. C. ad l. Iul maiest. De iure Regio probatur in l. xvi. tit. fin. par. 7. Circa quam regulam vide Deci. Guliel. Maynerium, & Cagno. in d. l. quicquid calore. Ias. in l. si duo patroni. in §. fi. nu. 1. ff. de iureiu. & notabi. in l. si filiam tuam num. 5. C. de inoffic. testa. Ludo. Roma. in sing. 508. Hippoly. in singu. 626. & in consi. 80 nume. 56. volu. 1. Ioann. de Selua in tracta. de iureiur. in 3. par. nu. 26. Thom. Gramm. in voto 19. nu. 15. Marcum Antonium Baueriam in tracta. de virtu. & viribus iuramen. priuile. lxxviij. nume. 144.

a Amplia primò habere locum in iuramento, nam iuramentum factũ calore iracundiæ non obligat, Vt est tex. in c. sicut, el 1. de iureiur. & ibi expreſsè Ioan. And. & Anto. de Butr. & Panor. in 3. notab. idem Abb. in c. si verò nu 7 eo. ti. Roma. in sing. 514. Feli. in d. c. sicut nu. 3 notabiliter declarat Ioann. de Selua in d. tracta. de iureiur. in 3. parte numero 26.

a Amplia secundò in voto facto calore iracundiæ, nam tale votum non obligat, Vt est gloss. notabi. in ca. dubium. in verbo, calore. & ibi Anto de Butr. & Panor. in conuersi. coniug. & est similis glo. in c. sunt qui opes. xvij quæstio. iiij in verbo, non iudicio. quas glo. sequitur Iaso. in d. l. si filiam. nume. 4 Ludou. Roman. in d. singul. 514. Corsettus in Repertorio ad Abba. in verbo, iracundia.

Deci. in d.regula, quicquid calore nume. 2. vbi dicit quòd hoc est verum quando iracundia esset talis quæ alienationem mentis induoit, alias secus. eandem opinionem tenet ibi Hieronymus Cagnolus numero 6.

3 Amplia tertiò habere locum in confessione, nam confessio facta calore iracundiæ, non obligat, Vt est glo. in c. ex literis in ver. admonita. & ibi Abb. & Doct. de diuor. quam gl. vltra Doct. relatos suprà in reg. 119. in 3. limit. qui eam sequuntur, sequitur Ioan. de Selua in tract. de iureiur. in d. 3. par. nu. 30.

4 Amplia quartò habere locum etiam in exhæredatione, nam exhæredatio facta à patre calore iracundiæ, non valet. Ita probat tex. & ibi gl. Bal. & Sali. in d. l. si filiam C. de inoffi. testa. & Ias. nume. 4. Cagno. in d. l. quicquid calore nu. 5.

5 Amplia quintò procedere in accusatione, nam accusatio facta calore iracundiæ debet per iudicem aboleri, Vt in l. 2. C. de abolit. c. si quis iratus 2. quæst. 3.

6 Amplia sextò in acceptatione secundi beneficij, nam si facta est calore iracundiæ, nō vacat primū, iuxta tex in c. de multa. de præb. Ita expresſè tenet Pan. in d. c. de multa nu. 13 arg. tex. in d. c. ex literis. de diuor. quē sequitur Ias. in d. l. filiam tuam nu. 4. Dec. in d. l. quicquid calore nu. 5. Feli. in c. sicut el 1. nu. 4. de iureiu.

7 Amplia septimò in sententia calore iracundiæ prolata, nam non debet statim exequutioni mandari, sed differri debet triginta dies, etiam si sententia Principis sit, quandocunque lata est calore iracūdiæ. Ita probat text. in ca. cum apud Thessaloniam 11. quæst. iij. vbi assignatur rō. similis est tex. de iure ciuili in l. si vendicari C. de pœnis. De iure regio probatur in l. xxix. & xxx. titu. xviij. par. 3. & est glo. & ibi Feli. nu. 4 in c. iurgantium nu. 4. de re iudic. & hanc opinionem tenet Anto. Corsettus in repert. ad Abb. in verb. calore iracundiæ Ioan. And & ibi Anan. in c. 3. num. 2. de accus. Marti. Laud. in tracta. de consiliarijs Principium q. vj. Paris de Puteo in tra. syndi. in prin. in tit. de excessibus consiliariorum nu 11. & in fi. in c. incip. mandauit Rex. nu. 2. Thom. Gram. in voto 32. nu. 13. Ias. in l. puniri. in fin C. si contra ius. vel vtili. pub & in l. debitoribus nu. 15. ff. de re iudi. Abb. in c. cum olim nu. 23. de re iudi. Hippo. in l. 1. in §. si quis vltrò nu. 52 ff. de quæst. Neuiz. in sua Sylua nupt. lib. 1. num. 9. Hieronym. Cagn. in d. l. quicquid calore nume. 15. & ibi Guliel. Mayne. num 8.

8 Amplia octauò habere locum in professione facta per iracundiā. Ita tenet Anto. de Butr. in c. sicut, el 1. de iureiuran. quem sequitur Felin. in d. ca dilecti numero 16. de exceptio. & in d. c. Matthæus numero 2. de simonia.

9 Amplia nonò procedere in contractu, nam contractus celebratus calore iracundiæ non valet, vt in l. 3 ff. de diuor. & in l. licitatio. in princip. ff. de publicanis. ita tenet Roma. in d. singul. 514. Corsettus in d. Reperto. ad Abb. in verbo, iracundia. Quod intellige nisi

contractus

contractus esset ad pias causas, vt infra dicam. quæ ampliatio procedere non uidetur. ut in l. 62. titu. 6. parte quinta.

1 Limita primò non habere locum in delictis, in quibus quis calore iracundiæ non excusatur. Ita probat tex. in l. si non conuitij C. de iniur. & in c. 1 & ibi Abb. de his qui filios occide. Ratio est, quia si aliter esset, rarò punitioni delictorum esset locus, contra text. in c. vt famæ. de sententia excom. cum similibus.

In quo est notandum, quòd licet sit vera prædicta limitatio, mitiganda est tamen pœna quandocunque iracundia ex iusto dolore prouenit, ut in d. l. si adulterium cum incestu. in §. Imperatores ff. de adulter. & in c. si quis irascitur. 1 3. quæstio. 2. & in l. 1. C. si quis Imperato. maledi. De iure regio probatur in d. l. 16. titu. fina. par. 7. ita expressè tenet Ias. in d. l. si filiam. nu. 6. & in d. l. si duo patroni §. si quis iurauerit. el 2. Abb. & Feli. in c. dilecti filij. numero 12. de exceptio Nicola. Boerius in consi. 1. col. 5 posi: o post consuetud. Bituricen. Deci. in regu. quicquid calore. numero 8. Anto. Corsettus in d. Reper. ad Abb. in uerbo, calore iracundiæ. & in uerbo, iracundia. Ex quo notabiliter Deci. in l. vt vim. ff. de iusti. & iuro dicit quòd licet prohibitum sit occidere fugientem qui te percussit, quia id potius ad vindictam, quàm ad defensionem tendit, tamen si id feceris, de homicidio pœna ordinaria puniri non debes, propter iustū dolorem d. §. Imperatores. Quam opinionem sequitur Cagno. in d. l. quicquid calore, numero 10. Felin. in cap. significasti. el 1. de homici. Aretin. in consi. 80. numero 8. Crpo. in consi. 43. in consiliis criminalibus. Hippo. in consi. 25. Marcus Anto. Baueria, in tracta. de uirtute & uiribus iuramenti. in priuilegio 74. numero 144. Gramma. in uoto xix. numero 14. cum aliis. Et circa hanc limitationem notandum etiam est notabile dictum Angeli in d. l. si non conuitij. numero 6 dicens quòd quandocunque aliquis dixit alicui aliquod verbum iniuriosum, si posteà pœniteat, probata iracundia proderit sibi ne actione iniuriarum conueniri possit, quandocunque iniuria possit reuocari, secus si iniuria reuocari non possit, & sic intelligit tex. in d. l. quicquid calore. Quod dictum tanquàm notabile & semper menti tenendum sequitur Lanfrancus ab Oriano in tracta. confessionum, in prin. numero 2. Thom. Ferratius in cau 39. in fi. Feli. in cap. dilecti filij. numero 16. de excep. Cagn. in d. l. quicquid calore, numero 14. Hippo. vbi illud dictum nimis exaltat, & dicit se habuisse in practica & obtinuisse, in sing. dcxxvj. & in l. is qui cum telo. C. de sicari.

2 Limita secundò in donatione facta ecclesiæ uel piæ causæ calore iracundiæ, quia valet. Ita tenet glo. in cap dudum. in uerbo, calore. de conuer. coniu. per tex in c sunt qui opes. 17. q 4. & expressè. Roma. in d. sing 514. Ias. in d. l si filia. numero 6. Alex. in addi. ad Bart. in d. l. quicquid. Felin. in c. Matthæus. numero 2. de simo. Quod tamen est verum in eo qui fuisset aliqualiter concitatus. secus si fuisset alienatus à mente propter iracundiam, quia talis contractus non debet

debet seruari.ita tenet Io. And. & Doct.in d.c.dudum Feli. in d.ca. sicut.de iureiur.& in d.c.dilecti.numero 15 in fi. de except. Deci.in d.l.quicquid calore,numero 1.& ibi Cagno.numero 24. Marcus Anto. Baueria in tracta.de uirtute & viribus iuramenti,in d.priuilegio 78.numero 144.

3 Limita tertiò procedere nisi iratus post iracundiam perseuerasset in eadem voluntate: Vt in d.ca.si quis iratus.2.quæstio.3.& ita tenet Bartol.per illum text.in d l.quicquid calore facit in simili tex. in l.licitatio.in prin.ff de publica.& vecti.ita tenet Iason in d.l.si filiam.numero 6.C.de inoffic.testamen.Cagno.in d.l.quicquid calore.numero 22.pro quo facit text.in d.l.quicquid calore.ibi, si perseuerantia apparuerit.

4 Quartò limita non procedere in sententia excommunicationis, quia licet lata sit per iracundiam,valet. Ita,probat text.in c.si episcopus fortè iracundus.11.q.3.& ita per illum text.tenet Deci.in d. reg.quicquid calore.

5 Quintò fallit in blasphemante,nam etiam si per iracundiam blasphemet,non remittitur ei pœna. Ita expressè concludit Hostien.in Summa,in titu.de maledicis. Ioan.de Selua in tracta.de beneficio.in 3.par.numero 27. Quod dictum limitat Abb.in c.2.de maledi.nisi esset tanta blasphemia quæ induceret mentis alienationem , sicut de ebrio,& hoc maxime quando procedit iracundia ex iusto furore,secus si dãdo operam rei illicitæ,puta post amissionem in ludo. Quam opinionem sequitur ibi Ioan.de Ana.numero 2. Feli.in c.sicut ex literis,el 1.numero 2.de iureiur. Ias.in l.si filiam.numero 9. C.de inoffic.testamen.Io.de Selua in d.tracta.de iureiur.in 3.par. nume.27 facit tex in c.inebriauerunt Loth.5.q.1. & sequitur Ias.in l. si duo patroni.in §.si quis iurauerit,el 2.nu.1.ff.de iureiur.

REGVLA CCXCIII.

FACTVM per Principem laicum non potest eius successor irritare,imo tenetur ratum habere. Hanc regulam probat tex. & ibi Bal in c.si quis inuestitus.qui successo.tenean.in Vsi.feudo. & in c. decessorum.25 q.2.notat Archi.in ca.quia sancta.numero 5.63.dist. glo.in c.literis.de rescri.in verbo,cùm factum.facit tex.in l.si ab eo. C.de liberali caus.ibi,respectu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti consensu confirmare debuit. & ibi glo.allegat concordantes , Facit etiam tex.in l.si ego,in §.1.ff.de iure dotium.& in l.quidam cum filio.ff.de verborum obli.quem tex. allegat Bal.in d.ca.si quis inuestitus.nu.6. Eandem opinionem tenet idem Bal. in cap.1. nu.3.de natura feu.in Vsibus feu.ibi Præposi.Anania in c.si. numero 14.ne prælat. vices suas. Roma in consi. 52. numero 3. & consi. 116.numero 3 Feli.in c.1.vbi latè,de probatio. Ioan. de Neuizanis in consi.12.numero 30.inter consilia Alberti Bruni. Abb. & ibi Decius in c.1.de proba.numero 25.& 37.Ioan.Igneus in repetio.l.donationes

nationes

nationes quas diuus Imperator.numero 5.& 16.C.de donatio.inter virum & vxor.not.Rodericus Xuarez in alleg.10.

1 Limita primò nisi factum per Principem concernat factum in alterius præiudicium,ut quia simpliciter & purè fecit inuestituram mihi de feudo Titij viuentis,nam eius successor non tenetur ratam habere talem inuestituram. Ita concludit Bal.in d.c.1.qui successores teneantur.quem sequitur ibi Matthæus de Afflict. numero 44. vbi plura allegat.

2 Limita secundò nisi successor laici qui facit inuestituram,esset fiscus qui successit propter delictum,tunc enim fiscus non tenetur ratam habere. Ita tenet Bal.in d.c.1.qui successores teneantur allegat pro hoc tex.in l.quoties.in fine.C.de noua.fiscus enim æquiparatur prælato ecclesię & non hæredi,secundum Bal.vbi suprà. Ratio est quia succedit bonis & non personæ, secundum eundem Bal. in l.si constante.in §.si bona.ff.solu.matri & in l.ex facto. ff. de vulgar.& pupil.notat glo.in l.2.ff.solu.matrimo.Bal.tamen in d.l.quoties.dat optimam regulam quando fiscus habeatur loco hæredi, & quando non. Dicit enim quòd in obligationibus iam contractis habetur loco hæredis,sed in obligationibus contrahendis ex causa de præterito,non habetur loco hæredis.

3 Limita tertiò nisi inuestitus sub aliqua conditione,pendente cõditione commiserit aliquam culpam propter quam ueniret feudo priuandus, tunc adueniente conditione non tenetur hæres ratam habere inuestituram factam per suum prædecessorem, quia inuestitura ipsa iam fuit extincta propter culpam,& sic sicut antecessor nõ tenetur habere ratam ipsam inuestituram,ita eodem modo eius successor, ut suprà dixi,patet, nam propter delictum censetur mutata persona inuestiti, ergo censetur mutata ipsa inuestitura, argumentum tex.in c.veniens.& in c.cùm in tua.de testibus,& in c.cùm super.& in c.fi.de re iudi.Hanc limi.ponit Matthæ.de Afflict.in d.c.j. numero 49.qui successores teneantur.facit pro hoc l.8.titu.lib.3.Fori.& l.9.titu.9.lib.5.ordi.

4 Quartò fallit nisi successor esset potiùs iure sanguinis,& sic ex pacto & prouidentia,tunc cùm feudum ueniat ad successorem ex prouidentia concedentis,prædecessor non potuit successorem obligare vt in c.1.an agnatus uel filius,in Vsibus feudo.quam limitationem sentit glo.1.in d.c.si quis inuestitus.qui successores teneantur,dum dicit quod ideò successor tene.confirmare,quia ex qua persona &c. & ita tenet ibi Matthæ.de Afflict.nu.52.

4 Quinto limita non habere locum in dona.factis à prædecess.enormiter regnũ lædentibus, nam tunc Rex successor põt prædictas donationes reuocare. Ita tenet Spec.in ti.de instru.ædi.in §.nunc aũt, in fi.nu.11.& ibi Bal.in addi.sequitur Berta. in tracta. de episcopo, in 4.par.4.lib.q.54.numero 184.vbi dicit quòd non solùm successor verùm etiam ipse Rex donans potest hoc reuocare. Pro qua opinione de iure regio est text.in l.3.& 4.titu.9.lib.5.ordina.

Regula

REGVLA CCXCIIII.

FACTVM à maiori parte creditorum præiudicat aliis, fauore liberationis. Hanc regulam probat tex. in l. & suum hæredem. in § hodie tamen ff. de pact. cum l. seq. & in l. fin. C. qui bonis cede. poss. De iure regio. probatur in 5. l. titu. 15. par. 5. Circa quam regulam vide Roma. in singu. Feli. in c. cùm omnes. de consti. Matthę. de Afflict. s in decisio. Neapolita. 288.

Hanc regulam limitat septem modis Iason. in d. §. hodie tamen numero 1. vsque ad numero 3.

REGVLA CCXCV.

FACTVM à maiori parte in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiam si essent mille, non ualet, nisi omnes consentiant. Hanc regulam probat tex. in l. per fundum. ff. de seruitu. rusti. prædio & in l. si ff. com. prædi. glo. 1. in c. cùm omnes. & ibi Doct. de cōstitu. & in c. si archiepiscopus. in verbo, ab omnibus. in fine, de tempori. ordinan. & in regu. quod omnes tangit. & ibi Dinus de regu. iur. lib. 6. Circa quam reg. vide Oldradum in consi. 34. Nico. Boeri. in decisione 5 per totam. Roma. in Rubric. ff. de arbitris, numero 41 Dominicum Iacobatium in suo lib. 5. de concilio, art. 7. pag. 270. cum aliis Pyrrhum & Doct. in l. aliud est uendere. ff. de reg. iuris.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luc. in reg. 105. remittendo se ad Felinum in cap. cùm omnes. numero 15. de constitu. vbi eam limitat septem modis.

1 Amplia primò ultra eum ut procedat etiam in rebus piis. Ita tenet Abb. in ca. fi. nu. 5 de his quæ fiunt a maiori parte capi. quem sequitur Deci. in d. c. cùm omnes. 2. lect. nu. 33. vbi plura allegat.

1 Limita primò quando minor pars uel etiam unus ex sociis uellet uti re communi ad usum destinatum. Ita concludit glo. 1. in d. c. cū omnes allegando text. in §. religiosum. ibi, in commune sepulchrū. Institu. de rerum diuisio. quam glo. ff. sequitur ibi Feli. vbi plura ad hoc allegat, in d. c. cùm omnes. numero 15. versi. & prima fallentia. & ibi Bal. numero 20. Deci. in 1. lectu. in d ca. cùm omnes. numero. 23. & in 2. lect. nu. 36. Iason in l. & suum hæredem. in §. hodie tamen numero 6. ff. de pact. facit tex. in l. arboribus. in §. nauis. iuncta gloss. ff. de vsufru. & in d. l. quòd maior. ff. ad municip. Bartol in l. hæc distinctio. in § fina. ff. loca Alberi. in l. in tantum. in §. religiosum. ff. de rerum diuisio. Alexan. in l. de pupillo. in §. si plurium. numero 5. ff. de noui operis nuntia. Soc. in consi. 58 vol. 4. Lud. Bologni. in consi. 53. Decius in l. si socius. in fi ff si certum petatur. Pro qua limitatione facit notabile dictum Salic. in l. iubemus. la 2. C de sacrosanc. ecclesi. vbi dicit quòd si duo fratres uel duo socij habent fundum communem pro indiuiso, & unus uult quòd colatur & seminetur

prout

prout fieri debet:alter verò dicit quòd pars sua non seminetur: si
alter socius facit totum coli & seminari,non tenetur alteri respon-
dere de fructibus etiam pro parte ipsius vetantis, cùm vtatur re cō
muni,vt suprà dixi Quod dictum Sali.sequitur Soc.in d.consi.lviij.
Ias.in l.j.nu 26.C.qui testa.fac.poss & in l.serui electione.in §.La-
beo.nu.29 ff de leg.j.& in repet.l.quo minus.nu.109. ff de flumin.
Ex quo apparet verum esse dictum Richar.Malum Doct. Cremen.
in l.si quis putans.in §.siue autem.ff.communi diui. vbi dicit quòd
si duo fratres vel duo socii habent domum communem pro indiui-
so,& vnus eorum totam domum habitat, non tenetur ad aliquam
pensionem fratri vel socio pro parte ipsius fratris vel socii,cùm ut
suprà dixi,vtatur re communi ad vsum destinatum:ut in l.Sabinus.
ff.communi diui.quam opinionem sequuntur Bald.& Ang.in l.duo
fratres.ff.de acquir.hæred.vbi Bald. refert ita in contingentia facti
iudicatum fuisse.idem Bal.in c.j.in §.prætereà.nu 7.de prohi.feud.
alien.per Fede.Roma.in consi.clxviij.in fi. Ias.in d.§ Labeo nu.20.
& in d.l.j.nu.27.C.qui testa.facere possunt.& ibi Pau.de Cast.num.
5.Deci.nu.28.Ias.in d.§.hoc die.nu.7.Ex quo datur limitatio nota-
bilis ad tex.in l.item quæritur. in §.qui impleto. ff.locati. vbi text.
probat quòd quando aliquis conduxit domum ad certum tempus,
finita locatione si ille qui eam conduxit tacente domino habitat in
illa,videtur tacite eam reconduxisse,vt dicamus quòd tex. ille non
habeat locum in socio:quia socius non videtur tacitè reconduxisse
domum,& non tenetur socio quicquam soluere pro parte sua: quia
vera ratio illius §.est secundum Bar.ibi:quia si aliter esset, iste con
ductor censeretur habitare illicitè in illa domo: iuxta text.in l.me-
ritò.ff.pro soci.quæ ratio in socio non militat cùm semper licitè po
test totam domum habitare,vt suprà dictum est ergo cessat disposi
tio illius §.vt in l.adigere.in §.quamuis.ff.de iure patro & hanc li-
mit.ad illum tex.ponit Soci.in d.§.Labeo. nu.3. quam sequitur Ri-
pa in repe.d.l.quo minus.nu.141.ff.de flumi.

2 Limita secundò non procedere ratione sepulturæ, Vt in l.si plu-
res.& in l.sunt personæ.ff.de religio.& sumpti.fune.gloss. in l.Sabi-
nus.ff.commu.diuidun.in verbo, constat. Deci.in cap.cùm omnes.
nu.35.de constit.

3 Limita tertiò vltra Feli.in d.c. cùm omnes non habere locum in
casu l.multùm interest.C.de communi rerum aliena.nam Princeps
vel fiscus qui rem communem cum aliquo habet, inuito socio po-
test eam alienare.& ita per illum tex.tenet Abb.in c.ratio nulla.nu.
2.de præben.Fran. Lucanus de Parma in tracta. de fisco & eius pri-
uilegiis.in xxxv.casu:& xlvij.nu.35.& nu.47.Marti.Lauden.in tra
cta.de fisco,quæst.liij.Matth.de Afflict.in tracta. de iure protom.in
prin.l.in iiij.notab num.16.& 17.Philip.Deci. in d c.cùm omnes.
in ij.lect.nu.38.Ias.in l.qui sine.nu.3.ff.de condict sine cau. Hippo.
in l.j.in §.cùm quidam deponeret.nu.1.ff.de quæsti. Bar.in l.fin.C.
si contra ius vel vtili.publi.Feli.in c.quæ in ecclesiarum, nume.51.

versi.

versi. sexta declaratio. de constitu. & est similis tex. in l. j. C. de venditione rerum fiscal. lib. x. & ibi Bar. Eandem opi. tenet Deci. in cōsilio ccxxxv. numero 7. quam limitationem infrà latius tractabimus in regula incipiente, Fiscus.

REGVLA CCXCVI.

Factvm à maiori parte in rebus collegii, vniuersitatis, vel cōmunitatis, valet: & sic regulariter in his quæ pertinent ad plures vt vniuersos. Hanc regulam probat tex. in l. quod maior. ff. ad munici. & ibi glo. & Bart. text. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. in l. aliud. in §. refertur. ff. de regul. iur. & in cap. j. de his quæ fiunt à maiori par. capit. & in c. quia propter. & in c. auditis. de elect. glo. & Docto. in c. cùm omnes. de constit. & in c. j. in verb. tractatus. de rebus eccles. non alienand. libr. vi. & in c. pastoralis. in princ. in verb. plures. de rescript. & in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Circa quam regulam vide Matthæ. de Afflict. in decis. 1. & in tracta. de iure protomi. versi. idem de ipso. nu. 5. Cardi. Iacoba. in tracta. de concilio, lib. v. artic. vij. pag. 270. col. j. cum aliis. & in lib. iij. articu. j. pagi. 167. cum aliis & in lib. vi. arti. iij. pagi. 353. Abb. in consilio Basiliensi, in primo dubio, numero 12. & vide l. x. titul. xiiij. part. 1. Lambertinum in tracta. iuris patrona. in ij. par. ij. lib. viij. articul. ij. q. prin num. 4. fol. 282. & in ead. par. xvi. articu. ij. quæstio. princip. numero 3. fol. 286. Ludouic. Bologninum in repeti. Authen. habita. numero 85. C. ne filius pro patre.

Hanc regulam cum vnica limitatione ponit Bartho. Socin. in regu. vi. in posterioribus. Eandem regulam cum vnica ampliatione, & quatuordecim limit. posuit Bernar. de Luc. in regul. ccccxlix. remittendo se ad Felin. in c. cùm omnes. à nu. 17. vsque. ad nu. 19. de constitu. Et eam cum quinque limitatio. ponit Roma. in Rub. de arbit. nu. 51. Eandem regulam cum quinque ampliat. & sex limitat. ponit Pyrrhus Engleber. in l. aliud est vendere. §. refertur. ff. de regul. iur. Eandem limitat Deci. decem modis in d. c. cùm omnes. in j. lect. à nu. 27. vsque ad nu. 41. Eandem cum unica ampliatione & quinque limitationibus ponit idem Deci. in ij. lectu. nu. 42. Hanc etiam regulam cum sexdecim limitationibus ponit Iaso in l. & suū hæredem. §. hoc die tamen in nume. 8. ff. de pactis. Eandem regulam vbi notabiliter eam declarat cum tribus ampliationibus, & vna & viginti limitatio. ponit Andr. ab Exea in d. c. cùm omnes. à num. 155. vsque ad num. 204. de constitu.

REGVLA CCXCVII.

Factvm à maiori parte collegii vel vniuersitatis in præiudicium singulorum, non tenet, nisi omnes consentiant. Hanc regulam probat glo. in l. 2. in verbo, aut legem. in versic. hæc autem consuetudo.

suetudo. C. quæ sit longa consuetudo. & ita per illam glo. tenet Bar. in proœmio Digest. nu. 5. Felin. in c. cùm omnes. nu 18. in x. fallen. de constitutionibus. & ibi Andr. ab Exea numero 279. Iaso. in l. & suum hæredem. §. hoc dic tamen. numero 8 in xvi. fallent. ff. de pactis. Iacobatius Cardinalis sancti Clementis in suo lib. de concilio, lib. vi. artic. 3. col. ix. versi. & ideò vbicunque. pag. 352. ubi plura ad hoc infert. Eandem opinionem regulæ tenet Ang. in consi. cclxxi. nu. 1. Corne. in consi. clxxvij. nu. 6. volu. ij. Maria. Socin. in tracta. de citatione, articu. v. nu. 20. versi. sextò fallit. Barba. in consi. xxvij nu. 23. vol. ij. & expressè tenet Stepha. Bertrand. in consi. xvi. numero 1. volu. ij. primæ impressionis. Et circa hanc regulam vide posita suprà in regula xlvi.

1 Amplia primò ut procedat etiam si illi de quorum præiudicio agitur essent absentes: quia nihilominùs vocandi sunt. Ita tenet Lucas de Penna in l. nominationum. C. de decurio. lib. x. quem sequitur Andr. ab Exea in c. cùm omnes. nu. 183. & nu. 214. de constitur.

1 Limita primò hanc regulam vt non procedat in seruo qui vult effici clericus: quia sufficit cōsensus vnius ex pluribus dominis. Ita probat tex. in c. nullus. & ibi glo. j. & Doct. liiij. distinctio.

2 Limita secundò vt non procedat quando ciuitas vel maior pars statueret super victualibus. Ita tenet Lucas de Penna in d. l. nominationum. col. fi. versi. cæterùm sciendum est. Matthæ. de Afflict. in constitu. Neapoli. lib. x. Rub. lxiiij. in versic. ad officium baiulorum. nu. 1. Albe. de Rosa. in 1. parte statut. q. lxix. Hinc est quòd ciuitas vel communitas habens frumentum superfluum, potest compellere ciues vt emant. ita tenet Feli. in c j. nu. 2. de Iudæ. allegat tex. in l. vnica. C. vt nemi. lice. in empti. specie. se excusa. lib. x. Anto. de Burgos in c. j. nu. 19. de emptio. & vendi. & in nu. 22. allegat text. in l. ij. ff. de nundi. vbi probatur quòd rustici compelluntur venire ad ciuitatem & ibi victualia vendere. Socin. in regula ccccxxxv. in quarta limit. & circa hoc uide Montal. in glo. l. iij. titu. v. par. v.

3 Limita tertiò ut non procedat in vniuersitate habēte potestatem leges condendi. Pro quo facit quod notat Iaf. in l. si se non obtulit. nu. 23. ff. de re iudic.

4 Limita quartò non procedere quando factum à maiori parte cōcerneret publicam vtilitatem: ita vt omnes ex illo facto perciperēt commodum. Ita tenet Bal. in consi. lxxxv. incip. punctus super quo consilium petitur. & in consi. 462. volu. ij. quem sequitur Andræ. ab Exea in d. c. cùm omnes. nu. 185. de constitu.

REGVLA CCXCVIII.

FAMA seu infamia debet præcedere in inquisitione: aliàs inquisitio non procedit. Hanc regulam probat tex. in c. cùm oporteat. & in c. qualiter & quando. el ij. & in c. inquisitionis. de accusationi. & in c. j. eodem titu. lib. vi. & in c. licet Hely. de simonia in c. Deus omnipotens

omnipotens.in prin.ij.q.j. De iure regio probatur in l.j. in fin.titu. xvij.parte.iij. Hanc regulam ponit Specul.in titu. de inquisitione.§.1.nu.5.Bar.in l.congruit.nu.3 ff.de offi.presi.Ang.in repet.l. si vacantia.C.de bonis vacan.lib x Bal. & Salic. in l.ea quidem.C. de accusat.Bart.in l.2 in §. si publico.ff.de adult. Paris.de Puteo in tracta.syndica.in ver.inquisitio. Deci.in consi.clxx. & in cõs.clxxv. & in consi.clxxxix.Carrerius in practi.crimi.in princ.nu.82.Paris. in consi.203.nu.21.volu.iiii.Imol.in d c.cùm oporteat.nu.21.cum seq.Bal.in l.iubemus.C.de probatio.gloss & ibi Bart. in l.2.in §.si publico.ff.de adult. Ratio huius regulæ est:quia nemo sine accusatore condemnari debet,l. rescriptum in §. si quis. ff. de mune.& hono.& c.de manifesta 2.q.1. & ideò requiritur accusator verus si proceditur per viam accusationis: si autem proceditur per viam inquisitionis,requiritur accusator saltem fictus : scilicet quòd procedat infamia,ut in suprà dictis iuribus.

Hanc regulam Ange.in d.l. si vacantia. limitat in aliquibus casibus,quos refert Ang Are.in tractæ.malefi.in verbo,hæc est quędam inquisitio.nu.51 & in verbo,quod fama publica.num.2. Hippol.in tract.in §.constante.nu.12.

Ex quibus omnibus & ex aliis quæ in variis locis traduntur.

1 Amplia primò in tantum procedere quòd licet testes producti super tali inquisitione probent crimen contentum in ipsa inquisitione,de quo inquisitus non erat infamatus: tamen tales testes illi inquisito non præiudicant.nec ex eorum dictis condemnabitur.Ita tenet Spec.in titu.de inquisitione.in §.nunc videndum. num.6.& ibi Bal.in addi.Pro qua opin.est tex.in d.c.inquisitionis.in §.tertiæ dubitationis.de accusat.

2 Amplia secundò in tantum procedere quòd non valet statutum superioris quod possit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum. Ita concludit Cardina.in Clem.1.nu.23.de offi. ordi.quem sequitur Hippo.in d §.constante nu.13.

1 Limita primò quando inquisitio fit parte præsente,& non opponente de præcedente infamia : nam tunc valet & tenet inquisitio. Ita probat tex.in c.2.de accusat.libr.vi. & ita per illum text.tenet Hippo.in d.§.constante.nu.20.Ang.Are.in tract. malefic.in verbo, quod fama publica.nu 7.Roma.in consi.cx.nu.1.idem Ang.Aret.in d.tract.malefic. in verbo, & hæc est quędam inquisitio.numero 51. Iason in l.patre furioso.nu.27 ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Capo.in consi.lx.nu 3.in consiliis crimin.

2 Limita secundò in inquisitione generali quæ fit ad inuestigandum facinorosos homines:de qua habetur in l.congruit. ff.de offic. presi.in c.1.de offic.ordin.in c.irrefragabile.eo.titu.in c.excommunicamus.de hereti.in c.placuit.x. quæstio.1. Ita Innocen. in c.1.de postula.prela. Abb.in c.ad nostram.el 2.nu.2.de iureiur. Hippol.in d.§.constante.nu.20.Abb in c.1.nu.6.super glo.1.de offi.ordi.Ang. Are.ubi suprà,in d.verbo,hæc est quædam inquisitio.num.51.Salic.

in

in l.ea quidem.nume. 30.C.de accusationibus. quibus adde Caieta num.ij.ij.q.lx.x.art.j.
3 Limita tertiò in inquisitione quæ fit ad publicam vtilitatem, in causa merè ciuili ex pecuniaria. Ita tenet Ange. per tex. ibi in d.l.si vacantia. facit text. in l.si quis intra. C.de bonis præscrip. & tenet Hip.in d.§.constante nu.20.
4 Quartò fallit quandocunque per inquisitionẽ proceditur ad denunciationem publici officialis Ita probatur in d.l ea quidem.in c. j.de offic.ordina.in cap.j .in§.fina.de offi.custo.text.& ibi Bart. in l. diuus Adrianus.ff. de custo.& exhibitio.reorum. Montal.in gl.l. xxviii.titu.j.par. vii Bald.& Salic.in dicta l. ea quidem. alias iudex facit litem suam,secundum Bald. in l.iubemus.colum.ij.versi.ij. C. de probatio.
5 Quintò fallit quando iudex inquirit ex necessitate officij. Ita expresse tenet Ang.in d.tracta.malefi.in ver.hæc est quædam inquisitio.nu. 51. Ange.de Peru.ante eum in d.l.si vacantia.lib.x. Hipp.in d.§. constante. nu.20. Quod tamen intelligo verũ dummodo ex aliqua iusta causa iudex fuerit motus ad inquirendum: scilicet per famam vrgentem.ita Ang.in l. Athletas.in §. calumniator.nu.6.ff. de infa.allegat tex.in d.c.cum oporteat.de accusa. pro qua opi. facit quod notat Bar.in l.cùm quidam.in §. quod dicitur.nu. 3.ff. de acqui.hæredi.vbi per illum tex. dicit quod quando esset publica fama, & aliquis accusauit vel denuntiauit aliquem de maleficio, non potest puniri pœna proponentis fallas accusationes: iuxta ea quæ suprà dixi in reg.xxvii. quod dicit sæpius fuisse de facto obtentum. Idem voluit Bal.in l.fin.C.si ser.aut liber.lib.x. quem sequitur Ias. in l.i.in prin.nu.27. ff.de eo per quem fact.erit. ex quo dicto Bart. possumus limitare tex.in l.lxxxiii.Tauri.vt non habeat locum quãdo testis deposuit super delicto de quo erat publica vox, & fama, quia tunc testis non debet puniri tanquàm falsum deponens, cùm fama excuset eum à dolo: quod expressiùs tenet idem Barto. in dicta l.athletas.
6 Sextò fallit quandocunque vertitur periculum animarum: & sic non ad effectum puniendi, sed ad effectum corrigendi pro salute animæ, vt quando episcopus visitat ecclesiam vel quando vult se informare de vita & moribus eligendi vel consecrandi, vel alicuius promouendi ad ordines, si est idoneus: quia tunc ex officio inquirit nulla fama præcedente, Vt in c.j.de cleri. peregri. & in c. vni.vt ecclesiastica benefic.in c.graue.de præben. Ita expresè tenet Host.in d. c.vni.Abb.in c.j nu. 35.de postul.præla. & in c.postquàm. nu.4. de electio.& in c.i nu.6.de offi.ordina.Specula.in titu. de inquisiti. in §.quando nu.6. & in §.viso.nu.41. Bal.in consi.220.volu iii.Facit quod habetur in cap.ad nostram.el ii.de iureiuran.in cap.cùm nobis. & ibi gloss. de electio.in cap.i.in §.sanè de censibus, lib.vi. & istam opinionem tenet Areti.in d.cap.qualiter & quando. el ii.nu. 12.de accusationibus.

7 Limita septimò quandocunque inquisitio fieret de mãdato principis: quia tunc potest fieri, etiam non præcedente fama. Ita expresse tenet Bal. in l. nullus. per illum tex. nu. 1. C. ad leg. Iul. maiestatis. quod ante eum tenuit Inno. in d. c. cùm oporteat. de accusa. Ange. in tractatu malefi. in d. ver. quod fama publica nu. 5. Cæpo. in consi. xvij. nu. 48. in consil. crimina. Ludouic. Corre. in practi. crimina. in prin. super l. obseruare curabis. nu. 84. Quod tamen intelligo verum quando inquisitio formatur de mandato seu ex conscientia Principis, ex motu proprio ipsius Principis: nam tunc non requiritur diffamatio nec fama: secus si ad postulationẽ alterius Princeps hoc mandat. Ita probat glo. in c. ii. in verbo, fuerat. de accusa. lib. vi. & ita expresse per illam glos. tenet Hippoly. in singul. xiiii. & in d. §. constante. nu. 21. Augusti Arimi. in additio. ad Ange. in tracta. malefi. in d. ver. quod fama publica. nu. 5. Catellia. Cotta in memora. in ver. fama. Felin. in d. c. cum oporteat. in iiii. notab. & ibi Ioan. de Anani. nu. 2. vbi pro hac opin. allegat etiam glos. in c. ex tenore. de foro cõpe. idem tenet Deci. in d. consi. clxx. & in consi. clxxxix. Et de iure regio est l. j. tit. xvii. par. iii.

8 Limita octauò non procedere quando aliquis denunciaretur de crimine per aliquem probum virum: quia tunc prædicta denuntiatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantum, & non super crimine: sed reperta infamia potest inquiri de crimine. Ita tenet Abb. in c. licet. nu. 4. & in vlti. notab. de accusa. & ibi Ancha. & Feli. nu. 3.

9 Limita nouò non habere locum in crimine hæresis: quia proceditur per inquisitionem nulla præcedente diffamatione. Ita probat tex. & ibi Cardi. qui dicit alibi non legisse, in c. excommunicamus. in §. adiicimus. de hæret. & ita expressè tenet ibi Io. de Anan. nu. 2. Eandem opin. tenet Bar. in Extrauag. ad reprimendum. in ver. inquisitionem. quomodo in crimi. læsæ maiesta. in Vsi. feu. Cardi. in Clem. i. in §. penul. & in Clem. ii. in ii. q. de hære. August. Arimi. in addi. ad Ange. in tracta. maleficiorum, in ver. hæc est quædam inquisitio. num. 58. Carrerius in practi. criminali: in tracta. de hæreticis, nume. 110.

10 Limita decimò non procedere in inquisitione quæ fit cõtra officialem in syndicatu: quia potest contra eum, inquiri generaliter, & specialiter indistinctè, etiam fama non præcedente: & potest inquiri contra eius familiam, officiales, & ministros. Ita tenet Paris de Puteo in tract. syndicatus, in ver. proceditur autem in syndicatu. Ang. in l. vacantia col. xiiii. C. de bon. vacan. Bald. in l. obseruare. in §. proficisci. nu. 7. ff de offi. procon. & lega. De iure regio probatur in c. lix. *de los Corregidores*. cum sequentibus.

11 Limita vndecimò non procedere in casibus in quibus præcessit inquisitio generalis: quia potest perueniri ad specialem sine alia probatione famæ. Ita Barto. in d. Extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, inquisitionem. allegat tex. in l. congruit. ff. de offi. præsi.

in

in Auth.de collatori.in §.iubemus.colla.ix.text. in l.iiii.in § mandatis.& ibi Bar.ff.ad l.Iul.pecula. idem Bart.in l.ii.in § si publico. nume.ix.ff.de adulteriis.Bal in l.iubemus.num.4.C de proba.Montal.in gloss.lxxviii.tit.i.par.vii.Et de iure regio probatur iu l.i.tit. xvii.part.iii.

12 Duodecimò limita quando starent contra inquisitum indicia sufficientia:nam licet non constet de fama, potest tamen inquiri ex illis indiciis.Ita Bar.in d.l.congruit.ff.de offi.præsi. vbi æquiparat processum inquisitionis cum indiciis,& cum fama publica.quem sequitur Paris de Puteo in d.tract.syndicatus,in verb.inquisitio.Bal. in d.l.iubemus.nu.4.

13 Decimotertiò limita non habere locum vbicunque crimẽ habet in se maximam offensionem:scilicet vbicunque crimen committitur coram iudice,iudex potest super illo per inquisitionem procedere:vt in l.j.C.de calumnia.& in l nullum.C. de testib. & in l.penul C.de proba Ita expressè tenẽt Bar.in d.Extrauagã. ad reprimẽdum.in ver inquisitionem Montal.in gl.l.xxviii.tit.i.par.vii. Bar. in l.ii.in § si publico.nu.10.ff. de adulte.

14 Decimoquartò fallit propter immunitatem criminis,scilicet cõtra illum qui facit iniuriam sacerdotibus vel ministris tẽpore cultus diuini:Vt in l.si quis in hoc genus.& ibi expressè Bal. C de episco.& cleri.& ita per illum textum tenet Montal. in l.xxviii.titu j. par.vii.& ita expressè tenet Barto.in l.ii.in §.si publica. nume. 11. ff.de adulteriis.

15 Decimoquintò fallit crimine læsæ maiestatis: Vt in d.Extrauag. ad reprimen.& ibi gl.in ver.per inquisitionem.

16 Decimosextò fallit quandocunque delictum est notorium & nescitur quis illud commisit : nam tunc superior facit inquisitionem generalem.Ita tenet Innocen.in c.bonæ.el j.nu.6.de electi. Bar.in l.si ff.de quæstio. Abb.in c.i.nu.6. de officio ordina. De iure regio probatur in l.xi.tit.xx.lib.iiii. Fori.& in l.x. titu.j.lib.viii. ordina. & l.xxviii tit.i.par vii.

17 Decimoseptimò limita non habere locum in archiepiscopis qui possunt visitare prouinciam , & inquirere de criminibus , etiam si non appareret de negligentia suffraganeorum . Ita probat text. in cap.sicut olim. de accusatio. vbi Abb.in iii not. & in nume.4.hoc expressè tenet.

18 Decimooctauò fallit in regularibus:nam contra regulares potest inquisitio fieri , etiam nulla præcedente infamia . Ita expressè firmat Io.Andr.in d.c.olim.col.iii. in prin.versi. vnde & sine infamia proceditur ad inquisitionem.de accusat.allegat tex. in c.in singulis.& in c.seq.de statu mona.quod sequitur Ant.de But.ibi Car. & Ancha. sed Imo. in d.c.olim. nume.20. dicit quòd illa iura loquuntur quando illa inquisitio fit per visitatores in capitulo generalis. & sic non concludunt quòd alias possit procedere cõtra regulares fama non præcedente.& sic cõcludit quòd extra casum d.c.in

 singulis.

ſingulis.cum ſeq.remaneamus in regu.quòd non debeat fieri inquiſitio non præcedente infamia contra regulares, & maximè prælatos:allegat ea quæ dixi in c.cum oporteat.& in c.qualiter & quando.de accuſa. quod dictum Imol. ſequitur Io. de Ana.ibi.nu.14 & idem ſentit ibi Abb.nu.2.Corſe.in Reper. ad Abb.in ver.inquiſitio.colum.iiii.

REGVLA CCXCIX.

FAMA regulariter non facit plenam fidem. Hanc regu. probat tex.in l.iii.in §.eiuſdem.& ibi gl.in ver.confirmat. ff.de teſtib. tex.& ibi gl.ver.fama.in c.ſi teſtis.in §.ſæpe etiam.iiii.q.iii.& in c. illud.in ver.in hoc.de clerico.excom.min. Circa quam reg. vide Bar.not.in l.de minore.in §.plurimũ.nu.30 ff.de quæſt. & ibi Hippo.nu.36.Qui nu.93.ponit quotuplex & quid ſit fama:& per quos teſtes probetur Gandi.in tracta malefi.in Rubr.à quo vel à quibus poſſit fama incipere.verſi quid ſit fama.per totum.Feli.& Doc.in c.veniens.el j.nu 7.de teſti.Iaſ.in l.admonendi.nu.242.ff.de iureiur.Dec.in c.i.nu.36.de appel.vbi dicit hanc eſſe commu.opi Cor. in conſi.li.nu.1.vol.i.& in conſi.xlvi.nu.16.vol.iii. Dec.in conſil. ccccxxvii.nu.2.& in conſi.dclii.nu.2.Marc.Man.in conſi.lxii.nu. 41.& in conſi.ccxlviii.nu.7.Ioan.de Ami.in conſi.xxvii.nu.31.& in conſi lx.nu.12.Chaſſa.in conſu.Burgun.in titu. *des fiedz*. Rubr. iii.§.iiii.fol.106.col.ii.nu.4.Soci.Iuni.in conſi.lxxxvi.num.3.& in conſi.cxlviii.vol.ii.& in conſi.lxxix.nu.18.& nu.26.volu.i.Pariſi. in conſi.lxv.nu.17.& in conſi.ciiii.nu.166.vol.i.Io.Coraſ.in l.admonendi.nume.80.vbi dicit ita communiter ſeruari.ff.de iureiur eandem dicit communem Aretinus in dicto cap veniens.nume.21. & hanc opin.regulæ tenet Caro Rui.not.in conſi.clviii.volumi.v. nume.23.

1 Limità primò in caſibus à iure expreſſis: ſcilicet vbi communis hominum opinio aliquid poteſt inducere:vt in cõmuni vſu loquendi:vt in cap.ex literis.de ſponſalib.in l.librorum.in §.quid tamen Caſſius.ff.de legat.iii. Ita tenet Felin.in capit.veniens.el j nume.7.de teſt.Hippolytus in l.de minore.§.plurimum.nume.82.ff de quæſtionib.

2 Limita ſecundò vbicunque verſatur fauor publicus præferens opinionem veritati.vt in caſu l.Barbarius Philippus.ff.de offi.præto.& in l.ſi arbiter.C.de ſenten.& in §.tria.iii.q.vii Ita tenet Abb. in dicto cap.veniens.nume.8.verſ.quædam ſunt in quibus.& ibi Felin.num.8.Soci.in reg.cxliiii.in vi.fallentia.Hippol.in dicto §. plurimum.num.82.

3 Limita tertiò quando agitur de probanda nobilitate & virtute. Ita expreſsè tenet Bart.in l.prouidendum.per illum text. C.de poſtulan.quem ſequitur Felin.in d.c.veniens.num.9.de teſti.Deci.in c.i.num.37.de appella.latiſſimè Tiraq.in tracta.de nobili.c.xxxvii. nu.84.

nu.84.& in c.x.nu.8 Iaſ.in repe.l.admonendi nu.246.ff.de iureiur. Guido Papa in deci.196.& 387.& in conſi.217.nu.1.

4 Limita quartò in his quæ de sui natura probare nequeunt, vt eſt in filiatione, vt in c.per tuas.de probat.& in ca.transmiſſæ. qui filij ſint legi.& in l.filium definimus.cum alijs ff.de his qui sunt sui, vel alie. Ita expreſsè tenet Anto.de But.in d.c.transmiſſæ num. 10. col. 3 verſi quandoq; adeſt.idem Anto.in d.c.veniens el 1.nu.10.de teſti.& ibi Feli.num.9 Deci.in d.c.1.num.41.de appell. Quod tamen intelligo verum quando contra famam non inſtat negatio parentum.ita tenet Abb & Præpoſi.in d.c.tranſmiſſæ. Couar.vbi hoc declarat, in Epitome 4.lib.in 2.par.c.8 §.3.nu.9. Circa quam limitationem quomodo filiatio probatur, vide per Pau.Pari.in con. x.volu.2.per totum.

5 Quintò limita in cauſis breuioribus,& modici præiudicij. Ita tenet Bart.in d.l.minore.in §.ſi plurium num.30.verſi.ſi vero iſta fama.ff.de quæſt.quem ſequitur ibi Hippoly.nu.50 & 54 Abb. in dicto cap.veniens, el 1.nu.8.circa fi.& ita dicit Bar. vbi ſuprà intelligi debere glo.in l.vbi adhuc C. de iure dotium in qua ſufficit probare per famam quòd maritus malè vtitur ſubſtantia ſua ad eff.... vt reſtituat dotem.remittit ſe idem Barto.ad ca quæ dixit in repe. l.ſi conſtante.in j.2.& 3.quæſt.ff.ſoluto matri. Eandem opin. tenet Anto.de Butrio, numero 10.& ibi Felin.numero 9.in dicto cap.veniens, el 1.& ibi Deci.numero 18.& 40 & in c.1.numero 37.de appellac. Anto.Corſettus in Repertorio ad Abbatem, in verbo, fama. Iaſ.in repetit.l.admonendi numero 246 ff.de iureiuran. Soci.in regul.cxliiij.in 4.fallen. Præpoſi. Alexan.in ca.1.numero 11. de appellatio. Matthæ.de Afflict.in cap.primo §.ſed quia nu 41. quæ ſit prima cau.benefi.amitten.in Vſib.feudo. Capol.in l.j.§.ſed ſciendum nu.132.ff.de ædil.edict.

6 Limita ſextò in impedimento matrimonij, quia probatur per ſolam famam, Vt probat tex.& ibi Abb.per eum in 3. notabili in cap. ſuper eo.de conſangui.& affinit.& ibi Doctor. Roma.in ſingu.622. Alexan.in additionibus ad Barto.in dicto §.plurium nume.30. incipi. vana vox.& Hippol.in d.§.plurium num.16. Felin.in dicto cap. veniens numero 9. Decius in cap.1. numero 40.de appellatio. Doctor de Couarru.in Epitome 4.libri, in 2 par.cap.6.§ x.numero 29. De iure regio probatur in l.2 titu.3.parte 4. De iure cano.glo.per illum tex.in ca.illud.in verb.in hoc.de cleri.excomm. vel depoſito miniſtrant.

Filivs naturalis efficitur legitimus ex appellatione parentis, si interuenit instrumentum publicum vel scriptura manu propria scripta, habens subscriptionem trium testium fide dignorum. Hanc regulam probat text. in Authent. si quis liberos habens. C. de naturalibus libe. & tex. in Auth. vt liceat matri & auiæ. § ad hoc autem. colla. viij. glo. de iure cano. in c. per tuas. in verbo, filium appellauit. in ver. item si pater filium. qui filii sint legiti. Circa quam regulam vltra doc. in locis suprà alleg. vide Marc. Mant. in apophthe. 100. secundum impress. paruam. Maturinum Montaluum, vbi assignat rationem huius reg. in Authē. de hære. ab intest. venien. pagi. 37. vers. secundo naturales efficiuntur legitimi. colla. ix. Catel. Cot. in verb. legitimare. & Syluest. Aldobran. in § apud Catonem. nu. 11. Insti. de adoptio. & in §. aliquando. Instit. de nupti. Et quis dicatur filius naturalis, vide l. x1 Tauri. Alcia. in tract. Præsumpt. in reg. ij. præsump. v. nu. 3. Ludo. de Sardis, vbi not. tractat materiam huius reg. in tract. de naturalib. liberis. c. de legitimatione per patris nominationem. nu. 1. cum aliis. Couar. in iiij. ij. par. c. viij. §. vij.

1 Limita primò si illa mulier ex qua natus est ille naturalis filius non erat & est libera mulier, quæ ipsius patris vxor esse poterat. Ita probat text. in d. §. at hoc. & ita tenet Bald. in l. res inter alios. nu. 3. C. quib. res iudica. non nocet. Iacob. de S. Geor. in l. Imperatores. nu. 9 ff. de proba. Maturi. Monta. in d. Auth. in d pagi. 37. Marc. Mantua. in d. apophtheg 100. & vide in reg. cccl. in xviij ampli.

2 Limita secundò non procedere pater sine dedecore non posset contrahere matrimonium cum muliere ex qua filius natus est. Ita tenet Bal. in d. l. res inter alios. nu. 4. quem sequitur Iacob. in d l. Imperatores. nu. 9. Marc. Mant. in d. apophtheg 100 & hanc dicit cōmunem opin. Mari. Soci. iun. in consi lij libr. j. Sylu. Aldob. in §. aliquando. nu. 12. Insti de nupt. vide infrà in reg. cccl limit. viij.

3 Tertiò limita non procedere quandocunque mulier ex qua filius natus est, esset mortua. Ita tenet Bal. in d. l. res inter alios. numero 4. quem sequitur Iacobi de sancto Georgio in dicta l. Imperatores. nu. 9. ff. de proba. Guli. Maine. in l. quoties idem. nu. 93. ff. de reg. iur.

4 Quartò limita non procedere de iure canonic. Secundum Lud. de Sardis in d. tract. & part. nu. 14.

REGV-

REGVLA CCCXLIX.

FILIVS qualitercunque consentiat in testamento patris, siue tacitè siue expressè, excluditur à querela. Hanc regulam probat tex in l. parentibus C. de ineffi testa. & in l. si proponas. in §. si hæreditatem. ff. eo. titu. De iure regio probatur in l. vi. titul. viij. par. vi. & circa hanc regulam vide Parisi. in consi. ix. nu. i. vol. iij.

1 Limita primò quando filius approbauit testamentú patris post aditam hæreditatem, & tunc nascatur querela, & ante illud tempus non possit repudiare quod non est delatum. Vt in l. j. cum alijs. C. de pac. glo. in l. siquis filiú, in ver. hæreditatē. C. de inoff. test. & ita tenet Dida. del Castillo. in l. xxiiij. Tauri. nu. 32. ver. decimaquarta cōclusio est. licet aliter teneat Sali. quē ipse ibi refert in d. l. parētibus.

2 Limita secundò non habere locum in querela de inofficiosis donationibus. Tex. est in Authen. vnde si parens. C. de inoffi. testam. & ibi Ias. post prin Bart. in l. circa, in §. Imperator. ff. de lega. ij Ias. in d. l. parentibus. Doct. in l. cum donationibus. C. de inoffic. dona. Castillo, vbi assignat rationem, in d. l. xxiiij. nu. 34.

3 Tertiò limita procedere in ipso qui approbauit iudicium patris: secùs est in filio ipsius & sic in nepote testatoris, qui venit ad querelam per successorium edictum: nam iste nepos potest illam intentare, licet filius exhæredatus approbaret testamentum. Ita Alex. in l. si quis posthumos, in §. j. ff. de liber. & posth. quem sequitur Ias. in Rub. nu 6. ver. secundo limitat. C. de successi. edict. reprobato Bald. qui contrarium tenuit in l. in suis, in ix. opposi. ff de libe. & posthu.

4 Quartò limita non habere locum in iure agendi ad supplementum: nam talis filius potest agere ad supplementum, licet approbauerit iudicium patris. Ita probat text. in l. si quando, in §. generaliter. & ibi Bal. & Salic. C. de inoffic. testa. Bart. in l. Papinianus, in §. si conditione in fi. ff. eo titu. Bal. in l. omnimodò. C. eo. licet olim approbans testamentum excludebatur à iure agendi ad supplementú: ut est gl. in d. l. Papinianus, in §. si conditione, in verbo, excludi: vbi dicit gloss. quòd in hoc iura antiqua remanent correcta. similis est glo. in d. l. si quando, in §. & generaliter, in verbo, præiudicium.

Et circa hanc regulam nouem casus in quibus quis dicitur approbare iudicium vel testamentum patris, & propter quod excludatur à querela, ponit Castillo, in d. l xxiiij. Tauri. nu. 33.

REGVLA CCCL.

FILIVS naturalis legitimatur per subsequens matrimonium. Hanc regulam probat tex. in c. tanta. qui filii sint legi. & in §. fi. Institu. de nuptiis, & in § quibus, ver. necnon. Instit. de hæredi. quæ ab intesta. deferuntur. in Authē quibus modis natura. effician. legit. in prin. colla. v. & in Auth. quibus modis natu. effician. sui. in §. si quis

igitur

igitur dotalia, colla. vij. & in l. nuper. C. de natu. libe. De iure regio probatur in l. ij. ti. vi. lib. iij fori. & in l. xij tit. vi. & in l. j. tit. xiii. & & in l. ij. titu. xv. par. iiij. & in l. xij. Tauri. Circa quam regu. vltra Doc. in suprà d. locis, vide Ant. de Bu & Abb. in c. innotuit. de elec. & in c. cùm in cũctis. vbi Deci. nu 23. cum aliis, eo. ti. Ial. in l. generaliter. §. cùm autem. & ibi Doc. C. de instit. & substit. & in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. Doct. in §. fi. præcipuè Sylu. Aldob. Instit. de nupt. Matth. de Afflι. in c. j. in §. naturales. in v. nor. si de feudo fue. contro. inter domi. & agna. vasal. in Vsib. feu. Cifuẽtes & Doct. in l. xj. & xiij. Tauri. Pet. Briax. in Directorio electionũ. c. j. ij. part. Barba. in repet. l. cum acutissimi. nu. 241. cum aliis. C. de fideicommis. Couarru. in Epitome de sponsalibus, in ij. par. c. viij. §. ij. Guliel. Mayne. in l. quoties idem, nu. 9. cum aliis. ff. de reg. iur. Io. Brunel. in tract. de sponsalibus, conclusione 2. Chassanæ. in consuet. Burgund. in titu. *des successions*. Rubr. viii. § iii. fol. 287. col. ii. nume. 2. Lauren. Sylua. in consi. iii. nu. 20. cum aliis. Deci. in consi. clv. Ludo. Gozad. in consi. xxv. nu. 1. & 2. cum aliis. Boeri. in decis. clix. Guliel. Benedict. in repe. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, in princ. nu. 181. Tiraquel. in repe. l. si vnquàm, in verbo, susceperit liberos. nu. 71. cum aliis. C. de reuocan. donatio. & in tract. de primogenitu. quæst. xxxiiii. Ioan. And. in regu. sine culpa. de regu. iur. lib. vi. Socin. iuni. in consi. xi. nu. 1. cum aliis, volu. ij. Rodericum Xuarez in gloss. l. j titul. vi. libr. iij. fori. Rip. in repeti. l. si vnquàm. C. de reuocan. donatio. quæstio xxxij. Curt. iunior. in consil. cxxxvi. Ludouic. de Sardis in tracta. de naturalib. liberis, cap. de legitimatione per verum matrimonium: cum tribus sequen. Anton. de Rosellis in tracta. de legitimatione, lib. j. c. de causa materiali legitimationis. Parisi. in consi. xiij. nu. 33. volu. ij. Marc. Mant. in consil. xlv. Maturinum Montanum in Authent. de hæredibus ab intestato venientibus. collat. ix. pagi. 36.

1 Amplia primò vt filii hoc modo legitimati dicantur verè & propriè legitimi. Tex. est in d. Authent. quibus modis natura. efficiantur legi. collat. vi. ita tenet Ias. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. nu. 9. facit etiam tex. in Auth de incestis nuptiis, in §. dubitatum. collat. ij. Hanc opin. tenet Anto. de Butr. in c. innotuit. de electio Paul. de Cast. in l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Ripa in l. si vnquàm, in Rubric. nu. 86. C. de reuocan. donat. Chassa. in consue. Burgun. in titu. *des successions*. Rubric. vij. §. j fol. 228. col. iiij. nu. 7. gloss. j. in d. c. tanta. tex. in Authen. quibus modis natu. effician. sui. ibi, nihil à legitimis differentes, & in §. liceat. ibi, nihil à legitimis differentes, colla. vi. text. in l. xij. Tauri. Licet contrarium teneat Barba. in repeti. l. cum acutissimi. nu. 241. C. de fideicom. Parisi. in consi. xiij. nu. 37. volu. ij.

2 Amplia ij. vt tales filii comprehendantur in instrumento faciente mentionem de legitimis. Ita concludit Præposit. in c. per venerabilem, in §. quod autem, nu. 63. qui filii sint leg. etiam si statutum

loqueretur

loqueretur de legitimè natis. eandem opin. tenet Anto. de Butri. in d.c. innotuit. col. ij in fi. in vers. nota. de electio. & Deci. in c. cùm in cunctis. nu. 29. eo. titu. Pau. de Cast. in l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetra. Deci. in consi. clv. col. pen. & fi. Io. Campegius in tract. de dote, in j. par v. partis prin. q lix. in fin. Paris. in consi. xiij. nu. 40. vol. ij. Io. Crot. in rep l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 82. & 169. ff. de lib. & posthu. licet contrarium teneat Ant. de Bur. in d.c. tanta.

3 Amplia tertiò quòd per talem legitimationem fingitur à principio omnis coitus licitus & matrimonialis: Vt in d. cap. tanta. & ibi Doctor. per quem tex. ita tenet Socin. in l. Gallus, in §. si eius, num. 4. ff. de libe. & posthum.

4 Amplia quartò vt non solùm legitimentur quo ad patrem & matrem, verùm etiam quo ad alios agnatos & cognatos. Ita tenent Abb. & doct. in c. j. & in d.c. tanta. facit text. in §. proxima itaque, in Auth quib. mod. natura. efficiantur sui. colla. vi.

5 Amplia quintò vt filii prædicto modo legitimati possint promoueri absque dispensatione ad ordines, beneficia, honores, & etiam ad episcopatum: Vt est glo. communiter approbata in c. tanta. & in c. innotuit, in verbo, coniugata. de electio. quam sequitur ibi Abb. & in d.c. tanta. Calderi. in consi. ij. sub Rubri. qui filii sint legitimi. Aegidius de Bellamera in c. ij. nu. 3. xxxvi. dist. & in c. cùm in cunctis. nu. 18. de elect. & ibi Deci. nu. 24. Chassan in consuet. Burgund. in titu. *Des successions*. Rubr. viij. §. iij. fo. 287. col. 2. nu. 6. Ias. in d.l. generaliter, in §. cùm autem, nume. 10. C. de instit. & substit. Nicola. Boeri. in decisi. clix. nu. 4. Tiraquel. in tract. de primoge. q. 34. num. 55 Ripa in d. repe. l si unquam. nu. 87. C. de reuocan. donatio. Paris. in consi. xiij. nu. 45 lib. ij Lauren. Syluanus in consi. iij. numero 23. Gulıel. Mayne. in l. quoties idem, nu. 14. ff. de reg iur. Ludo. de Sardis in tract. de naturalibus liberis, in c. de legitimationis effectu. nu. 5. Io. Cora. in l. pro parte, nu. 14. ff. de seruitu. Petr. Briaxius in Directorio electionum. c. j. ij. parte, nu. 6.

6 Amplia sextò adeò procedere quòd licet filii naturales legitimati non admittantur ad successionem feudi. ca. j. in §. naturales. si de feudo defun. conten. sit inter domi. & agna. vasalli, in Vsibus feudo. tamen si legitimati sunt per subsequens matrimonium, succedunt in feudis Ita tenent Iacobus de Bellouiso in d. §. naturales. Hosti. & Io. Andr. in d.c. lator, qui filii sint legi. & ibi Doc. Hanc opin. dicit esse communem Ias. in d. §. cùm autem. nu. 10. Alex. in l. ex facto, in §. si quis rogatus. nu 18. ff. ad Trebel. & ibi Ripa nu. 48. idem Ripa in repet. d.l. si vnquam. nu. 88. Deci. in d.c. cùm in cunctis. nume. 26. de electio. Chassa. in consuetu. Burgund. in titul. *des successions*. Rubri. viij. §. iij. fol. 287. col. ij. nu. 6. Marc. Mant. in consi. xlv. num. 15. Ias. in consi. cxlviij. nu. 6. vol. iiij. Panor. in d. c. innotuit. & in d. c. tanta nu. 7. Deci. in consi clv. Nicol Boer. in decisi. cxxiij. num. 4. Barth. Soci. in consi. iij. nu. 11. vol. iij. vbi etiam dicit hanc esse com. & Io. Crot. in d.l. Gallus. in §. & quid si tantum. nu. 82. Præpo. in d.

c. tanta.

d.c.tanta.nu.20. Laur.Sylua.in consi.iii.num.49. Hanc etiam dicit commu.vbi notab.eam examinat Matth de Afflict. in d.§.naturales.in v.notab.nu.6. Petrus Briaxius in Directorio electionum, in c.i.ii.part.nu.6. Io.Anto. Rubeus in repeti.l. Titia Seio.in §. Imperator.nu.46 ff de lega.ii. Bartho. Fumeus in sua aurea summa Armilla,in ver.filius §.xi.Io.Corasi.in d.l.pro parte,nu.14.ff.de seruitu. Tiraquel.in tracta.de primogenitura,q.xxxiiii.nu.53. Bald.in consi.cxxix.in prin.vol.iii. Curti.iuni.in consi.cxxxvi.nu.1.Guliel. Mayne.in d.l quoties nu.14.ff.de reg.iur. Alcia.in l.ex facto.nu.7. versi.nā & si furiosus.ff.de vulgari.Bernar. de Luco in reg.ccxxxi. in j.limit. Licet de hoc dubitet Bal.in consi.ccclxvii.nu. 2.lib.v. Andræas Barba.in d.repet.l.cùm acutissimi.nu.241.& contrarium consuluit Ang.in consi.xxix.col.fi. versic. Item non obstat dictum. Et licet idem Bal.in d.§.naturales.distinguat,an in cōcessione feudi fuerit dictum de descendentibus legitimè,vel de natis legitimè, vt tunc non succedant legitimati per subsequēs matrimonium,sed indistinctè tenenda est prædicta limitatio.quam ēt vltra suprà dictā Doct.dicit esse communem Curt.iuni.in tracta. feud.in iii.parte,q. xvii.nu.41.& hanc opi.tenet Zasius in eod.tract. in viii.par.nu.87. Paris.in consi xiii.nu.44.vol.ii.

7 Amplia septimò procedere in emphyteusi ecclesiastica:nam filii legitimati per subsequens matrimonium succedunt in emphyteusi ecclesiastica.Ita tenet Pet.de Ancha.in consi.ccxli.nu.5. quem sequitur Imol.in l.quod dicitur. ff.de verb.oblig.nu.10. in fina.verbis versi.& per hanc rationem.Deci.in d.c.cum in cunctis, nu.26. Alex.& Doct.in d § si quis rogatus.idem Deci.in consi.clv.in fin. Ripa in repe.d l si vnquam, nu.89.& in Rub.de iudi nu.85.Tiraq. in tract.de primogeni. q.xxxiiii. nu.54 Parisi. in consi.xiii.nu.43. vol.ii.Ias.in d.l generaliter.nu.10.C.de instit.& substit. Chassanæ. in consue.Burg in titu. *Des successions*.Rubr.viii.§.iii.fol.287.col. ii.nu 7.Lauren.Sylua.in consi.iii.nu.24.Bonus de Curtili in tracta. de nobilitate.in iii par.nu.20.Io.Crot. in repe.d.§. & quid si tantum.nu.169.Pala. Ruuios, in repet.Rub. de donatio.§.lx.nu.8.Io. Coras.in d.l.pro parte, nu.14. Licet ad hanc emphyt.ecclesiasticam non admittatur filius rescripto principis legitimatus: secundū Bal.quem sequuntur Doct.suprà alleg.in l.generaliter,in §.cùm autem C.de instit.& substitu. Ratio huius ampli.est:quia filii legitimati per subsequens matrimonium dicūtur verè legitimi,& pertinde censentur ac si ab initio matrimonium contractum fuisset : vt in §.dubitandum,in Auth.de incest.nup.colla.ii.

8 Amplia octauò quòd talis filius legitimatus per subsequens matrimonium,excludat substitutum: vt si pater in testamēto instituit Titium filium suum hæredem , & substituit Sempronium : si filius eius decesserit sine filiis legitimis, si filius decedat cum filio legitimato per subsequens matrimonium, quòd tunc substitutus excluditur. Ita tenet Ant.de Butr.in d.c.innotuit.de electi., Dec.in d c ō

DD fil.

fil.clv.nu.7.& in consi.cclxxxiiii.num.9. vbi dicit hanc esse communiem opi.idem Deci.in d.c.cum in cunctis,nu.28.Catellia.Cotta in Memora.iuris:in verbo,legitimatus,el ii.Lauren: Syluan in consil.iii.nu.22.Nicola. Boeri. in decisi.clix.nu.20. Ripa in Rubr. ff.si cert.peta.nu.3. & in repet.l.si vnquàm.C. de reuocan.donatio.nu.86.Io.Anto.Rube.in repet.l.Titia Seio,in §. Imperator. nu.46.ff. de lega.ij.& hanc dicit esse commu.opi.Ruin.in consi.clxiii. nu.6. & 7.vol iii. Licet Bal.in consi.ccclvii.nu.2.vol.v. teneat quòd legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutū. vbi facta fuit substitutio descendēti sine filiis de legitimo matrimonio procreatis:nam hoc videtur contra tex.in d.c. cum in cunctis. de elec.qui loquitur per talia verba:de legitimo matrimonio,& tamen verificatur in legitimato per subsequens matrimonium. facit etiam gl & Docto.in d.c.innotuit. de electio.

5 Amplia nonò procedere etiam si matrimonium sit putatiuum: nam tunc legitimatur proles per subsequēs matrimonium, vt quia pater erat sacerdos qui cum muliere cōtraxerat, vel mulier monialis quæ nupsit, aut vir aliam vxorem habuit, vel vxor alium maritum:tunc si alter hoc ignorasset, licet alter sciuerat, legitimitas filiorum non impeditur. Ita tenet Aluaro. in c.j. § naturales. col.v. versi.quid si nascatur.si de feud.contro.fue.inter domi. & agna.vasal. in vsibus feud. quem sequitur Vldari.Zazius in tracta. feudo.in viii.par.nu.88.Pala.Ruui.in repet.Rub.de donatio.§ xxxvi. nu.2. Rod. Xuarez in l.1.ti.vi.lib.iii.fori,fo.85.pag.1.in §.ad prædicta,vt de naturalibus.Cassiod.in decis.vnica,in tit.de sponsal.facit tex. in c.ex tenore.& in c.referente. qui filii sint legi. & ita expressè dixi suprà in reg.cl.in ii.limitati. & vltra ibi allegata pro ista opi.est gl. in d.c.tanta.in verb.alia. & in c.non omnis. in verb. constituente. xxxii.q.ii.quas allegat Xuarez vbi suprà.facit etiā tex. de iure Regio in l.iiii.tit.vi.libr. iii.fori, quæ lex videtur approbare suprà dictam limitationem & l.i.tit.xiii.& l.ii.tit.xv. par.iiii. Rationem huius ampliationis ponit Abb. in d.c. tanta.nu.8. Didacus del Castillo in.l.xi.Tauri,nu.10.& 11,Syluester Aldobran. in §.fi.nu.11. Institu.de nupt.& vide infrà in iii.limitatione.

10 Amplia decimo procedere etiam si matrimonium sit intermedium : scilicet si vir solutus habet filios ex muliere soluta, & contrahat cum alia muliere, qua mortua contrahat cum illa ex qua filios naturales susceperat:filii legitimantur per hoc matrimonium, non obstante matrimonio intermedio. Ita tenet Io.Andr. in regu. sine culpa.de reg.iur.lib.vi.Ang.in consi. xviii.in ii.q. pro quo allegat text.in Auth.quib.mod.natu. effic.sui.in §.si verò plurimis. versic omnino enim colla. vii. quem text. dicit esse notab.ad hoc Ang.vbi suprà.Eandem opi.tenet Præpo.in d.c. tanta.q.vii.nu.14. Ias.in l.Pomponius. in §. quæsitum.ff. de acqui.pos. Mayne.in d.l. quoties idem.ff.de regu.iur.& eam tenet,notab. examinat per plura fundamenta Io.Branel.in tracta.de sponsalibus,conclusi.ii.n.22.

&

& hanc opi. dicit esse com. Anto. de Rosellis in tracta.de legitimatione, lib j.c.de causa materiali legitimationis.nu.44.cum seq Ferdinan. Loazes in tracta.de matrimonio, in xii.dubio, nu.18. Carol. Molinæ in consue.Paris.in tit.j §.viii.gl.j.q.vii.nu.34. Bartho. Fumeus in sua Sũma Armilla, in ver.filius.§. xi. Abb. in d. c.tanta.nu. 3. Ias in l.eum qui ita.in §.qui hominem.nu.7 ff.de verb oblig. Mõtal.in gl.l.ii.tit.vi.lib.iii.fori, & hanc dicit communem esse Ludou. de Sardis in tracta de naturalibus liberis, in c. de legitimatione per verum matrimonium.nu.9. versi. est autem necessarium. licet ipse ibi post longam disputationem quam à nu.5.vsque ad nu.15. facit, contrarium teneat.

11 Amplia vndecimò vt talis filius legitimatus per subsequens matrimonium admittatur ad retractum, scilicet vt possit retrahere rẽ venditam à consanguineis iure proximitatis intra nouem dies. de quo in l.lxxx. cũ quatuor sequentib.in legib. Tauri, & in l xiii tit. *De las vendidas* lib.iii Fori, & in l.vi.titu.vii.lib v. ordina. Ita expressè tenet Guliel.Benedi.in repet.c. Rainutius.in ver. & vxorem nomine Adelasiam. in prin.nu.181. Quem sequitur Didacus Couarruuias in Epitome de sponsal. in ij. part. cap. viii. §. ii. nume. 12.& expressè Ioan. Paponis in gloss. ad consuetu. Borboniæ. §. cccexxxvii.

12 Amplia duodecimò vt talis legitimatio non reuocetur per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium Vt in l.cùm quis. & in l.nuper.C.de natura libe.& in Auth quib.mod.natul.effi.legiti.colla.vi.circa prin tex.in §.j.in ver.necnon. Instit.de hæred.quæ ab intesta.deferu.& in § fi.Instit.de nup. & sic succedunt vnà cum aliis filiis posteà legitimè natis. Hanc opi. tenet Bart. & ibi cæteri Doct.in l.ex facto.ff. de vulgari. vbi Hierony. Verius in repet.nu. 175.dicit hanc esse com.opi.& eam tenet Tiraquel.in tracta.de primogenitu.q xxxiiii.nu.51.

13 Amplia decimotertiò quòd filii hoc modo legitimati infringunt donationem omnium vel maioris partis bonorum, remedio l.si vnquàm.C.de reuo can.donati.Ita tenet Bal in c.innotuit. de electio. quòd dicit alibi non legisse Ias.in Rubr.nu.4.ff.de liber.& posthu. & in l.Gallus.in § & quid si tantum in ii.lectu.nu.42 Ang & Salic. in l.si totas.C.de inoffi.dona.& hanc opi.dicit commu.Syluester in § fi.nu.8 Instit.de nupt.etiam si nati forent ante donationẽ: quod saltem procedit ad reuocandam donationem in ea parte quæ ad legitimam attinet.ita tenet Bal.in l.i.C.de reuoc.dona. quem sequitur Nicol Boeri in decisi.clix.nu.12. sed quòd donatio in totum reuocetur, quando filii anteà sunt nati, licet legitimati post donationem, negat Ripa in repet.d l.si vnquàm.q xxxii nu.89. & ibi Tiraquel.in verbo, susceperit liberos.nu.71. secundũ nouam impress. Socin.iuni in consi.liiii. col.ii.vol.i. Laurent.Syluanus in consi.iii. nume.16 eandem opinio.tenet Didacus Couarru.in iiii lib.Decretal.in ii.parte, c.viii.§.ii.nu.29.vbi se remittat ad Matthæ.de Afflict.

in c. j. §. naturales. in v. notab. num. 44. cum aliis, si de feu. fue. contro inter domi. & agnat. vasal. in vsib. feud. qui in veritate eandem opi Ripæ vbi suprà tenet.

14 Amplia decimoquartò quòd talis legitimatus per subsequens matrimonium habeat querelam inofficiosæ donationis. Ita tenet Bal in l. j. versi. ex his sequitur. nume 33. C. de iure fisci. lib. x. quem sequitur Andr Tiraquel. in repet. d. l. si vnquàm. in verbo, susceperit liberos. nume. 71. & in tracta. de primogeni. quæst. xxxiii. nume. 55. Syluester Aldobrandinus in dicto § fina. nume. 8. Instit. de nupt Anto Rubeus in repet. l. Titia Seio. in §. Imperator. num. 46. ff. de lega. ij.

15 Amplia decimoquintò quòd filii huiusmodi legitimati repellũt fœminas exclusas ab statuto per masculos. Ita Bal. in l. eam quam. nume. 26. & in l. cum acutissimi. nume. 7. C. de fideicom. & ibi Ias. nume. 2. postquàm examinat suprà d. quæstio. refert plures Docto. tenentes contra Bald. dicens secundum opinionem Bald. se bis consuluisse. Bald. sequitur Andr. Tiraquel. in tracta. de primogenitu. quæst. xxxiii. nume. 56. & in repe. ll. si vnquam. vbi refert plures Docto eam tenentes, in verbo, susceperit liberos, nume. 82. Decius in cap cùm in cunctis. nume. 28. de electio & in consi. ccclxv. num. 7. Carol. Molinæ. in consuetu. Parisi. titu j. §. viii. gl. j. num. 45. Ludoui. Goza. in consi. vi. nume. 38. D. Couarru. in Epitome de spousal. in ii. par. c. viii §. ii. nu. 25.

16 Amplia decimosextò adeò procedere quòd si mulier est talis cõditionis cum qua pater posset matrimonium contrahere, tunc pater non potest facere legitimari filios, nisi matrimonium contrahendo cum tali muliere: & sic quoties filius naturalis potest legitimari per subsequens matrimonium, nunquam potest legitimari per rescriptum Principis Ita probat text. & ibi glo. expressa in Authen. quib mod. nat. effic. legi. §. sit igitur. in verbo, permittimus. colla. vi. & ita expresè tenet ibi Bart. nu. 5. & Angel. qui expresè not. ibi illam gl nu 10. eandem opi. tenet Bal. in c. per tuas. nu. 3. de maiori. & obedien. & in c. illud vbi dicit alibi non reperiri, num. 3. de præsump. Hip. in sing. cxxx. Hanc etiam opi. vbi dicit esse com. & semper menti tenendam, tenet Ias. in l. Gallus. in §. & quid si tã tum. in l. lectu nu. 107. ff. de libe. & posthu. Gerar. de Petra sancta in sing. lx. Chassa in consue. Burgund. in tit. *Des successions*. Rubr. vii. §. iii. fol. 286. col. iii in prin. nu. 9.

17 Amplia decimoseptimò vt tali filio facienda sit prouisio de alimentis, siue agatur contra eum, siue ipse agat super successione bonorum patris, cùm nihil a legitimis differat, vt suprà dixi in j. ampliatione. Ita expresè tenet Pet Rebuf. in gl. ad constitutiones Regias Galliæ, in i. par. in tract. de sentẽtiis, art. j. in gl. ii. pag 250. n. 13.

18 Amplia decimooctauò procedere etiã si prædicti filii nati essent ex concubina quæ esset ancilla. Cuius ratio est, cum inter ipsum & ancillam validum sit matrimonium, nec dispar conditio impediat matri-

matrimonium de iure canonico, in cap. 2. de coniugio seruorum licet aliter de iure ciuili dispositum sit in l. cùm ancillis C. de incest. & inutil. nupt. sed in materia matrimoniali iuri canonico standum est. c. pen. & fi. de secun. nupt. De iure nouo ciuili est text. pro hac opinio. in Authe. vt liberti de cætero aureo non ind. in §. si quis autem libertam ducere voluerit versi. si cui. collat. 6. & ibi glo. in ver. conscriptionem. & hanc opin. tenet Io. Brun. in tracta. de nup. conclusione 2. nu. 17. Roder. Xuarez in l. j. tit. 6. lib. 3. Fort, in §. hoc præsupposito deueniendum est. in fi. versi. hodie verò fol 84 pagi. 2. Syluest. Aldobrand. in d §. fina. nu. 10. Institu de nupt. Cassiodo. in decis. vnica, in tit. de sponsa. Ludo. de Sardis in tract. de natur. libe. C. de legitimatione per verum matrimonium, num. 18 De iure regio probatur in l. 1. titu. 13 par. 4.

19 Amplia decimononò procedere quòd ad hoc vt filius legitimetur sufficit parentes posse contrahere tam tempore conceptionis quàm natiuitatis. Ita probat glo. quam ibi sequuntur Doct. in ca. 2. qui filij sint legit. Hostien. Io. And Anto. & ibi Præposi nu. 17. in d. c. tanta Sali. sibi contrarius, qui aliter tenuit in l. filium C. de suis & legi. in l. nuper C. de natu. libe vbi pro hac opi. est tex. ibi in §. & generaliter. Henric. in c. 2. qui filij sint legi. & pro ista opi. est etiam tex. in l. in seruorum. in § fi. ff. de statu hom. & in § sufficit. Insti. de inge. & manu. vbi probatur ꝙ quo ad filiorũ libertatem, status matris tempore conceptionis vel natiuitatis attẽditur. facit etiam tex. in l. qui in vtero ff. de statu hom. Et hãc opi. probat tex. de iure Regio in l. 11. Tauri, & ibi Pala. Ruui. nu. 9. licet tex. in l. 8. tit. 13. part. 6 in princ. ibi, *que fuesse el hijo engendrado en tiempo*, teneat ꝙ tempore conceptionis & non natiuitatis debeat attendi, sed lex illa alternatiuè est intelligenda, scilicet tempore conceptionis vel natiuitatis, & sic debet suppleri, vt est tex. in d. l. nuper. C. de natu. libe. cũ qua concordat. per quam legem Tauri, cessat maxima contentio doctorum in hac opin.

20 Amplia vigesimò ꝙ dicti filij hoc modo legitimati rumpant testamentum patris ac si nati forent post testamentum. Ita tenet Bal. in l. filius à patre in §. j. ff. de libe. & posthu. idem Bal. & Imol. in l. certum ff. de iniusto rupto. Ange. consi. lxxvij. Anch. in consi. ccxc. Barthol. Socin. in consi. ccxxvj nu. 5. volu. 2. & in consi. lxiij. vol. 3. nu. 19. Ias. in l. qui se patris, nu. 15. C. vnde libe. & in Rub. C. de posthu. hære. nu. 1. Chassa. in consuet. Burgun. in tit. *Des successionis*. rubri. 7. §. 3. fol. 287 col. 2 nu. 8. Lauren. Syluanus in consi. 3. num. 15. Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione, lib. 1. c. de matrimonio præsumptiuo, nu. 13. Tiraq. in repeti. d. l. si vnquàm, in verbo, susceperit liberos nu. 80. & 81.

1 Limita primò non procedere in legitimatione facta in mortis articulo, vel à sene decrepito cum concubina contrahens. Tenet Bal. in l. nuper C. de natu libe. & in l. eam quam nu. 27. C. de fideicomm. pro qua opi. est tex. in d. l. nuper. vbi matrimoniũ & susceptam pro-

lem reddit legitimam, quando contrahitur spe prolis. Facit etiam tex. in c. 2. de frigid. & malefi. vbi probatur quòd matrimonium cõtrahi non potest ab eo qui generare minimè valet, & ita sicut puer qui non potest debitum reddere incapax ad contrahendum matrimonium, vt in c. à nobis. & c. puberes. de despons. impube. ita & taliter impediti sunt inhabiles, cum ille qui est in mortis articulo, vel senex decrepitus, sint inhabiles ad debitum reddendum. Sed nihilo minus contraria opi. est vera & communis, imo quòd filij legitimantur per matrimonium in mortis articulo, vel à sene decrepito contractum: vt tenent Io. Andr. post longam disputationem, in regu. sine culpa in j. q. nu. 1. de reg. iur. lib. 6. Abb. in c. 2. de frigi. & male. idem Io. Andr. Ant. de But. & Præposi num. 7. in d. c. tanta Cin. & Alberi in l. quisquis C. de natu. libe. & Ludo. de Sard. in tract. de natura. libe. c. de legitimatione per verum matrimonium nu. 1. 2. 3. & 4. Ange. in §. fin. nume. fina. Instit. de nup. Hanc opin. dicit esse communem Alex. in l. si quis posthumos. col. 1. ff. de libe. & posthu. Ias. in l. sed & quæsitum col. 3. ff. eo. tit. D. Couarru. in Epitome de sponsa. in 2. par. c. 8. §. 2. nu. 10. Paul. Pari. in consi. xiij. nu. 68. lib. 1. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione. vbi eam latissimè examinat, in princ. c. de causa materiali legitimationis. à nu. 23. vsq; ad nu. 43. licet dubius sit in ea. Hanc etiam opi. vbi eam latissimè examinat, tenet Io. Brunell. in tract. de sponsa. in 2. conclusi. nu. 10. Didacus del Castillo in l. xij. Tauri nu. 25. & ibi Cifuentes nu. 13. Guliel. Moyne. in l. quoties idem nu. 22. ff. de reg. iur. Abb. in c. commissum. de sponsa. Lauren. Syluan. in consi. 3. nu. 39. Ruui. in consi. clxiij. nu. 6. volu. 3. Andr. Tiraq. in repe. l. si vnquam. in ver. susceperit, nu. 73. C. de reuo. dona. Montal. in gl. l. 2. tit. 6. lib. 3 fori. vbi suprà, Doct. respondẽt ad contrariam opin. & ad iura pro ea allegata. Nico. de Vbald. in tracta. de successionibus ab intestan. in prin. num. 63 Iuan. Gualden. in tracta. de arte testandi. ti. 1. cautela 14 nume. 2.

Quam limitatio. intelligo veram, nisi talis legitimatio in mortis articulo facta esset in fraudem legatariorum & fideicommissorum, ita tenet Ang. de Peru. in l. sed & quæsitum ff de libe. & posthum. quem sequitur Anto. de Rosellis, vbi supra, num. 41. Ruui. vbi not. in d. consi clxiij. nu. 7. volu. 3. vbi dicit quòd ita debet intelligi ampliatio 8. suprà posita, scilicet ꝙ legitimatus excludat substitutũ quando legitimatio non est facta in mortis artic. idem tenet Ruui. in consi. ccxj. nu. 7. lib j. & in consi. xlvj. nu. 7. lib. 2. idem Ang. in d. l. nuper. C. de natura. lib. Facit pro hoc text. in l. filiæ. & ibi Bald. Imo. & Alex. ff. solu. mat. & in c 2. & ibi Doct. de renunciatio. lib. 6. Tiraq. in repe. l. si vnquam. & in verb. susceperit liberos. nu. 74. C. de reuocan. dona. vbi refert alios Doct. eandem opi. tenentes, & refert Valerium Maximum lib. 7. cap. 7 vbi dicit ꝙ Sepitia mater Trachalorum Ariminensium irata filijs, in contumeliam eorum, cùm iam parere non posset, Publio seni admodum nupsit, & in testamento præterijt filios, à quibus aditus Augustus, nuptias mulieris & testamentum

stamentum improbauit. Nam & hæreditatem maternam filios habere iussit, dotem, quia non creandorum liberorum causa coniugium intercesserat, virum retinere vetuit. Pro qua opin. facit quod notant Domini de Rota in decisi. cccxl. in antiquis secundum antiquam impressionem, & secundum nouam in decisi. 2. in titu. de præsumptio. Hanc opin. tenet Alber. Brun. in consi. xv. nu. 17. Et Roderi. Xuarez, vbi dicit quòd est mirabile dictum, in lectura l. ix. titu. vndecimò libro 1. fori. fol. lxxiiij. pagi. 2. versicu. adde etiam & perpetuo tene menti.

2 Limita secundò quandocunque filius naturalis decessit antequã pater contrahant matrimonium cum matre sua, nam per ipsum matrimonium nepos ex tali filio naturali natus, non legitimatur, nec transit in potestatem aui. Quam opin. tenuit expressè Bal. post Guliel. de Cugno in l. benignius ff. de legib. sequitur Præpo. in c. per venerabilem nu. 24. qui filij sint legi. Fran. Crem. in singu. xxxij. Hippo. in sing. cxxj. Chassan. in consuetu. Burg. in titu. *Des successions*. Rub. 7. §. 3. fol. 286. col 2. nu. 8. Hanc opin. vbi eam latissimè examinat, tenet Ias. in l. si is qui pro emptore, numero 121. ff. de vsucapio. Pau. de Cast. in l. in ambigua ff. de legib. Anto. in d. c. per venerabilem. Pro qua opin. est text. in l. qui libertibus. in §. posthumus ff. de oper. liberto. Eandem opin. tenet Alexã. in l. Gallus in §. si eius col. pen. ff. de lib. & posth. vbi dicit ꝙ non reperit istam decisionem Guliel. de Cugno per aliquem reprehensam. Hanc etiam opin. tenet Alber. in d. l. benignius Ludoui. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis, cap. de legitimatione per verum matrimonium q. v. nu. 19. Carellia. Cotta in Memoralibus iuris, in verbo, legitimatio. Quæ opinio tenenda est, licet contra eam teneat Alciat. in tract. præsumpt. in prin. nu. 10 per tex. in l. si filium. ff. de gradibus affini. vbi probat tex. quòd si filio meo mortuo Titium adoptauero, fingit adoptatus esse frater defuncti, licet extremum sit inhabile, quia defunctus.

3 Limita tertiò non habere locum in filijs adulterinis, quia non legitimantur ex subsequenti matrimonio. Ita probat tex. & ibi Doct. per eum. præcipuè Cardi. in 3. notab. nu. 2 in d. c. tanta. ibi, nihilo minus spurius erit filius & ab hæreditate repellendus. Hanc etiam opinionem tenet Richard. Malumb. Gulielm. de Cugno, & Bald. in l. Paulus ff. de statu. homin. idem Bald. in l. ex libera. C. de suis & legiti. nam ad hoc vt filius legitimetur, requiritur quòd sit natus ex soluta & soluto. vt in d. cap. tanta. Hanc opinion. tenet Cifuentes in l. xij. Tauri. numero 12. & ibi Pala. Ruui. nume. 31. Guliel. Mayne. in d. l. quoties idem num 9. ff. de regu. iuris. Syluest. Aldobrandinus in d. §. fina. num. 11. Institu. de nupt. Maria. Soci. Iun. in consi. xxxj. numero 44. volumi. 2. De iure regio probatur in l. 2. titu. xv. part. 4.

Quæ limitatio non procedit quandocunque vnus coniugũ ignorabat impedimentum quòd alter fuisset coniugatus, nam si quis ignoranter contraxit matrimonium cum coniugata, filij inde

geniti sunt legitimi, vt suprà dixi in ix. ampliat. secus vbi non interuenit contractum matrimonij, sed à principio aliquis habuit filium sine matrimonio ex muliere coniugata, nam tunc etiam si pater ignoraret mulierem illam coniugatam esse, filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est secundum Ioan. Andr. in d.c. tanta. & ibi Abba. num. 8. quia contrahens matrimoniú dat operam rei licitæ, ideo excusatur ex ignorãtia, sed admittens virum sine matrimonio, dat operam rei illicitæ, ideo ignorantia sua non est probabilis, nec etiam excusat. Quam opin. tenet Ant. de But. in d.c. tanta, & ita debet intelligi glo. ibi in verbo, alia. & suprà, d. ix. ampliatio. & ita expresè vltra Syluestrum vbi suprà tenet Castillo in l. 11. Tauri num. 2. & 11.

4 Quartò fallit in filio vulgo concepto, nam talis filius non legitimatur per subsequens matrimonium, quia spurius est, vt in l. vulgo ff. de statu hom. vbi dicit quòd vulgo concepti, patrem demonstrare non possunt. Hanc opin. non solum de iure ciuili procedere, sed etiam de iure canonico, tenet expresè Ludouic. de Sardis in tract. de naturalibus liberis, in c. de legitimatione per verum matrimonium quæst. 7. nume. 21. & quòd isti filij non legitimentur, tenet Guliel. Mayne. in d.l. quoties idem numero 16. ff. de regul. iuris Ias. in consi. ccxxiiij. colum. 2. volum. 2. Bal. in l. eam quam, nume. 24. C. de fideicomm.

5 Quintò fallit in filio furiosi, nam filius natus ex furioso patre, non legitimatur per subsequens matrimonium. Quam quæstionem mouet Ludo. de Sardis in c. de legitima. per verum matrim. q. 6. nu. 29. vbi nõ determinat in suprà dicta limitatione, sed pro ea est tex. expressus in c. dilectus filius. de sponsal. vbi furiosus matrimonium contrahere non potest si ergo non potest contrahere, non poterút filij legitimari. Quæ legitimatio procedit in perpetuo furioso, nam si furiosus haberet dilucida interualla, tunc matrimonium contrahere potest in dilucidis interuallis, & sic legitimarentur filij, vt est glo. & ibi Doct. in d.c. dilectus. Et in dubio matrimonium præsumitur contractum tempore furoris alijs coniecturis cessantibus, & sic matrimonium est nullum, & filij non legitimantur. & allegan ti matrimonium contractum fuisse in dilucido interuallo, incumbit onus probandi, vt est gl. communiter approbata in c. fin. in verb. cú potestate. de successio. ab intest. & in c. indicas Herman. 3. qó. ix. & hanc opin. dicit esse comm. Ias. in l. patre furioso nu. 5. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Pro quo facit notabile dictum Anch. in Clem. furiosus, nu 6. de homicidio. vbi tenet q si probatum est per vnam partem aliquo tempore quem esse furiosum, & ex aduerso probatur eum fuisse sanæ mentis, & habuisse dilucida interualla, hoc vltimum non sufficit ad validandum actum gestú, nisi specialiter probetur eum fuisse sanæ mentis tempore actus gesti. & dicit ibi Anchara. se ita obtinuisse. Quam opinion. sequitur Ias. in d.l. patre furioso, numero 6.

6 Limita 6. non habere locum in filio incestuoso qui natus est ex consanguineo & consanguinea. Ita tenet Abb. in d.c. tanta. num. 12. Bar. in l. in concubinatu. ff. de concubi. Io. Fab. in § fi. Insti. de nup. Cifuentes in d.l. 12. Tauri. nume. 13. Hippo. in sing. 121. & ita quandocunque parentes propter aliquod impedimentum iuris diuini vel canonici non poterant contrahere matrimonium tempore conceptionis & natiuitatis, tunc filij iam nati non legitimantur per subsequens matrimonium. ita tenet Abb. in d.c. tanta. Bal. in l. & si contra C. de nup. Ioan. Faber in d. §. fina. Bar. in d l. in concubinatu. & Cifuentes in dict. l. 12. Tauri. nume. 13. Soci. Iuni. in consi. 31. numero 43. volu. 2. facit tex. in d. § fina. insti. de nupt. & in l. cum quis. C. de natura. libe. & in d. cap tanta. Eandem opinionem tenet Io. Crottus in repe. l. Gallus. in § & quid si tantum. nume. 170. ff. de libe. & posthu. & hoc latissimè prosequitur. Curt. Seni. in consil. 73. in 3. dubitatione, nume. 18.

7 Limita septimò quandocunque clericus in minoribus constitutus haberet beneficium tempore quo habuit filium, nam tunc ille filius non dicitur naturalis, nec potest legitimari per subsequens matrimonium. Ita concludit Bart. in d.l. in concubinatu. num. 5. ff. de concubi. sequitur Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimatione. in 2. par. quæstio. 3. cap. de legitimatione per uerum matrimonium, nume. 17. Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione, lib. 1. cap. de causa materiali legitimationis. nume. 3. Hanc etiam opinio. tenet Pala. Ruuios in l. 11. nume. 15. in ll Tauri. & in l 9 nu. 39. & in repe. c. per vestras. in 3. notabili. § 21. nume. 21. Cifuentes in l. 12. Tauri. nume. 16 Præpo. in c. per venerabilem. in § quod autem. nu. 12. qui fil. sint legi. sed si clericus iste non haberet beneficium, licet esset in minoribus constitutus filius esset legitimatus per subsequens matrimonium. Contrarium tamen, imo quòd etiam si clericus in minoribus ordinibus constitutus habeat beneficium, filius legitimatur per subsequens matrimonium, post longam disputationem concludit Ioan. Andræ. in regula, sine culpa. numero 3. versi. primo ego probabo. de regu. iur. lib. 6. quem sequitur Bal. in c. 1. in §. naturales. si de feudo fue. contro. inter domin. & agnat. in vsibus feudo. & ibi expressè Matthæ. de Afflict. in 5. notab. num. 38. hoc tenet, Hanc etiam opi. tenet Anto. de But. in d. cap. tanta. & ibi expressè Præposi. post longam disputationem, in 6. q. nume. 12. & 13 idem Præpo. in ca. per venerabilem. in §. quòd autem. nume. 12. eod. tit. vbi remittit se ad ea quæ dixit in dict. c. tanta. gloss in pragma. sanctio. in titu. de concubinariis §. ipsas. in verb. arcere. Nico. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato. nume. 60. & tenet expressè. Ioan. Brunel. vbi eam latissimè examinat, in tracta. de sponsalibus, in 2. conclusione, nume. 26. Et pro hanc opinio. vltra plura fundamenta adducta à suprà dictis doctor. facit, nam matrimonium contractum à clerico beneficiato in minoribus constituto cum concubina, valet & tenet, licet amittat beneficium, cap. 1. & cap. quod a te. de cleri. coniuga. si ergo

go matrimonium valet,& tempore conceptionis vel natiuitatis potuerat contrahere cum concubina, filij dicuntur naturales,& sic legitimantur ex subsequenti matrimonio. facit text.in l.11. in legibus Tauri.

8 Octauò fallit quandocunque nobilis matrimonium contraxit cum vili & rustica,vel cum meretrice, nam ex tali matrimonio filij non legitimantur. Ita tenet Ang.in Authen.quibus modis natura.effici.legi.in princ.nume.1.& in §.sed illud,numero 4.vbi dicit habuisse istam quæstionem de facto,quòd quando mulier est vilissimæ cõditionis,& maritus nobilis & diues,inter quos honestè matrimoniũ esse non potest, filij non legitimantur per subsequens matrimoniũ. Hanc opinionem tenet Bal.in Authen.item si quis.C. de natu.libe. & in l.2.C.quibus res iudicata non nocet.Præposit.in dicto c.tanta. numero 27.Martinus Laudensis in tracta.de legitimatione nu.158. Cæpola in cautela 150.incipienti,debes scire. Curtius Iunior in cõsil.136.numero 10.Hanc opi.dicit esse cummunem, & ab ea non recedendum in iudicando & consulendo,cum non habeat contradictorem,Maria.Soc.Iunior in consi.52.numero 2.vol.1.eam etiam communem dicit Syluester Aldobrandinus in dicto §.fin.nu.11. Institu. de nuptiis.Pro qua opi.est tex.in d.Auth.quib.mod.natu. efficiam. legi.in §.sed aliud.in uersicu.nec dignam eam existimauit legitimo quodam nomine.& ibi expresse Ang.vt suprà dixi.Hanc etiam opi. tenet. Rui.in consilio 111.numero 5.& 6.libro primò,Gerar.de Petra sancta in sing.60.

Contrariam tamen opi.tenet expresse Nicola.de Vbaldis in tracta.de successio.ab intesta.nu.61.& 62.quam opi.reprobando suprà dictam tenet Ias.in consi.234.vol.2.col.1.in versi.sed præmissis non obstantibus,vsque ad fi.Ripa in repe.l. si unquam.C.de reuocand. donatio.numero 55.Pala.Ruui.in l.1.numero 32.Tauri. Pro qua opi.facit,nam aut Ang.præsupponit matrimonium tenere cum tali muliere, prout ipse videtur præsupponere per rationem text.in d.c. tanta.considerantis an tempore coitus potuerit esse matrimonium & nihil aliud,certè filij anteà nati legitimantur per subsequens matrimonium,& per regulam traditam per Io.And. in d.reg.siue culpa.in Mercurialibus,prout refert Anto.de Butrio in d.cap.tanta. vbi dicit quòd ex quocunque coitu natus,legitimatur per subsequẽs matrimonium, dummodò tempore coitus potuisset esse matrimonium inter virum & mulierem, eo casu quo legitimus consensus interuenisset,vnde de iure canonico talis filius legitimatur,quicquid fortè aliud disonatur per ius ciuile. Aut Angelus præsupponit matrimonium cum tali muliere non tenere, & tunc licet de iure ciuili illud possit procedere,quia prohibitum est matrimonium inter tales, l.Imperialis.C.de nuptiis,& in l.humilem.C.de incestis & inutili. nupt.tamen de iure canonico,quod sequendum,c.penul.& c.fina.tale matrimonium tenet. Pro qua opinione facit quod suprà dixi in 18.amplia. Facit etiam,nam matrimonium etiam cum meretrice,

&

& persona ignominiosa contrahi potest, ut in cap. integritas in §. fina. & in cap. non est culpandus 32. quæstio. 1. in cap. inter opera. de sponsa. in cap quemadmodum. versicu alioquin de iu. iur. in l. 3. in §. si emancipatus. ff. de contra tab in l. si vxor. in §. sed si ea. & in §. fina. ff. de adulter. & in l. cùm ita. & ibi Barto. ff. de condit. & demonst. Et pro ista opinio. dicit Nicolaus de Vbaldis, vbi suprà, facere quod notat Ange. in Authen. ut liceat matri & auię. in §. quià verò legem dum protulimus. colla. 8. vbi expresse dicit hæc verba, numero 10. & inter alios casus nota de eo qui uult legitimare filios ex eo natos, & ex muliere uili aut meretrice, quia non potest, nisi instrumenta dotalia sequantur. sentit ergo Ange à contrario sensu, quòd si sint instrumenta dotalia, possit cum huiusmodi muliere vili aut meretrice contrahi matrimonium, per quod filij antea suscepti legitimentur. Vnde concludendum est quòd matrimonium contractum cum personis uilibus teneat, & proles anteà suscepta legitimetur. Pro hac opinione facit etiam quod notat Bal. in l. eam quam, numero 24 C. de fideicommis. vbi dicit quòd per matrimonium consequens, omnes possunt legitimari, præter vulgò conceptos, eo quia pater est incertus. Et hanc etiam opinionem tenet. Deci. in consi. 155. numero. 1. in 1. col. Lauren. Syluanus in consi. 3. numero 44. Et non obstat text. in tex. in dicto §. sed & aliud. in quo se fundat Ange. vbi suprà, & cęteri doctor. quia text. ille loquitur in uulgò concepto, qui ve suprà dixi in 4. limitatione, non legitimatur ex matrimonio subsequenti. Et pro ista opinione est text. de iure regio in l. 8. titu. 13. parte 4 suprà allegato in 12. ampliatione, & text. in l. 7. titu. 2. ead. parte, vbi text. dicit, *y aun ha otra fuerca el casamiento segun las leyes antiguas, que maguer la muger fuere de vil linaze si casare con Rey, deuenla de llamar Reyna*. Et sic præsupponit text. ille quòd mulier ignobilis potest contrahere matrimonium cum nobili, & etiam cum rege, & matrimonium ualet, si ergo matrimonium valet, filij antea habiti, bene legitimantur. Et hanc opinionem contra Angelus, vbi supra tenet Pala. Ruuios in reperi. capitu. per vestras in 3 notabi. §. 20 numero 17. versiculo, ex his etiam resultat & Gulielmus Cassiadorus in decisio. vnica, numero 6. in titu. de sponsalibus.

9 Nonò fallit quandocunque filius non consentit in legitimatione quia inuiti non legitimantur: Vt est text. in §. generaliter, in Auth. quibus modis natura. effi sui. colla. 7. ibi, dum & filij hoc ratum habuerint, & ibi expresse Iacobus de Bellouiso, & Ange. numero 7. Guliel. de Cugno, Alberi. Fulg & Pau de Castro in l. benignius. & ibi Bal. ff. de legibus. Martinus Laudensis in tract. de legitimatione, numero 160. Ludoui. de Sardis in tract. de naturalibus libris. c de requisitis in legitimatione, numero 2. Nicol. de Vbaldis in tract. de successio. ab intestato. libro 1. numero 64. Anto. de Rolellis in tracta. de legitimatione, cap. de causa formali legitimationis, numero 11 Angelus, in §. fin. numero 9. Instit. de nupt. Gulielmus Mayne. in dicta

l. quoties

l quoties idem.nume.97.ff.de reg.iur.Lauren.Sylua.in consil.3.nume.37.Ange.per text.ibi, in Authen.quibus mod.natu. effi.legi.in §.1.& pro ista opin.est text.in l.inuiti.ff.de his qui sunt sui uel alie. iur.Eandem opinio.tenet expresse Nicola.Boer.in decisio. 160.nume.2.& 3.Matthæ.de Afflict.in cap 1.§.naturales. in quinto notabili,numero 26.si de feudo fue. controuersia inter domi. & agnat. Vasalli.Aretinus in l.Gallus.§. forsitan.numero 46.ff.de libe. & posthu.& ibi Bartholomæus Socinus numero 5 Ioan.Brunellus in tracta.de sponsalibus.conclusione 2.numero.16. Barba. in repetitio.l. cùm acutissimi.numero 251.C. de fideicommissis. Contrariam tamen opinionem tenet Ang in consi. 107.nume.5.col.2. versi.hodie autem.vbi tenet quòd in legitimatione quæ fit per subsequens matrimonium,non requiritur liberorum consensus. fundat se per tex. in §.fit igitur licentia.& ibi glo.in verbo,fraudare.in Authen.quibus mod.natu.effi.legi.colla.6. quam opinionem tenet etiam Salice.in disputatione incipienti, Mediolanensis quidam. in 2.dubio, articu.3.Præpo.in dicto cap.tanta.quæstio.13. nume.23. & in capi. per venerabilem in §. quod autem. numero 17. versiculo octauus modus. Couarru.in Epitome de Sponsalibus,in 2.parte,cap.8.§.2. numero 13. & Pala.Ruuios in repet. cap. per vestras.in 3.notab.§. 20.numero 17.in fine,versiculo, item infertur. Montaluus in glo. l.2.titu.6.libr. 4. fori. & eam uidetur tenere Parisius in consil.13. numero 36 volu. 2. Sed nihilominus prima opinio videtur mihi magis vera, imò quòd non solùm in legitimatione quæ fit per rescriptum, sed etiam in legitimatione quæ fit per subsequens matrimonium, requiritur filiorum consensus, vt patet ex text.in dicto §.generaliter.iuncto text.in §.reliqui igitur. & in §.si quis igitur. in dicta Authen.quibus mod natu. effi.legi.colla.6. nam suprà Imperator posuit plures modos legitimandi,inter quos est iste per subsequens matrimonium, posteà autem per modum regulæ dicit, & generaliter in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius, tunc hoc volumus obtinere dum & filij hoc ratum habuerint. Nam ponderando illud verbum,prædictos modos,apparet quòd refert se ad modum legitimandi per subsequens matrimonium,quem modum suprà retulerat in dicto §. & in d.§.si quis igitur dotalia. relatum enim censetur esse in referente cum omnibus qualitatibus.l.asse toto.ff de hære.instit.& Authen.si quis in aliquo documento.C.de æden.cum aliis.

Nec obstat text.in quo se fundant suprà dicti Doctor. in d. §. fit igitur licentia.in verbo, fraudare. quia licet tex ille innuat quòd pater possit contrahere matrimonium & legitimare filios,si filij nõ occultarent matrem, & per consequens facere eos legitimos ipso iure, non tamen per hoc tollitur quin ius legitimationis quæsitum filiis, non possit extingui si filij expressè nolint esse legitimi.

10 Decimò limita quòd ad hoc vt talis legitimatio procedat per sequens

quens matrimonium, requiruntur instrumenta dotalia de iure ciuili: aliàs illis non confectis, filii non legitimantur. Ita probat text. in §. fi & ibi gl. in ver. instrumentis. Instit. de nup. vbi gl. allegat alia quàm plura iura quæ hoc probant. Hanc opi. tenet Bal. in l. cum multæ. col. j. C. de donatio ante nup. & in l. nec filium. C. de nup. & in l. eam quam. nu. 27. C. de fideico. Ang. in l. cōtrahitur. ff. de pigno. Ioan. Brunel. in tract. de sponsa. conclu. ii. nu. 14. Quæ opinio de iure canonico non procedit. quia de iure canonico valet matrimonium, & filij legitimantur sine dotalibus instrumentis: vt est glo. in c. aliter in ver. contubernia. xxx. q. v. Abb. in d. c. tanta. in j. nota. & ibi doct. vbi dicit quòd ita communiter tenetur fundant se doct. per tex. in d. c. tanta. scilicet propter vim & potentiam matrimonii. matrimonium autem non requirit nisi consensum ad eius perfectionem. ad cuius esse non requiritur instrumentum dotale. Eandem opi. tenet Ang. in §. fi. nu. 8. Instit. de nup. Ias. in consi. clxviii. nu. 7. lib. iiii. Dec. in consi. clv. nu. 2. vbi dicit hanc esse com opi. idē Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Hippol. in sing. ccl. Matth. de Afflic. in c. j in §. naturales. in v. notab. numero. 17 si de feud. fue. contro. inter domi. & agna in vsi. feud. Ant. de Rosellis in tracta. de legitimatione. c. de formali causa legitima. nu. 5. Quā opin. dicit Abb. vbi suprà cōmuniter Legistas tenere. Ang. in consi. xxix. nu. 6. tenet suprà dictam opin. Abb. esse veram quo ad hoc vt filii legitimētur, quia in hoc attenditur ius canonicum: sed ad successionem in quo attenditur ius ciuile, talis legitimatio sine instrumentorum dotalium confectione, non operatur quo ad bona existentia in terris Imperii. Sequitur Bal. in l. neque la j. C. de nupt. & in l. si qua illustris, versi. item. C. ad Orphicia. Aluaro. in c. j. in § naturales, si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. col. v. versi. quæro quid si filius. Cy. post Iacob. de Arenis in l. & si contra. C. de nup. & in l. fi. C. de interdict. matri. Ang. in Auth. de incestis nupt. in §. dubitatū, post glo. ibi, in ver. confectione, colla. ij. in l. nuper. C. de natura. libe. eandem opi. tenet Præpo. in d. c. tanta. q. x. nu. 20. vers. descendo ad tertium. & Syluest. Aldob. in §. fi. nu. 15. Insti. de nupt. Maria. Socin iun. in consi. lij. nu 4. vol. j. & hanc dicit esse com. Cur. iu. in cōs. cxxxvi. nu. 7. & ab ea in iudicando & consulēdo recedendū nō esse.

Contrariam tamen opinionem: imò quòd non solum in terris ecclesiæ, verùm etiam in terris Imperii, quo ad successionem filii legitimantur ex subsequenti matrimonio, tenet, expresse Alexā. in l. ex facto, in §. si quis rogatus, nu. 19. ff. ad Trebel. vbi reprobat Ang. in d. consi. Ratio est suprà dixi: quia in materia matrimoniali standum est iuri canonico, etiam in terris imperii. vt dicit glo in § j. Institu. de nupt. & in § j. in glo j. Instit. de gradi. latè docto. moderni, in l. priuilegia. C. de sacrosanctis eccle. & in d. c. per venerabilem. qui filii sint legit. text. & ibi Archidia. in c. euphemium, in §. hinc colligitur, ij. quæstio iij. Felin. in Rubric. de sponsa. numer. 6. versi. octauò in causa matrimoniali, & ideo communis opinio est, quòd nullis

confectis

confectis instrumentis dotalibus, per subsequens matrimonium filij anteà nati legitimantur: vt in d.c.tanta. vbi non requiruntur aliqua dotalia vel nuptialia instrumenta, & generaliter & distinctè loquitur. Hanc opinionem tenet Cynus in d.l.nuper.C.de natura. libe. Ioan.Andr.in regu.sine culpa, in Mercurialibus:de regu.iur.li. vi. Salicet.in l.cùm quis,& in Authen. si quis habens. C.de natura. liberis. Ioan.Faber in § final. Institut.de nupt.numero 2. Felin.in c.j.nu.12.de sponsa.Angel.in § fina.num.8.Institu.de nupt.vbi dicit quòd cùm in tali casu attendatur ius canonicum, hoc debet etiā seruari in terris Imperij.Ias.in l.sed & quæsitum,colum.penul.ff.de libe.& posthum.& in l.generaliter.§.cum autem, col.penult.C.de instit.& substitu. Couaru.in epitome de sponsa.9.part. c.8.§.ij.nu. 8. Et eam dicit communem & ab ea in iudicando & consulendo recedendum non esse, Deci.in consi.clv.numero 2.Car.Ruin.in consi. ccxi.nu.5.lib.j.& consi xiij.nu.46.cùm aliis.lib.ij.Laurent.Siluan. vbi latissimè eam examinat in consi.iij.nu.30. cum sequen. Guliel. Mayne.in d.l.quoties idem à numero 17.vsque ad nu.22.ff de regu. iur.Bartho.Fumæus in sua Summa Armilla:in verbo,filius.§.xj.vbi dicit ita communiter practicari.

11 Limita vndecimò si mulier illa non sit in schemate concubinæ domi retentæ:vt in Authen.quibus modis natura.efficia.sui, in §.si quis autem defunctus,in Authent.de triente & semi.in §.considere mus,versicul.& hoc dicimus in concubinæ,collatio.vij.& ita illa iura ad hoc vltra doctor.ibi allegat Anto.de Rosellis in tractat.de legitimatione,lib.j.c.de causa materiali legitimationis : nu 45.quam opinio.dicit communem Curt. Iunior in consi.cxxxvi.nu.9. Quæ opinio de iure canonico non procedit . imò etiam si mulier non sit retenta in schemate concubinæ , filii anteà nati legitimantur per subsequens matrimonium , de iure canonico contra ius ciuile : ita expressè glo.in c.innotuit,de electione,& ibi compostel. Ioan Andræ.Imol.Panorm.& communiter docto . Gostredus in Summa,de filiis presbyte.versi. quid si quis.glo.in c.qualis. xxx.quæst.v. Abb. in d c.tanta,nu.12.& in c.per venerabilem, nu 31.qui filii sint legiti.pro qua opinione est tex.in d.c.tanta:vbi ad hoc vt filius dicatur naturalis & legitimetur per subsequens matrimonium, non se fundat super concubinatu:sed indistinctè propter potentiam matrimonii legitimat ante genitos. Nec debemus attendere ad concubinatum:quia expressè damnatus est de iure canonico:cap.nemo.xxxij. q.iiij.imò de iure ciuili,per tex.in cap.j.de filiis natis ex matrimo. ad Morganicam contract.in vsibus feud.& dicit Hostien.in d.c.tanta.quòd hodie de iure ciuili omnis coitus est reprobatus præter vxorium per tex.in Authen.de lenonibus,collatio.iij.& in Authent. scenicas mulieres,collatio.v.& in Authent.de incest.nupt. colla.iij. & in similibus, in quibus Imperator dicit quòd est amator castitatis:& quòd in istis spiritualibus vult sequi canonum dispositionem : vt in Authent.de ecclesiasti.titul.collatio.ix.aliàs ex opinio-

ne

ne contraria sequeretur, quòd magis faueretur peccato diutino & continuo, quàm momentaneo: quòd non est dicendum. vt in c. fina. de consuetudi. & cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. & cap. cùm ecclesia. de simo. cum similibus. Et hanc opinionem tenet Bald. in consi cxxix. volum. ij. & in consil. ccvi. colum. fina. libr. iij. Ioan. Brunellus in tracta. de sponsa. conclusione ij numero 27. D. de Couarruuias in Epitome de sponsa. in ij. parte cap. viij. §. iiij. numero 2. & Gulielmus Mayner. in dicta l. quoties idem, numero 12. Præposit. in d. c tanta, num. 6. Aymon Crauettus in consil. clxvi. numero 8. volum 1 Nicola. de Vbaldis in. tracta. de successio ab intesta. in 1 parte, numero 58. & expresse Syluest. Aldobrandinus in § fina. num 11. Institu. de nupt. Ias. in consi. lj. col. iij. versi. extat ergo ex prædictis vera conclusio. vol. iij. Ripa in repet. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. num. 55. Rodericus Xuarez in l. j. titu. vi. libro iii. fori: folio 83. pagi. 2. Pro qua opinio. est tex. de iure regio in d. l. xi. Tauri.

12 Duodecimò limita non procedere quandocunque matrimonium non est contractum in facie ecclesiæ: nam ad hoc vt filii legitimentur, requiritur quòd matrimonium in facie ecclesiæ contractum sit: Vt est text. in Authent. quibus modis natura. effician. legi. in §. si verò etiam, & in §. sequenti. collat. vi. & in cap. cùm inhibitio. de clandesti. desponsa. facit tex. & ibi doctor in cap. ex tenore, qui filii sint legit. & ita expresse tenet per dict. iura Matth. de Afflict. in cap. 1. in § naturales, in v. notab. nume. 32 si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. Maria. Socin. Iunior in consi. xxxi. numero 46. lib 2. & ibi suprà dicti Doctor. ponunt quando matrimonium dicatur contrahi in facie ecclesiæ. Eandem opinionem tenet Hostien. in Summa, de clandesti. desponsa. § fina. colum. iii. versic. secus puto. & in Summa, qui filii sint legiti. §. 2. Ioan. Faber in §. fina. Institue. de nuptiis Augusti. Berous in quæstio. cvii. numero 1. cum seq. vbi ponit rationem.

13 Decimotertiò fallit quando concubina ex qua filius genitus fuit erat Sarracena, Iudæa, vel aliàs infidelis. nam tunc filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est: quia nec tempore cõceptionis nec natiuitatis poterat inter parentes legitimè contrahi coniugium: Vt in c. caue. xxviii. q. 1. & in c. ius. gentium. 1. dist. Tradit hoc Couarru. in Epitome de sponsali. in ij. par. c. vi. §. xi. Iacob. Septimacensis in lib. Catholicarum institutionum: c. xl. nu 7. & sic cùm inter eos non possit contrahi matrimonium, filii non legitimantur. tenet Hostien. Ioan. Andræ. Anto Abb nu si. Præpositus nu. 11. in d. c. tanta: ubi reprobant opinionem Calderini, qui contrariam tenuit. Hanc etiam opinionem tenet Cifuentes in l. xij. Tauri: num. 15. Guliel. Mayne. in d. l. quoties idem, nu. 10. Ioan Brunel. in tracta. de sponsalibus, conclusione 2. nu. 28. vbi reprobat Anto. de Rosellis qui contrarium tenuit in d. tract. de legitimatione. libr. 1. c. de causa materiali legitimationis, nu. 28.

Decimo

14 Decimoquartò limita quòd talis legitimatus ex subsequenti matrimonio, non tollat ius primogenituræ iam naturali stante consuetudine quòd primogenitus succedat in maioratu: vt si aliquis habuit ex aliqua concubina filium naturalem, & posteà duxit vxorem, ex qua suscepit filium legitimum & naturalem: posteà mortua vxore accepit concubinam in vxorem, & sic filius est legitimatus ex subsequenti matrimonio: iste filius sic legitimatus non excludit à successione maioratus secundò natum legitimum. Hanc opi tenet Io. Andr. vbi eam examinat post Richar. Malum. in regul. sine culpa. de reg. iuris, lib. vi. quem sequuntur Henricus, Cardina. & Anchar. nu. 22. in d. c. tanta. Ias. in l. quoties, nu. 40. C. de rei vend. & in l Gallus. in §. & quid si tantum, in j. lectu. num. 89. ff. de liber. & posthu. & ibi Alex. col fi. & ibi Lancel Galia nu. 80. Albe. in l. cùm quis. C. de natura. li. Hanc opi. dicit communem Cifuentes in l. xl. Tauri: in prin. Castillo in l. xij. Tauri: num. 20. & ibi Pala. Ruuios num. 28. Hanc opinionem, vbi eam latissimè examinat, tenet Carol. Molinæ. in Cō suc. Parisi. in tit. j. §. viij. glo. j. quæst. vij. nu. 34. cum seq. Io. Cirier. in tracta. primogenitu. q. xiiij. vbi eam per totam q. examinat. & Nicol. Boeri. in decisio. clix. nu. fi. Maria. Soci. Iuni. in consi. lij. num. 7. lib. j. Alber. in l. cùm quis C. de natur. libe. Cur. Seni. in consi. lxxiij. nu. 29. versi. sextò ex capite. Hanc etiam opi. vbi adducit octo fundamenta, & ad omnia quæ pro contraria parte adducuntur respondet, tenet Ioan. Brunel. in d. tract. de sponsa. in ij. conclusio. num. 32. cum aliis. Alex. in consi. xxv. nu. 2. lib. j. Tiraquel. in repet. l. si vnquā, in verbo, susceperit liberos, nu. 64. idem Tiraquel. vbi refert plures alios docto. eam tenentes, & quàm plures tenentes contrariam partem, in tract. de primogenitura q. xxxiij. per totam. Et pro ista opi. vltra ea quæ ipse tradit, est text. expressus in d. c. tanta: vbi dicit, ꝙ filius est legitimus post matrimonium contractum: ergo præsupponit quòd anteà verè legitimus non erat: & sic primogenitus ex matrimonio, est primogenitus censendus: cùm eo tempore quo ipse natus fuit, nullus erat primogenitus, & ita illum textum ad hoc notat Alcia. libro iij. Paradoxorum: c. xiij quem sequitur Syluest. Aldob. in § fi. nu. 14. Instit. de nup. Item pro ista opin. facit: nam legitimatio non trahitur retrò in præiudicium alicuius: ut est text. in Auth. quibus modis naturales efficiantur legiti. in § liceat, & in § & hoc licet, colla. vi. & in l. si mulier diuerterit. ff. soluto matrim. & ita concludunt doct. in d. § & quid si tantum, & isti secundo legitimè nato statim fuit ius quæsitum probabili spe: vt videre est in c. quamuis. de rescri. lib. vi. igitur in tanto præiudicio nō debet fictione iuris legitimatio ista ad natalia deduci. Quæ opi. est tenēda per ista & alia fundamēta quæ adducunt doc. s. relati: licet multi quē ipsi referunt contrariū teneant: per tex. in l. cū quis. C. de nat. libe. ibi, gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorū beneficio ipsi sunt iusti filii. sed tex. ille loquitur qñ filii sunt ex vna & eadem matre: suprà dict. quęst. quando sunt ex diuersis matribus: & sic non obstat.

REGV-

REGVLA CCCLI.

FILIVS non potest vocare patrem in ius sine venia. Hanc regulam probat tex. in l. fi. C. de in ius vocan. & in l parentes. ff. eo. ti. glo. in §. pœnales in verbo, vel parentem. Instit. de actio De iure regio probatur in l. iii. titu. 2. par. iii. Circa quam regulam. vide Catel lia. Cottam in Memora. iuris, in verbo. filius.

Hanc reg limitat duobus modis Bernar. de Luco in reg. ccxciii. remittendo se ad Ias. in §. pœnales. nu. 60 Insti de actio.

1 Amplia primò procedere in filio naturali. Ita probat text. in d. l. parentes. & in d. l. iii. tit. 2. part. iii.

2 Amplia secundò procedere etiam in patres siue matres spirituales, scilicet qui eos leuant de sacro fonte. Ita tenuit Guliel. de Cuguo, Paul. Bal. Ang. & Rom. Alex. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius vocan. Ang. & Fulgo in l. adoptiuum, per illum tex. ff. eo. titu Phil. Franc. in c. postremo, col. penul. de appel. Angel. & ibi Ias & Gome. nu. 24. in d. §. pœnales. Institu. de act. Guliel. Benedictus in repe. cap. Rainutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 765. Tiraqu. in repe. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu. 28.

3 Amplia tertiò habere locum in filiis adoptiuis. nam patres in ius non possunt sine venia vocare: vt probat tex. in l. adoptiuum, & ibi doct. ff. de in ius vocan. Ratio est: quia appellatione patris & filii, cōprehenduntur etiam adoptiui. Hanc etiam opinionem tenent doc. contra glo. ibi, in § sed ea omnia. Institut. de hæredi. quæ ab intesta. Guliel. Benedictus in d. verbo, & vxorem nomine Adelasiam, num. 742. Ludoui. Gome. in §. pœnales, nu. 24. Institu. de actio. Tiraquel. in d. verbo, susceperit liberos, nu. 21. Syluest. Aldobran. in §. sed hodie, nu. 3. Institut. de adoptio.

4 Amplia quartò habere locum in matre: vt in l. iii. in fi. ff. de in ius vocan. & in l. fi. C. eod. titu. & in d. l. iii. titul. ii. par. iii. quod uide per Decium in l. fi. nu. 3. C. de in ius vocan.

5 Amplia quintò habere locum etiam si filius sit in dignitate constitutus, vt miles: nam non potest vocare patrem in ius sine venia. Ita probat glo. in l. cogi. in verbo. contra obsequium. ff. ad Trebell. Ang. in prin. Instit. de patria potest. & in §. item inutilis. col. fin. Instit. de inut. stipula. Syluest. Aldobra. in §. ius autem. nu. 21. Insti. de patria potesta. Iacobi. de sancto Georg. in l. adoptiuum. nu. 8. de in ius vocan. Franc. Purpura. in l. fi. nu. 34. in tract. quem fecit post lecturam illius l. C. de æden.

6 Amplia sextò habere locum si filius implorat officium iudicis. Ita probat gl. in d. l. cogi. in §. si pater. in ver. contra obsequium. ff. ab Trebel. & in §. pœnales. in gl. fi. Instit. de actio. ita tenet Deci. in l. fi. in ij. not. & ibi Aret. C. de æden. & Ias. & Purpura nu. 35. idem Ias. in d. § pœnales. nu. 87. & in l. j. nu. 8. ff. de iurisdict. omn. iud. Syluest. Aldobran. in §. libertinorum. nu. 20. Instit. de liberti. quamuis

idem Iaſ. dubitet de hoc in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. nu. 78. de offi. proconſ & lega.

7 Amplia ſeptimò vt non ſufficiat petere veniam niſi impetretur. Ita probat gl. i. in l. venia edicti. C. de in ius vocan. quam ſequitur ibi Lancel. Deci. pro qua opi. eſt tex. in §. fin. Inſtit. de pœn. teme. litigan. in verſi. poſtulauerit & impetrauerit. & ideò ſi iudex denegauerit erit ſuperior adeundus: per tex. cum glo. in cap. ſi religioſus. de electio. lib. vi. non tamen exigitur expreſſa, ſed tacita impetratio ſufficit, ſecundum Ioan. Fabr. in dicto §. pœnales. argu. text. in l. libertus. la ii. ff. de in ius vocan. Ludou. Gomezius in dicto §. pœnales. nume. 7.

8 Amplia octauò in tantum procedere ſuprà dictam cõcluſionem, vt in hoc ruſticitati non parcatur. Ita tenent Salic. Areti. & docto. in l. ii. C. de in ius vocan. pro qua facit dictum Bald. in l. quicunque. col. penul. C. de ſeruis fugi. verſic. & nota. vbi dicit quòd in his quæ ſunt contra ſpem honeſtatis, non parcitur ruſtico. ita etiam tenet Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iudi. Purpuratus in dicto tract. poſito poſt d. l. fi. C. de eden. nu. 29.

9 Amplia nonò vt huic tali iuri honorifico perſonæ prædictæ renũtiare non poſſit. Itá concludit Alex. in l. alia. in §. eleganter. col. i. ff. ſolu. matri. vbi reſpondit ad tex. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. qui obſtare videtur Purpura. in ſuprà dicto tract. nu. 34.

10 Amplia decimò vt pœna ſit exigibilis, & proceſſus aunulletur. Ita concludit Cy. Alex. & doct. in d. l. ii. C. de in ius vocan. quã opi. dicit eſſe communem Fran. Purpu. in d. tracta. nu. 36. quamuis ipſe contrarium teneat.

11 Amplia vndecimò habere locum in patrono: nam libertus non poteſt eum vocare in ius ſine venia, Vt in l. i. & ii. ff. de in ius vocã. cum aliis. Purpura. vbi hoc notab. declarat, in d. tracta. per totum. & Iaſ. in d. §. pœnales. nume. 60. Inſtit. de actio. De iure regio eſt tex. in l. iii. tit. ii. par. iii.

1 Limita primò non habere locum in filio in poteſtate: nam talis filius etiam cum venia non poteſt patrem conuenire. Vt eſt caſus in l. fi. C. de in ius vocan. & in l. iii. tit. ii. par. iii.

2 Limita ſecundò quandocunque filius agit tutorio nomine, & ſic in cauſa pupilli: nam tunc poteſt vocare patrem in ius ſine venia. Pro quo facit: nam libertus non poteſt vocare patronum ſine venia, l. adoptiuum §. patronum. ff. de in ius vocan. tamen ſi ſit tutor alicuius pupilli, poterit in cauſa pupilli vocare patronum in ius ſine venia, l. quæſitum. ff. eod. titu. quia tunc non facit hoc vt filius, ſed vt tutor. Et hanc limitationem poſuit Sylueſt. Aldobran. in §. dari autem. nu. 6. Inſtit. qui teſta. tut. dari poſſ. & ibi probatur quòd filius familias poſſit eſſe tutor. probatur etiam in l. filiusfamilias. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.

3 Limita tertiò non procedere quando filius vult intentare actionem criminalem contra patrem: quia etiam impetrata venia nõ poteſt.

text. Ita determinat glo. in d. §. pœnales. in ver. patronum. quam ibi sequitur Gome. nume. 25. Institu. de actio. De iure regio probatur in l. iii. titu ii. par. iii.

4 Quartò limita quando filius esset natus ex patre qui habebat duas vel plures concubinas: tunc filius natus ab vna de illis concubinis bene potest vocare patrem suum in ius sine venia. Ita tenet Odofre. in l. quique. §. prætor ait. nu. 3. ff. de in ius voca. motus: quia tunc non dicitur filius naturalis, sed spurius. Authent. licet. in verb. solo. C. de natu. libe. quem refert Ias. in d. § pœnales. nu. 62. vbi reprehendit, & bene, suprà dictam limitationem. Pro qua opi. contra Odofred. est text. in l. xi. Tauri. Facit quod suprà dixi in regu. cccl. in xi. limitatione.

5 Quintò limita in casibus in quibus pater cogitur emancipare filium. de quibus in l. si lenones. C. de episcopa. audien. Ita expressè tenet Petrus de Bellaper. in l. fin. in princ. C. de in ius vocan. quem sequitur ibi Lancelo. Deci. & ante eos tenuit glo. fin. & ibi Cyn. in dicta l. fina.

Contra quam limitationem tenet expressè Nicola. de Neapo. in d. §. pœnales col. vii. Institu. de actio. quem sequitur Purpur. in suprà dicto tracta. nume. 39. Cæpol. in cautela cxv. num. 3. Claudius de Seysello. in d. l. si nu. 1. C. de in ius vocan. & ibi Cur. Iun. nu. 5. Pro qua opin. est text. in l. sed si hac. in §. prætor ait. ff. de in ius vocan. vbi licet ex graui iniuria permittatur filio agere contra patrem etiam actione famosa, tamen hoc debet causa cognita impetrari à prætore.

REGVLA CCCLII.

Filii naturales faciunt deficere conditionem fideicommissi. Hanc regulam probat tex. & ibi Barto. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi gloss. fina. vbi allegat text. in l. generaliter. in §. cum autem. C. de Institu. & substitu. gloss. in cap. in præsentia. de proba. & in cap. Raynaldus. de testamen. & ita concludũt docto. in §. si quis rogatus. & Cano. in d. cap. in præsentia. præter Deci. qui in hoc reprobatur a Ripa in dicto §. si quis rogatus. nume. 15. qui dicit hanc esse communem opin. Circa quam regulam vide Parisium in repeti. d. cap. in præsentia. num. 50. cum aliis. Hieronymi Gra. in consi. xxix. num. 43. vol. ii.

Hanc regulam, vbi notabi. eam declarat, limitat octo modis Ripa in dicto §. si quis rogatus, à nume. 15. vsque ad nume. 31. ff. ad Trebellia.

REGVLA CCCLIII.

Filius familiàs quamuis habeat liberam administrationem, non potest donare. Text. est & ibi glo. vbi allegat concordãtes in l.

contra iuris.in §.si filius.ff.de pact. De iure regio probatur in l.iii. titu.iiii.par.v. Circa quam regu. vide Ias.in l. nemo ex lege.nu. 4.C.qui testa.face.poss. & in l.iusiurandum.la ij.in §. procurator. nume.4.ff.de iureiuran. Anton. Corsettum in repe. cap. grandi. de supple.neglig.præla. libr.vi. Tiraquel.in tracta. de nobilitate.cap. xxxvii.nume.35.

Hanc regulam limitat sex modis Ias. in d.l. contra iuris. in §.si filius.num.7.ff.de pact.

REGVLA CCCLIIII.

Filivs institutus in primo gradu, in totum vel in partem, licet sit præteritus in secundo, testamentum non rumpitur. Hanc regulam probat text.& ibi doct.tenent per eum in l.si posthumos. in §.quod vulgò.ff.de libe.& posthu.

Hanc regulam, vbi assignat rationem & limitat eam tribus modis, ponit Ias.in d.§.quod vulgò.a nu.1.vsque ad 6.

REGVLA CCCLV.

Filivs legitimatus in vita patris aufert hæreditatem venientibus ab intestato. Hanc regulam ponit Bart. in l.Gallus.in § & quid si tantum.nu.14.ff.de libe.& posthu. quem sequuntur ibi doctо. De iure regio est text.in l.xii.Tauri.

Hanc regulã limitat quatuor modis Ias.in l Gallus.in §.& quid si tantum.in ii.lect.nu.36.ff.de libe.& posthu.& in j.lectu. à nu.91. vsque ad nu.112.limitat eam viii.modis.

REGVLA CCCLVI.

Filio in vita patris non debetur legitima,Vt est text.in l.i.§. si impuberi.ff.de colla.bono & in l.ii.in §.interdum.ff.de vulga.& pupil.& in l.lex Cornelia.& ibi Bal.eod.tit.in l.fi.& ibi Bar.& Bal. ff.de libe.agnoscen.idem Bal.in l.quanquam.ad leg.Falci. C.vbi dicit quòd legitima non debetur viuo patre.glo.& ibi doct.in l. cùm a matre.C.de rei vendi.Bar.in Auth.si qua mulier. circa fi.C.de sacrosan.eccle.Bal.in consi.cclvii.nu.1. & 2.vol.iii. licet contrarium teneat gl.in Auth.de hæredi.& falcid.§.si verò non implens. in verbo,auferri.colla.j. Circa hanc regulam vide Alex. & docto. in d. l.lex Cornelia.Ias & Doct.in d.Auth. si qua mulier. & in l.in suis. nu.8.ff.de libe.& posth.& in l.in potest.nu.17.cum sequen.ff.de acqui.hær.Maria Soci.Iun.in consi.li.nu.4.vol.j.Ruy.in consi.cxlix. nu.13.vol.iii.Pau.de Cast.in consi.lxxx.nu.3.vol.j.Catellia.Cottã in Memora.iuris,in ver.legitima. Dec.in consi.ccccxxxviii.nu.13. Pyrrhum Engleber.in tract.de suitare.nu.8.Rolandin. Bono.in sua Summa testamentorum.Rubri.xvi.nu.19. Aldobra.in §.prætereà. nu.

nu.53.Instit.quibus mod.ius patriæ potesta.solu.Fabian. de Monte in repe.Authen.nouissima num.78.C.de inoffi.testamen.Alber, Brunum in consi lxxx.nume.15.Chassanæ.in consuetud.Burgund. in titu. *Des successions*. Rub 7.§ 2.fo.230 col.2.numero 2.cum alijs. Abb & Doct.in c.Raynut.de testa.Marc. Mant.in reper.d. Auth.nouissima pag.23.versic.2 dubitare contingit.Gulicl.Benedict in repet.d.c.Raynut.in ver.in eodem testamento.col 1.numero 215.Bertrand.in consi.clxxxiiij.num.2. volu.1 secundæ impressi. & in consil.xcv.nume.4.volum.2.primæ impressi Thom.Gramma. in decisi.cj.nume 61.& 65.

1 Amplia primò procedere quòd si pater vendat dissipando bona, non possunt petere filij vt iudex cogat patrem assignare legitimã vel aliquem fundum. Ita tenet Bal.notab.in l.non potest in 1. lect. ff.de adoptio.& ante eum Specu.in titu.de executione sententiæ §. sequitur num.11.in fi. Quam opinio.de rigore iuris dicit esse veram Ias.in l.nam & postea.in §.sed & si quis nume.4.ff.de iure iur. & in §.item si quis in fraudem.nu 13 Insti.de actio. & in l.lex Cornelia.nu.6.ff de vulga & pupil.Chassan.vbi in hoc remittit se ad Iaso.in suprà dictis locis,in consuetud.Burg in titu. *Des successions*. Rub.5.§.2.num.4.fo.230.col.2. Eandem opinionem sequitur Syluestr. Aldobrandinus in §.præterea. in numero 54. Institut.quibus mod.ius patriæ potest. solui.

Contrariam tamẽ opinionem,imò quòd quandocunq; pater dissipat bona tenetur assignare legitimam filio,tenet Bal.sibi contrarius in l.defuncto num.3.ff.si quid in fraud.patro. & ibi Pau.de Ca. idem Pau.de Cast.in Authen.si qua mulier.num.8.C.de sacrosanct. eccle.Alexan.in l.Imperator. vbi dicit esse menti tenendum,in v.colum.& ibi Claud.de Seysel.nu.6.ff.ad Trebell. Eandem opin. sequitur etiam Hier.Cagn.in repe.l fi.nu.232.C de pact. Didacus de Segu.in repe.l.Imperator.nu.118.ff.ad Treb.Fab.de Mon.in repet. Auth.nouissima nu.83.C.de inoffi.testa.Ias. vbi dicit procedere de æquitate,in d.l.nam & posteà.in §.sed & si quis.nu 4 ff.de iu. iurã. & eam tanquam æquiorem tenendam esse testatur idem Iaso.in l.si constante.num.199.ff.solu.matri.& secundum hanc opinio. consuluit Rodericus Xuarez in alleg.4.

2 Amplia secundò vt legitima viuo patre pro derelicto filij non veniat in confiscatione bonorum suorum. Ita tenent Gulicl. de Cugno,Barto.Alber.& Bald.in l.si qua pœna.ff de his qui sunt sui vel alie.iur. Spec.in titu.de executione senten.nu.11 Cuius ratio est, quia viuente patre filius nullam habet legitimam. Eandem opini. tenet Bal.in consi cclvij.per totum,volu.3.Franc. Lucas de Parma in tracta.de fisco & eius priuilegijs,ca.de publica bonorum num 2. Doct.communiter in l.in suis ff.de liber.& posth.& eam dicit communiter teneri Maria.Soc.Iun.in consi.51.nu.5 lib 1.Aldobran.in §.præterea nume.55.Institu.quibus mod.ius patriæ potesta. solui. Ruin.in consi.cxlix.nume.13.volu.3.

Quæ ampliatio procedit & est vera, nisi esset statutum quòd pater teneatur soluere ex legitima pro delicto filij, vt est text. per quē hoc ibi Ioan. de Ana. & Ancha. tenent in c. 2. de delict. puero. & hāc opin. expressè tenet gl. in Rub. C. de decret. decurio. lib. x. & quod suprà dictum statutum valeat, tenet expressè Ias. in d. Auth. nouissima, nu. 8. & 12. C. de inoffic. testa. Bal. in l. j. C. ne filius pro pa. Ruin. in d. consi. cxlix nu. 13. volu. 3. Hanc opin. dicit esse communem, & ita in practica obseruari Alex. post alios doct. in d. l. lex Cornel. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. eam etiam dicit communem Aldobrandin. in d. §. prætereà, nu. 56. Chassan. in consuetu. Burgun. in tit. *Des successions*. rub. 7. §. 2. fo. 320 col. 3. nu. 5. in fi. Hanc opin. vbi eam notab. examinat, tenet Marc. Mant. in repeti. Authen. nouissima. pagi. 25 versi. tertiò dubitare contingit. quam opin. etiam suprà posui in regu. cccxlv. in 14 limitatio. In quo Ias. in d. Auth. nouissima. dicit ꝙ Bal. in d. l. si qua pœna. in 2. lect. ad fi. dicit ꝙ nisi statutū dicat, difficile erit definire quanta debeat esse legitima. Ias. verò referendo alios doct. tenet quòd attendatur tempus condemnationis filij, per tex. in l. eius qui. in §. j. versi. quæ tunc habuit cùm damnaretur ff. de testam. & ideo dicit ibi Ias. ꝙ sunt ponderāda verba statuti an se referant ad delictum vel ad condemnationem. Reperio tamen ꝙ Lancel. Poll. in repet. l. filium quem habentem, nu. 163. hoc mouet & determinat, quòd suprà dictum statutum per istam regulam quæ vult legitimam tempore mortis considerari, æstimandam & soluendam tempore mortis, nō autem in vita, alioquin sequeretur quòd delictum filij patri & fratribus nocere possit, quod ibi dicit esse iniquum. Quia si pater procreauerit alios filios, si legitima esset æstimanda tempore delicti vel condemnationis, filijs posteà natis noceret, & sic sequeretur quòd plus habebit filius delinquens quā alius, quod esset maximè iniquum, & contra regulas iuris, vt in l. in omnibus quidem ff. de regu. iur. quam opin. dicit Lancel. ibi verissimam esse. quæ etiam mihi æqua & iuridica videtur, dum tamen pater in vita bona non alienet vel dissipet, nec tempore mortis, alios filios melioret in fraudem condemnationis filij & suprà dicti statuti. Et pro opin. Lancel. Politi videtur tex. in l. xix. & xxiij. & ibi Cifuētes. & xxix. in fi. ibi, *pero las otras* donationes. vbi probāt quòd in melioratione quæ fit per patrem filio, attenditur valor patrimonij patris tempore mortis, in legibus Tauri.

8 Limita primò hanc regulā non procedere in Iudæo effecto Christiano, nam statim patre viuente legitimam petere potest. ita concludit Io. de Ana. in c. Iudæi. el 2. numero 5. de Iudæ. per text. in l. cognouimus. & ibi Salice. & docto. C. de hæreti. vbi pater & mater infideles tenentur præstare dotem filiæ orthodoxæ, & filio Christiano præstare donationem propter nuptias, & vtrunque alimentare secundum facultatem patrimonij. Facit etiam quod habetur in l. nec mater pro filia C. de iure dot. vbi glo. dicit quòd mater hæretica tenetur dotem dare filiæ orthodoxæ. ibi Bal. dicit idem esse

in

in matre Iudæa, quia si filia efficitur Christiana, tenetur mater eã dotare & alimentare. & est similis glo. in l. fi. in verb. paternum. C. de iure dot. De iure regio text. in l. 9. titu. 11. parte 4. & ibi Ioan. de Anania adduxit pro hoc alia quàm plura. Quam opini. Anan. sequitur Hiero. Cagno in repe. l. fi. nu. 232. C. de pact. Guliel. Benedi. in repe. c. Rainutius. in verb. in eodem testamento. el 1. num. 215. & 216. licet contrarium teneat Felin. in d. c. Iudæi, nu. 2. quia ipsemet Feli. tenet opi. Ioan. de Ana. in c. in præsentia. nu. 56. de probatio. & ibi Parisi. nume. 166. in fi.

2 Limita secundò nisi pater velit aliquid filio pro legitima largiri, Argumen. text. in l. cum quo. in §. finali ff. ad l. falcid. nam cùm hoc sit introductum fauore patris, poterit pater hoc renuntiare, vt in l. penulti. C. de pact. & in l. si iudex. ff. de minori. & in hoc casu quando filius dictam legitimam assignatam dissipauerit, non tenetur pater rursus legitimam assignare. ita tenet Bartol. & ibi Paul. de Ca. & docto. & in l. si cum dotem. in §. si post. ff. solut. mat. idem Pau. de Cast. in consi. lxxx. nu. 3. vol. 1.

3 Tertiò limita non procedere in dote, nam quandocunque filia esset coniugio matura, pater officio iudicis compellitur filiæ legitimam siue dotem constituere. Ita probat text. in l. Pomponius. ff. famil. ercis. & in l. qui liberos ff. de ritu nup. in l. fi. C. de dot. pro mis. quibus concordat l. 8. ti. xj. par. 4.

4 Quartò fallit in alimentis, nam pater in vita tenetur filium alimentare. Ita probat text. in l. cum oportet. in §. cùm autem. C. de bonis quæ liberis. facit etiam text. in l. si quis à liberis. in princip. & in l. non quemadmodum ff de liber. agnoscend. ita tenet Iason in l. in suis. numero 18. ff. de liberis & posthum. De iure regio est tex. in l. 3. ti. 4. li. 3. fori. & in l. 1. & 2. ti. 19. par. 4.

5 Quintò fallit etiam si nullum esset statutum quòd pater teneatur pro delicto filij, vt suprà dixi in secunda ampliatione, tamen si filius propter delictum detineatur in carceribus, cogi potest officio iudicis pater vt assignet legitimam pro filio redimendo, nam si pro dote danda, & alimentis potest cogi, vt suprà dixi, à fortiori potest cogi pro vita filij conseruanda & libertate. carcer enim perpetuus & seruitus, morti æquiparantur, vt in l. interdicit. ff. de conditio. & demonstratio. l. seruitutem ff. de regul. iur. in Authen. si captiui. C. de episcop. & cleric. Ita expressè tenet Guliel. Benedic. vbi dicit hunc casum se audiuisse à Cancellario Franciæ, in repetit. cap. Rainutius, in verbo, in eodem testamento. el 1. nume. 215. quem sequitur Eguinarius Ferdinandus in repetit. l. in quartam, num. 136 ff. ad l. falcid. quæ opinio si vera esset, sequeretur suprà dictum statutum de nihilo seruire.

6 Sextò limita quandocunque pater ingreditur monasterium, quia tunc viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima filijs. Ita probat text. in c. cum simus. de regula per quem ita tenet gl. in c. transmissæ. in verb. mota. qui filij sint legit. & tenet Abb. ibi. Eandẽ opi.

probat tex.in Authen.si qua mulier C.de sacrosan.eccle.& ibi Bal. idem Abbas in cap.in præsentia.de probat.nu.59.& in cap.Rainut. de testam.Aret.in l.j.num.6.ff.de testa.& in l.ex ea parte. in § insulam colum.2.ff.de verb.obligat |Marc. Man.in repet.authen. nouissima.pagi.29.ver.quartò dubitare.Catellia.Cotta in Memoralib. iuris,in verbo,legitima.Coriett.latè in sing incip.legitima.Fabian. de Monte in repe.d.authen.nouissima nu.80.Soc. Iunior in cons.lj. nu.7.volu.1.Pyrrhus Englebern in tracta.de suitate.num.8. Rolandinus Bononien.in trac.vltimarum voluntatum , rub.xv.nu.19.& hanc dicit communem opi.Ias.in authen.si qua mulier.nu.50.C.de sacro sanct.eccle.in d.authen.nouissima,nu.8.C.de inoffic.testa. Felin in d cap.in præsentia, nume.55. Circa quam limitationem , vbi eam tenet & allegat alios doctor.tenentes contrariam partem,vide D. Couarruuias in cap 2.num.7.de testamen. vltra quos vide Pari. in repet.c.in præsentia.nu. 165. de probatio . vbi contrariam partē tenet, & ibi latissimè hoc examinat.

REGVLA CCCLVII.

FILIVS contra patrem in integrum restitui non potest . Hanc regulam probat tex.in l.cùm apud veteres.C.qui & aduersus quos.& ibi doct.præcipuè Iaco de Sanct.Georg.& in l.sed si hàc lege.in §.pen.ff.de in ius vocan.& in l.j.& in l.parentes.& in l.licet ff.de obsequijs à libe.& liber.paren.& patro.præstan.Et circa hanc regulam vltra doctores,in locis ſ.dictis vide Ioan. Mauric.in tract. de restitu.in integ.ca.224.

1 Limita primò procedere quando peteretur restitutio ratione ętatis,secus si ex alia cā,puta legitimæ absentiæ, quia tūc bene restituetur cū non reperiatur iure denegatum,Vt in l.necnon in §. quoties ff.ex quib.cau.maio.& ita expresiè tenet Bar.Bal.& Iaco.num. 2. & cęteri doct.in d.l.cum apud veteres.

2 Secūdò limita procedere vbi filius peteret restitutionem officio iudicis nobilis , secus si via actionis,quia est efficacior,& tunc conceditur ei restitutio contra patrem.Ita probat tex.in l.si superstite. C.de dolo.& ita tenent doct in d.l.cum apud veteres.& ibi Iac.nu. 1.Petr.Rebuf.in gl.ad constitu.regias Galliæ.in 2.par.tract. de restitu.arti.2.glo.6.nu.2.

3 Tertiò limita procedere vbi peteret minor restitui contra patrem , & contra factum patris simul , quo casu denegatur ei restitutio , secus si tantummodò peteret restitutionem aduersus patrē, & non contra factum patris , quia tunc ei non denegatur, Vt in l.2. C.si aduer.rem iudi.ita tenet Iacob.in d.l.cùm apud veteres.num. 1.scilicet si petit restitui aduersus sententiam in fauorem patris latam , quia tunc non impugnat factum patris, sed iudicis, licet aduersus patrem.

Quartò

4 Quartò limita procedere si peteret restitutionem contra factum patris, sed non aduersus patrem de directo, quia tunc non esset deneganda restitutio filio, Vt in l. si in te. C. si aduersus donatio. & ibi Iacobinus de sancto Georgio, numero 2. & in dicta l. cum apud veteres, numero primò.

REGVLA CCCLVIII.

FILIO spurio in supplementum probationis non defertur iuramentum. Ratio est, quia spurius censetur infamis, & eius fides non facit semiplenam probationem. Ita expresse tenet Lud. Roma. in repet. l. admonendi, numero 84. ff. de iu. iur. vbi allegat Azo. in Summa, in titu. de infamibus, sequitur Ioan. Baptista de Caccialup. in dicta repet. l. admonendi. numero. 156. & ibi Lanfrancus de Oriano numero 51. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. Hippoly. in singu. 273. Circa quam regulam vide Gulielmum, Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera. numero 30. Tiraquel. in tracta. de nobilitate, cap. 15. numero 14. & 15. & quod suprà dixi in regula 69.

Hanc regulam ampliat uno modo, & limitat quatuor modis Hippoly. in singula. 273.

REGVLA CCCLIX.

FILIVS comprehenditur appellatione hæredis in materia feudali, & non extraneus. Hanc regulam probat glo. in l. etiam filij. ff. soluto matrimonio, & in l. ex facto. in §. fin. ff ad Trebellia sequuntur communiter doctor. secundum Ludouicum Roma. in dicta l. etiã filij. nu. 2. idem Roma in l. pro herede. in § si quis tamen. ff. de acquiren hæred. quam opinionem tenet Matthæ. de Afflict. in cap. 1. numero 40. de Vasallo decrepitæ ætatis, in vsibus feud. pro qua opinione est text. in capitu. 1. in §. si clientulus. de aliena. feudi hanc opinionem tenet Iacobinus de sancto Geor. in tracta feudorum, in uerbo, præsentes, numero 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludoui. Roma. in dicta l. etiam filij, a numero 1. vsque ad nu. 8. ff. soluto. matri.

REGVLA CCCLX.

FILIVS naturalis legitimatus non succedit in feudum. Hanc regulam probat text. in cap. 1. in § natu ales. si de feudo fuerit controuer. inter dominium, & agna Vasal. in vsibus. feud. Quam opinio. tenet Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. mil. Curtius Iunior, vbi allegat quàm plures doct. eam tenentes, in tracta. feudorum, in 3 parte, quæstio 17. numero 39. Imol. in l. ex facto. colum. 6. ff de uulg Pala. Ruui. in l. 12. Tauri. numero 23. Marcus Mantua in consi. 45. nu. 2.

Vldari.

Vdalricus Zasius in tract.feudorum, in 8.parte, numero 83. Ioan. Andrae. in regula, sine culpa. de regu. iur. lib. 6. Paris de Puteo in tracta. de redintegratione feudi. fol. 79. numero 8. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. tit. 1. §. 1. glo. 3. nu. 6. Carol. Molin. in consue. Pari. tit. 1. §. 8. glo. 1. q. 8. nu. 38. Cuma. in consi. 166.

1 Amplia primò vt non solùm procedat in feudo paterno, uerum etiam in materno, quia in eo non succedit filius naturalis. Ita tenet Iaco. de Arzidone, Andr. de Iser. & cæteri doct. in d.c. naturales. Moti, quia tex. ille non distinguit feudum paternum à materno, & ideo nec nos distinguere debemus l. de pretio. ff. de publiciana, & l. non distingemus. ff. de arbit.

2 Amplia secundò vt procedat siue sint soli, siue cum aliis filiis legitimis & naturalibus. Ita probat tex. in d. cap. 1. in §. naturales, ibi, nec soli neque cum aliis. & ibi expressè tenent doct.

3 Amplia tertiò in filiis adoptiuis, Vt est tex. in d.c. 1. in §. adoptiuus, & ibi etiam doct. & dicam infrà in sequenti regula.

4 Amplia quartò vt non solùm procedat in successione ab intestato, verùm etiam in successione ex testamento, ita expresse tenet Martinus Lauden. in d. §. naturales. quem sequitur Fran. Curt. Iu. in tracta. feud. in 3. par. q. 17. nu. 40.

1 Limita primò non procedere quando dominus concessit feudum Vasallo pro se & suis filiis natis & nascituris, & dominus tunc sciebat quòd Vasallus solùm habebat filium naturalem, quia tunc talis naturalis succedit in feudo, ita in specie tenet Aluarotus in d. §. naturales. Motus, quia scientia domini concedentis hoc importat, argu. tex. in l. si quis ita. ff. de testamen. tute. quem sequitur Curt. Iun. in d. tract. q. 17. nu. 40.

2 Limita secundò nisi esset legitimatus cum hac clausula expressa, quòd succedere possit etiam ad feuda, nam tunc propter legitimam principis potestatem legitimatus succedit in feudo. Ita probat glo. in d. §. naturales. in verbo, legitimi, quam sequuntur ibi docto. & est communiter approbata secundum Matthæ. de Afflict. ibi in 2. notabili, numero 1. Eandem opinio. tenet Anto. Rubæus in consi. 33. numero 3. Paris de Puteo in tract. de redintegratione feudi, fo. 79. col. numero 3. Stephanus Bertran. in consi. 112. numero 25. vol. 2. primæ impress. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, lib. 1. titu. 1. de retractu *Linagier* §. 2. glo. 3. numero 6. Contra quam limitationem facit, nam deficientibus legitimis, feudum reuerti debet ad dominum cui competit istud ius, tanquam ius formatum & causatum è contractu, & in feudatione cui non potest Imperator aut summus Pontifex derogare, etiam cum clausula, non obstante, per notata, in l. quoties. C. de precibus Impera. offeren. nisi fuerit legitimatus de consensu domini, uel nisi ipse legitimus sit. dominus directus feudi, ita tenet Salice. in consi. incipienti, Comes Palatinus, & in quadam disputatione incipienti, Mediolanensis, quem sequitur Alexan. in consi. 60. numero 2. vol. 2. Cardi. Alexandrinus in repe. c. per venera-

nerabilem, in §. quod autem, numero 61. qui filij sint legitimi. Anto. de Rosellis in tract. de legitimario. lib. 2. c. de effectu legitimationis, numero 24. versi. sed ulterius, & eadem ratione videtur dicendum non sufficere consensum solius domini, nisi quando agitur de ipsius tantùm præiudicio, vt in feudo nouo, secus si feudum esset antiquum, quia tunc requireretur consensus & filiorum & agnatorum legitimorum quorum interest, quia ad eos feudum esset reuersurũ, alioquin eis non præiudicaret legitimatio, ita tenet Ludoui. de Sardis in tracta. de natura. liberis, in § de legitimatione per rescriptum, q. 9. numero 15. Zasius in tract. feudorum, in 8. parte, nume. 84. nisi aliqua iusta causa esset vel reipublicæ necessaria, ex qua princeps possit auferre ius alienum. & hanc opinionem in terminis iuris feudali dicit esse veram Carol. Molinæus in consuetu. Parisien. tit. 1. §. 8. glo. 1. q. 8. nu. 39. & in additionibus ad Alex. in d. consi. 60. Quæ opinio non habet locum in feudis hæreditariis, & sic quandocunque feuda sunt redacta ad instar patrimonialium, quia tunc sufficit legitimatio generalis ad hoc ut naturalis in feudo succedat, ita tenet Carol. Molinæus vbi suprà, nu. 39. vbi allegat ad hoc alior doc. Hanc etiam opinionem tenet Chassanæ. in consuetu. Burgun. in tit. *Des fiefz* rubr. 3. §. 3. fo. 111. col. 4. nu. 24. vbi dicit quòd in Ducatu Burgundiæ uixit consuetudo quòd feuda sunt redacta ad instar patrimonialum, idem tenet Guido Papa in deci. 59. & pro ista opinio. est tex. in l. 12. Tauri.

3 Limita tertiò non habere locum in filio legitimato ex subsequenti matrimonio, ut supra dixi in regu. 350. in 6. amplia.

REGVLA CCCLXI.

FILIVS adoptionis non succedit in feudis. Hanc regulam probat tex. in cap. 1. in §. adoptiuus. si de feu. defun. contentio sit inter domi. & agna. Vasal. & sic patet quòd appellatione filiorum in materia feudali non ueniunt filij adoptiui, facit tex. in §. sed adoptiui. Instit. de excusa. tutorum, & in l. si quis ita, in §. j. ff. de lega. 2. & in l. 2. in princ. ff. ad Syllania. & in l. 2. §. adoptiui. ff. de uacatio. mune. Nam appellatione filij, in dubio intelligitur de filio legitimo & naturali, secundum Bart. in l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & ideò si habens feudum decederet, superstite sibi tantum filio adoptiuo, talis filius non potest succedere in feudo nec in emphyteusi. l. filio quem pater. ff. de liberis præteri. tex. in l. fideicommisso, & ibi Bal. ff. de conditio. & demonstra. Circa quam regulam vide Alexan. in consi. volu. 5. Deci. in consi. 399. numero 3. Bartholomæ. Socin. in consi. 10. numero 30. inter consilia Alberti Bruni. Ioan. Oldendor. in tracta. de successio. ab intesta. nume. 34. Roch. de Curte in tract. iuris patrona. c. 12. incipienti, ipse uel is a quo causam habuit. q. 34. nume. 79. Zasius in tract. feu. in 5. par. nume. 48. & in 8. parte, numero 25, & 90.

Hanc

Hanc regulam limitat duobus modis Matthæ. de Afflictis in cap. 1 in § adspeiuus, numero 3. si de feudo defuncti contentio sit inter domin. & agna. Vasal. in vsibus feud.

REGVLA CCCLXII.

Filius repudiata hæreditate non potest retinere feudum hæreditarium. Hanc regulam probat tex. in cap. 1. in fine, an agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, in vsibus feudo. & ibi doctor. præcipuè Matthæ. de Afflict. vbi hoc notabiliter declarat, & tradit materiam huius regulæ, numero 1. facit etiam tex. in cap. 1. in § filius. de capita. qui curiam vendidit, in vsibus feud.

Hanc regulam limitat quinque modis Matthę. de Afflictis in dicto cap. 1 à numero 32. vsque ad numero 38. Eandem regulam limitat decem modis Vldaricus Zasius in tract. feudo. in 8. parte, à numero 9. vsque ad numero. 26.

REGVLA CCCLXIII.

Filio uiuente pater in bonis feudalibus habet vsumfructum: Hanc regulam, ubi plura pro ea adducit, ponit Fran. Curt. Iunior in tracta. feudorum, in 3. parte, quæstio. 4. numero 46. per tex in cap. 2. de fratribus de nouo inuesti. & ibi doct. in vsibus feudo. & alia de quibus ibi per eum.

1 Limita primò nisi feudum esset concessum à principe, quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus aliis bonis acquisitis a principe, iuxta l. cùm multa. C. de bonis quæ liberis, Ita tenet Curtius Iunior in d. tract. num. 47.

2 Limita secundò nisi esset feudum dignitatis cohærens personæ feudatarij, quia nihil acquiritur domino: Vt in l. 3. in § si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Cur. Iunior in supra dicto loco.

3 Tertiò limita nisi feudum esset acquisitum in castris, virtute armorum, puta quia Vasallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuisset, quia tunc non magis acquiritur vsusfructus, quemadmodum in aliis castrensibus, Ita formaliter limitat Bal. in in l. cum oporteat, numero 18. C. de bonis quæ liber. ex cuius verbis inferuntur etiam aliæ duæ præcedentes limitationes.

REGVLA CCCLXIIII.

Filio intestato ac sine liberis vel fratribus defuncto, succedunt parente. Hanc regulam probat tex. in l. in successione, & in Authen. defuncto. C. ad Tertullia. & in Authen. de hæredibus ad intestato venientibus, in § consequens, & in § sequenti, colla. 9. De iure regio est tex. in l. 4. titulo. 13 parte 6. Circa quam regulam vltra doct. in l. 6. & 7. Tauri, vide D. de Couarru. in rubric. de successio.

ab

ab intesta. Ias. in l. post dotem, nu. 105. ff. soluto matrimo. Arnoldū Ferronium. in consuetud. Burdegalen. in titul. de testamentis. § xi. Montal. in glo. l. j. tit. vi. lib. iij. fori. Ioan. Corasi. in l. hæres instituta, nu. 3. C. de impu. & aliis Maturinū Montanum in d. Auth. de hær. ab intest. venien. pagi. 45. versi. si igitur defunctus, colla. ix.

Hanc regulā cum quinque limitationibus posuit Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato, num. 8. cum seq.

Quæ regula hodie corrigitur per text. in l. vij. Tauri qui probat quòd ad hoc quòd frater admittatur ad successionem fratris, requiritur quòd non habeat parentes, quia parentibus extātibus filii nō succedunt cum eis. Quæ opinio probatur etiam per tex. in l. j. titu. vi. lib. iij fori. & licet ibi tex. loquatur quandocunque filius decessit ab intestato, idem est dicendum quando sit condito testamento et vt in l. vi. Tauri: vbi filius non potest grauare patrem vel matrem in testamento quando non habent descēdentes, nisi in tertia parte bonorum: præterquam in ciuitatibus & locis vbi statuta dicunt quòd bona deuoluantur radici.

REGVLA CCCLXV.

Filio durante lite super hæreditate paterna, facienda est sibi prouisio de alimentis. Hanc regulam probat tex. in l. qui de inofficioso. ibi, vt interim possideat & alatur. ff. de inofficio. testa. & in l. si instituta, in § de inoffi. ff. eo. tit. De iure regio probatur in l. viij. tit. xiij. par. vi. Circa quam regulam vide Bar. & docto. in l. si neget. C. de liberis agnos. idem Bar. in tracta. de alimentis, per totum. Matthæ. de Afflict. in decisio. Neapoli. x. & xi. Pala. Ruuios in repe. c. per vestras, in j. nota. ampliatione viij. §. xxxix. Pet. Rebuff. in gl. ad Constitutiones regias Galliæ: in j. parte, in trac: de sententiis, per totum. vbi in articulo j. glo. ij. eam limitat aliquibus modis.

1 Amplia primò siue ipse filius agat super successione bonorum patris, siue contra ipsum agatur: Vt in d. §. de inofficioso. & in l. j. & ibi doct. C. de Carboniano edicto.

2 Amplia secundò siue filius sit in potestate, siue sit emancipatus: quia hodie quo ad successionem & alimenta nulla est emancipationis & patriæ potestatis differentia. Authen. de hæredibus ab intestato venien. § si verò neque fratres. in verbo, nulla, colla. ix. Ita tenet Angel. in l. nihil. C. de vsucapio pro hære. Alexand. in l. cum quidā, in §. suum heredem, colum. fina. ff. de acquirend. hæred. Ias. in l si emancipati, numero 36. C. de collatio. facit quod suprà dixi in reg. lxxxvij. in iij. amplia.

3 Amplia tertiò procedere etiam pendente tempore dato hæredi ad deliberandū: nam filius ali de hæreditate debet, ne deliberationis dilatione pendente fame pereat: vt in l. filius. ff. de iure delibe.

4 Amplia quartò faciendam prouisionem filio siue in prima instātia siue in secunda: licet tex. in d. §. de inofficioso. loquatur in secū-

da

da instantia, & quando filius obtinuit in prima: tamen idem iuris est in prima ex æquitate ne fame pereat: & ne cogatur ob defectum pecuniarium deserere processum, & litibus renunciare. Ita expresse tenet Matthæ. de Afflict. in d. decisio. x. & xi. vbi dicit bis sic fuisse decisum in Curia Neapolitana, & ita expressè tenent Domini de Rota in decis. ij. in titu. de iudic. incipienti, verum filius agens petitione hæreditatis in nouissmi. Aegidius de Bellamera in decisione lxxxviij. & hanc opinionem seruari etiam in Francia tenet expresse Petrus Rebuffus in gloss. ad constitutiones regias Galliæ: in prima parte tracta. de sententiis. articulo j. gloss. ij. numero 5. Licet glo. & ibi doctores in dicto §. de inofficioso. in verbo, decerni. contrarium teneant.

5 Amplia quintò habere locum non solùm in filio, verùm etiam in nepote, pronepote, & abnepote: in recta tamen linea, cùm in eis sit eadem ratio. Ita tenet Masuerius in practica: in tractat. de possessorio, §. item & recredentia. facit quod suprà dixi in regu. lxxxvij. in iiij. amplia. & pro ista opi. est tex. in d. §. de inofficioso. qui loquitur de nepote: quamuis Paul. de Cast. intelligat illum tex. in filio.

6 Amplia sextò habere locum in patre: nam si pater litigat cum filio suo, vel petit successionem filii, debet illi fieri etiam prouisio de alimentis: quia non minùs parentibus quàm liberis piè relinqui debet hæreditas, & ex ea ali, Vt in l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. gl. in c. prædicator. xvi. quæst. j. & in c. cùm Apostolus. de cēs. in l. scripto hærede. in fi. & ibi glo. ff. vnde libe. Facit quod suprà dixi in reg. lxxxvij. in vij. amplia. & in reg. lxi. & l. viij. tit. xiij. par. 6.

7 Amplia septimò procedere in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, cùm nihil vel parum à legitimis differant, Vt in cap. tanta. qui filii sint legit. & in l. cùm quis. C. de natura. liber. & in §. fina. Instit. de nupt. facit quod suprà dixi in regu. cccl.

8 Amplia octauò procedere siue agatur possessorio siue petitorio: cùm utrobique versetur eadem ratio, vt in l. illud. ff ad l. Aqui. vnde si filius minor à primogenito partem hæreditatis petat, per actionē familiæ erciscundæ poterit etiam ad prouisionē durante iudicio, vt frater bona possidens teneatur illi aliquid assignare lite pendente.

9 Amplia nonò etiam si filius esset in utero: quia ventri fiet prouisio & in possessionem admitti debet, Vt in l. j. & per totum. ff. de vētre in possess. mitten. nam in fauorabilibus qui in vtero sunt pro natis habentur, ut in l. qui in vtero. ff. de statu homi. & ita expresse tenet Masuerus in practica: in titu. de possessorio. nu. 26.

10 Amplia decimò habere locum in qualibet parte litis, etiam post litem contestatam. Ita concludit Ioan. Gallus in decisio. Parisiensis Parlamenti. quæs. cxxviij. Ratio est: quia semper oneratur filius cui non fit prouisio: ideo semper poterit fieri ante sententiam definitiuam, & ante conclusionem causæ: iuxta notata in c. cùm dilectus. de fide instrum. ita tenet Petrus Rebuffus in suprà dicto tract. de sentētiis in principio, nu. 25. & in d. gl. ij. nu. 14.

Amplia

11 Amplia vndecimò etiam si filius longo tempore captus esset ab hostibus: tunc illi reuerso facienda erit prouisio, Vt in l. apud hostes. & in l. seq ff. de captiuis & postlimi. reuer.

12 Amplia duodecimò siue fuerit vir, siue mulier: quia eadem ratio versatur in vtroque: ergo &c. Argu. text. in l. maximum vitium. C. de libe. præteritis.

1 Primò fallit quando filius non esset in possessione filiationis, nec habitus pro filio vel consanguineo illius cui vult succedere: tunc non fiet sine causæ cognitione illi prouisio. Ita tenet Bart. in l. si neget. nu. 2. ff. de libe. agnoscen. per tex. in l. j. in §. si ea. ff. de ventre in posses. mitten. & in l. iij. in §. causæ. ff. de Carbo. edict. & in l. si quis à liberis. in §. si vel parens. ff. de liberis agnoscen. ibi, si constiterit & in c. per tuas. de probatio. Stephanus Aufredus in decisione capellæ Tolosanę, decisione lxxvij. Et quæ causæ cognitio requiratur, ponit tex. in l. vij. titu. xix. par. iiij.

2 Secundò fallit quando filius mouens quæstionem successionis esset diues, & posset se aliunde alere, Vt in l extraneus & in l. seq. & ibi Bar. ff. de ventre in posses. mitten. & in l si. C. de ordine cogni. Ias. in Authen. res quæ. C. communia de legat Panor. & alii in cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulte. De iure regio est tex. in l. vi. tit. xix. par. iiij.

3 Tertiò fallit quando filius esset ingratus, vel aliàs constaret saltem summarie eum esse hæreditate & bonis priuatum: quia tunc sicut non est alendus, ita nec prouisio facienda: quæ maximè ob alimenta fieri debent, Vt est glo. in l. si quis à liberis. in §. idem iudex. in verbo, detulerat. ff. de liberis agnoscen. similis est glo. in l. fina. in verbo, promeruerit. C. de alen. liberis. & ibi Bart. quas gloss. sequitur Alexan. in l. j. colum. iij. ff. solut. matrimo. Stephanus Aufredus in d. decisio. Capellæ Tolosanæ, decisi. lxxvij. Philip. Deci. in l. iura sanguinis. ff de regul. iuris. Aretio in l. iij. in §. filius numero 9. ff. de liberis & posthum. Roma. in singula. ccxxv. Franc. Cremen. in singul. xx. Gerardus de Petra sancta in singul. j. Pala. Ruuios in l. xlix. Tauri, numero 8. Ias. in l ius autem ciuile. numero 18. ff. de iustit. & iure. Chassa. in consuetu. Burgund. in titu. *Des iustices*. Rubric. j. §. 4. fol. 33. col. j. numero 19.

4 Quartò fallit quando filius vel is qui petit hæreditatem vendiderit eam, vel renuntiauerit illi: nam etsi contractum dicat valere, & eius petat rescisionem, prouisio fieri interim ei non debet. Ita tenet Ioan. Gallus, vbi dicit quod ita Parisiis fuit iudicatum, in quæst. cxxij. incipi. primò fuit dictum contra vxorem. quem sequitur Pet. Rebuffus in d. tract. de sententiis. artic. j. glo. ij. nu. 26. nam qui pretio fruitur, nõ minus habere intelligitur quàm qui principaliter re vtitur, l. quia. ff. de vsufr. & remittentibus iura sua, non est ampliùs dãdus regressus, l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic. & c. quàm periculosum. vij. quæstio. 1. & pretium succedit loco rei, l Labeo. la j. ff. de verb. significatione.

Quintò

5 Quintò limita non procedere in adoptiuis filiis petentibus successionem: quia appellatione filiorum in hac materia non veniunt filii adoptiui. Vt in c. in præsentia. & ibi not. Docto. de probat & in l. fideicommissum. ff. de condi. & demonstrati. facit quod suprà dixi in regula lxxxvij. in ij. limitatione. & ita etiam tenet Pet. Rebuffus in d. gloss. ij. numero 27.

6 Sextò limita in spuriis & in aliis naturalibus quibus non debentur bona paterna, nec legitima in illis: & sic eis non debet fieri prouisio, Vt in l. j. & per totum. C. de naturalibus liberis. Bart. in l. fi. C. de alen. liber. quod de æquitate canonica non procedit, ut in cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte. Et pro ista opinione est tex. de iure regio in l. viij. titul. xiij. par. vi. Circa quam limitatio. vide l. ix. & x. Tauri. & ibi doct. D. de Couar. in Epitome de sponsal. in ij. par. c. viij. §. vi. per totum.

7 Septimò fallit in alimentis præteritis: quia in illis non competit alimentorum priuilegium, Vt in l. de alimentis. C. de transactio. & sic in illis appellari potest, & appellatio recipitur. ita tenet Specul. in titu. de appella. §. in quibus. nu. 11. Quam limitationem intellige vt per Feli. in c. cùm dilecta. nu. 16. de rescrip.

8 Octauò limita quando collateralis peteret hæreditatem fratris aut consobrini: tunc non fit prouisio: quia fratri non censetur hæreditas quasi debita sicut hæreditas patris, ut in l. in suis. C. de libe. & posthum. quod est verum quandocunque collateralis peteret hæreditatem consanguinei ab intestato: secus si eam peteret ex testamẽto. Ita concludit Petrus Rebuffus in d. glo. iij. nu. 32.

REGVLA CCCLXVI.

Filivs spurius de iure ciuili nec inter viuos neque in vltima voluntate potest aliquid capere de bonis parentis. Hanc regulam probat tex. in Authen. quibus modis natur. effici. sui. in §. fi. colla. 7. tex. in l. j. & in Authen. licet. C. de natura. libe. & in Authen. ex complexu. C. de incestis nupt. De iure regio est text. in l. x. titu. v. libr. 3. fori & in l. x. titu. xiij. par. vi. Circa quam regulam vide Bart. in l. fi. ff. de his quibus ut indig. & in l. si quis ex bonis. & ibi Docto. ff. de vulg. & pupil. Abb. & Docto. in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam pol per adulter. Deci. in c. in præsentia. nu. 105. cum sequen. de probatio. Cifuentes & docto. in l. ix. & x. Tauri. Pala. Ruuios in repeti. c. per vestras. in §. x. Roderi. Xuarez in lectu. l. j titu. vi lib. iij. fori. fol. 86. pag. 2. uersicu. qui autem dicantur filii spurii, usque ad fi. D. de Couarru. in Epitome de sponsalibus: in 2. par. c. viij. §. v. & vi. Guliel. Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisione quinta, nume. 122. cum sequen. Segura in repeti. l cohæredi. in §. cùm filiæ. nume. 122. ff. de vulgari. Angel. de Cambel. in tract. de testamen. in glo. lxxxv. Ioan. Bessianum in consuetu. Aluerniæ, c. xij. de successio. & testamen. art. xj. Matthæ.

23. Matthæ.de Afflict.in decisio.Neapol.decis.xcvi. Chassa.in consuetu.Burgund.in titu. *Des successions*. Rubri.viii.§.iii.fol.284.col. ii.nu.1.cum aliis.Bermondum in tracta. de publicis concubinariis. pagi.310.ver.impropriè Papa.à nu.1.vsque ad nu.fi. Nicola.Boer. in decisi.ccxxvii.Nicola.de Vbal.in tracta. de successio. ab intestato:in j.par.nu.44.cum aliis.Marti.Lauden.in tract. de legitimatione.nu.72.cum aliis. Ioan.Guald.in tracta.de arte testandi:titu.j.cautel.xiiii.per totam.Ioan. Guald. in repeti.l.i.nu. 101.cum aliis. C. de secun.nup.Parisi.in consi.xi.nu.10.lib.ii. Iacobi.de S.Georg. in l.qui testamentum.num.5.cum aliis.ff de probatio. Ioan.Bapti.de Caccialupis in repe.l si qua illustris.nu.69.cum aliis. C.ad Orphicia.Ioan.Corasi.in l hæres institu.nu. 5.C.de impube. & aliis.Bart. Soci.in consi.lxix.vol j.Corne.in consi.xxv.& in consi.cccx.vol.i. & in consi ccxvii lib.iii.Alex. in consi. lxxiiii.lib.iii & in consi.cl. lib.ii.idem Corne.in consil.ccxxxvi.libr.ii. Lauren. Calca.in consi. lxii.Rolandi.Bonon.in tracta de testa.Rubri.xviii.Ex quibus omnibus amplia & limita sequentibus modis.

1 Amplia primò in tantum procedere quòd non valeat statutum disponēs spurios ex testamento,vel alia vltima voluntate posse succedere patri suo: quia statutum præberet occasionem fornicandi,l. conuenire.ff de pact.dotali.c.quemadmodum.de iureiuran. Ita tenet Frede.de Senis.in consi.cclxv.nu.1.& in consi.cclxxvii. Are.in l.cunctos populos.nu.15.& Bal.nu.13.C.de summa trini.idē Aret. in l.testamenti factio.ff.de testamen. Ias.in l.ait prætor. in prin.nu. 12.ff de iureiuran Bartho.Soci.in consi.xcv.nu.9.libr.iiii. Deci.in c.ii.in ii.lectu.in ii.not.de constitu. Et hanc dicit commu.opi.Ioā. Baptista de Caccialupis in repe.d.l. cunctos populos.nu.170. Deci.in c.in præsentia.nu.124 de probatio.Ioan.Guald.in tracta.de arte testandi.in titu.j.caute.xiiii.nu.1. Ferdina. Loazes in tracta. de matrimo.in ij.dubio in ii.fundamento pro parte negatiua, num.7. vbi adducit alios quàm plures docto.dicentes eam communem,idē Loazes in tracta de conuersione Paganorum:col.xxii.nu.7. versic. ex hac ratione. Nicola. Boeri.in decisi. cxxvii.nu.9. Gubiel.Benedict.in repe c Raynutius in prin.nu 39.& hanc opi.tenet Bermondus in d.tracta.de publicis concubi.pag.344.à nu.63.vsque ad nu. 65.Pala.Rnuios in l.ix.nu.6 in ll.Tauri.

2 Amplia secundò vt hæc nostra conclusio non solùm procedat de iure ciuili,verùm etiam de iure diuino.Vt habetur Genesis 21.cap. vbi dictum est Abrahæ.eiice ancillam & filium:quia non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. quod idem attestatur Apostolus ad Galatas iiii. cap. Quod dictum etiam obseruatur de iure canonico: vt in c.non omnis xxxii.q.ii.& in c.dicat aliquis.xxxii.q.iiii.& refert Augustin. in c.quid est.xxxv.q.vii. vbi dicit quod ex lege Dei statutum est quòd illi qui ex incestuoso coitu nascuntur,nullo iure parentibus succedant.

3 Amplia tertiò quòd si spurio aliquid relinquatur, id à lege legi

timis liberis vel cognatis proximioribus defertur. Ita tenet Bal. & ibi Sali. in l. j. p tex. ibi. C. de natura. liber. Bar. in l. fi ff. de his quib. vt indig Ias. nu. 9. in l ii. C. de hæred. institu. & eam dicit communē Alex. in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig & in consi. lxxiiii. nu. 6. vol. iii Eandem opi. vbi notab. eam examinat, tenet Bermondus in d. tractat. de publi. concubi. pag. 318. nu. 21. versi. ego autem puto contrarium. Sed si venientes ab intestato agere noluerint, vel dissimulauerint, vel tacuerint intra duos menses, inuadit fiscus tales res. ita probat tex. in l. j. in §. quibus tacentibus. C. de natura. liberis. & ita expressè per illum tex. tenet Bal. in l. certum, nu. 17. versicu. sed pone bastardus C. vnde legi. Bermondus in d. tracta. pagi. 311. nu. 7. Rolaudinus Bonon. in tract de testamen. Rubr. x viii. nu. 1. Lud. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis: in fi. in versi. l. secūdò videndum est, nu. 1. Ioā. Garronis in repe. l. j. nu. 101. cum aliis. C. de secun. nup. Et pro ista opi. est tex. in l. x. tit. xiii. par. vi.

4 Amplia quartò quòd si instituatur spurius, talis institutio est ipso iure nulla: cū in ipso iure sint incapaces: Vt in Auth. quib. modis natura. effici. sui, in § fi. collat. vii. & in Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & in l. si spurius. ff. vnde cogna. & in l. si pater. & ibi glo. & in l. nec apud. C. de hæredi. instituen.

5 Amplia quintò vt tales filii non possint præscribere sibi relictū à patre. Ita tenet Bal. in l id quod pauperibus. col. fi. C. de rei vendica. pro qua opi. allegat gl. nota. in l. nemo. ff. de vsucap. pro lega. vbi probatur quòd spurius vel aliàs incapax non potest præscribere tali præscriptiones in qua requiritur titulus, prout in vsucapione, & præscriptione longi temporis, si voluerit præscribere tanquam sibi relictum ab eo à quo capere non potuit Eandem opinionem tenet Salice. in d. l. nullo dicens istud procedere etiam si iusto errore putasset se esse legitimum: & ita intelligit glo. idem tenet ipse Sali. in l. j. C. pro hærede. Eandem opi. tenet Alex. vbi hoc duobus fundamentis comprobat, in consi. lxxiiii. nu. 7. vol. iii. Bermondus in tractat. de publicis concubinariis. pagina 315. nume. 16 Cor. in consi. ccxxxvi. nu. 4. vol. ii. Fran. Balbus in tracta. præscriptionum, in iiii. par. iiii. partis princ. q. x viii. per totam. & in repe. l. Celsus, in i par. num. 9. ff. de vsucapi.

6 Amplia sextò quòd si pater in testamēto mandaret bona sua vel partem distribui inter pauperes vel coniunctos, vel illis executor viderit distribuenda, non poterit executor eligere spurium. Ita tenet Bal. in l. id quod pauperibus. C de episco. & cleri. nu. 34. q. xxii. Ratio est: quia spurius non venit appellatione coniunctorum, nec executor poterit illa bona distribuere contra prohibitionem iuris in personam prohibitam, ne concedatur per indirectum quod prohibetur directe: & si distribueret spurio, videtur esse relictum à patre, quia factum exequutoris exequentis voluntatem iudicatur idē cum facto testatoris: vt in l. vnum ex familia, in §. si de falcidia quæratur. ff. de lega. ii. vbi dicit tex. quòd electus non dicitur capere ab

illo

illo qui eum eligit, sed ab illo cuius iussu electus fuit. Eandem opi. tenet idem Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. & pro ista opi. est text. in l. si his qui. ff. de vulgari. vbi qui non potest capere per se, nec alio mediate: nec etiam videtur datum arbitrium exequutoris, vt dispo-nat contra ius: vt in l. quanquam ff. de ritu nupti & in l. Lucius ff. ad municipa & pro ista opi. est tex in d. l. i. C de natura. libe. eandẽ opi. tenet Cor. in consi. ccxxxvi. nu. 10. vol. ii. Bermondus in tracta. de publicis concubinariis, pag. 311. nu. 8. Ioan. Gualden. in tracta. de arte testandi: titu. i. caute. xiiii. nu. 9. Guliel. Benedict in repet. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in v. decisio. nume. 122. de testame. Pala. Ruuios in l. ix. nu 16. Tauri. Alexand. in consi. liiii. nu. 1. vol. vii. Lauren. Calca. consi. lxii. nu 7. Quam ampliationem declara vt per Nicola. Boerium vbi ponit Doct. tenentes contrarium in deci. cxxvii. nu. 14 & 15.

7 Amplia septimò habere locum econuerso. nam ita eodem modo pater non succedit filio. Ita concludit Bal. in Auth licet. C. de naturalibus liberis. quia inter eos nullum ius agnationis vel cognationis reperitur: vt notatur in l. hac parte. & in l. si spurius. ff. vnde cogna. Hanc opi. tenet idem Bald. in l. j. C. de episco. & cleri. & ante eum tenuit Azo in Summa. C. de hæredibus instituen. & C. de legiti hæredib. Barto. in l. fina. nume. 5. ff. de his quibus vt indignis. Guliel. Benedictus in repeti cap Rainuntius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisio v. nume. 133. Ias. in § pœnales. nume. 61. Institu de actio vbi pro hoc allegat text. in dicta authen. l. licet. liberis. Hanc etiam opinionem tenet Matthæss. in tracta. de successionibus ab intestato. in ii. memb. ii. artic. princi nume. 6. Bermondus in tracta. de publicis concubinariis, pagina 257. nume. 77. versi. & econuerso notate. vbi hoc notabiliter declarat Alexand. vbi allegat Barto. in aliis locis idem tenentem, in consi. cl. nume. 6. libr. ii. Chassaneus in consuetud. Burgun. in titu. *Des successions*. Rubric. vii. §. primo nume. primo & secundo, fol. 283. colum. ii. Ioannes Baptista de Caccialupis in repeti. l. si qua illustris nume. 77. C. ad Orficianum.

8 Amplia octauò quòd tales filii spurii non succedunt parentibus ex parte patris ab intestato. Ita probat text. in d. l. i. in fine. C. de natura. liberis & in l. si spurius. ff. vnde cogna. & ita expresse tenet Cinus in Authen. itaque. C. commun. de successio. & in l si qua illustris C. ad Orfician. Ioan. Faber in §. nouissimè Insti. eod. titu. Ioa. Bapti de Caccial. in repet. d. l. si qua illustris nume. 79. & hanc opi. tenet Ludo. de Sardis in tracta. de natu. libe. in §. de successione spuriorum. in vii. q. nume. 12. Cifuentes. in l. ix. Tauri. nu. 4. De iure regio probatur in l. xii. tit. xiij par. vi. Quod in filiis clericorum locũ non habet. quia nec ab intestato nec ex testamento succedunt parentibus ex parte patris: vt in l. xxii. tit. iii. lib. j. ordina. & in l. ii. tit. iii. lib. v. ordina. quæ ll. approbantur etiam per l. ix. Tauri. & ibi hoc tenet Cifuentes. num. 12.

9 Amplia nonò habere locum in filio incestuoso: nam filius incestuosus scilicet natus ex consanguineo & consanguinea, non succedit parentibus. Ita tenet gl & ibi communiter Doct. in d.l.si qua il lustris in gl in ver.cum legitimis.& in §.nouissimè. Insti.ad Orphi cia.tex.in l.xi.titu xvii.par.vii.& pro ista opi.est tex quem ibi notat & intelligit Cifuentes in nu. 11.in d.l.ix.Tauri. Roderi Xuarez in gl.i tit vi.lib.iii Fori,fol.95. pag. 1.versi. hæc n successione parentum. & hanc esse commu. opi. tenet Baptista de Caccialupis in repe.d l.si qua illustris, nu.96.

10 Amplia decimò habere locum in filiis adulterinis:Vt est tex.quē ibi ad hoc notat Cifuentes, nu.2.in d.l.ix.Tauri.

11 Amplia vndecimò adeò procedere quòd talis filius non poterit aliquid à patre capere ex lucratiuo contractu aut oneroso,per se neque per interpositam personam:Vt in l.j.& ibi gl.Ci.Bar.Bal.& Salic.in d.l j.C.de natu.libe.licet contrarium teneat gl.ij.in l.qui testamentum.ff.de probatio.quæ in contract i oneroso cōtrariū dixit, quā sequitur Bal.in l.si is qui.ff.de vulga. & pupil.sed illam glo.reprehendunt ibi Iacobus Butri.Sali.& Flori.ne per hunc modum facilicet fraus fieri possit de contractu ad contractū. Hanc etiam opi. tenet Io Guald.in tract.de arte testandi,titu j.caute ,xiiii num. 3. Guliel Benedict.in repe.c.Rainutius,in ver.& vxorē nomine Adelasiam,in decisi.v.nu. 129.Aret.in l.si is qui ex bonis. nu 6.in fin.ff. de vulg.& pupil.Bermondus, vbi eam notabiliter intelligit, in tractata.de publicis concubinariis:pagi. 325 nu.32 versi. & prædicta cōclusio.Iacobi.de Sancto Georg. vbi eam notabiliter declarat. & gl. ibi,quæ communiter vt suprà dixi reprobatur, in d.l.qui testamentum.nu.8.cum seq.ff.de probatio.

12 Amplia duodecimò procedere vt neque substitui possit per patrem. Quod procedit in substitutione vulgari: quia virture talis substitutionis non potest succedere.ratio est:quia directe & nō per interpositam personam per vulgarem succeditur patri,cùm sit eius testamentum:vt in prin. Instit.de vulga. Et istud procedit etiā quādo pater grauasset filium naturalem & legitimum restituere hæreditatem spurio.quia per istam fideicommissariam succedere nō posset:cùm per illam succedatur in bonis testatoris per mediam personam instituti:vt in l.cohæredi.in § cùm filiæ ff.de vulga in quibus bonis spurius est incapax.si verò spurius fuerit legitimo filio substitutus pupillariter,tunc eueniente casu substitutionis admittetur ex expressa pupillari ad bona impuberis tantùm:ad quæ bona spurius est capax,etiā ex dispositione patris,quia licet sit prohibitus succedere patri,non tamen prohibetur succedere fratri:vt est tex. in l.si his qui ex bonis.ff de vulga.& pu.& hanc distinctionē posuit gl. fingu.in Authen.quibus modis natura.effician. sui, in § fin.in verbo, participium.collat.vii.Hanc opinionem sequitur D. Couarruuias in iiii Decre.in ii.parte,cap.viii.§ v.nu.4.Guliel.Benedic.in repe. c.Rainutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam. decisio.v.nu.

128.Ban-

128. Eandem opi. vbi eam notabiliter examinat, tenet Bermondus in tract. de publi. concubina pagi. 316. nu. 17. ver. sed an spurius.

13 Amplia decimotertiò ꝙ si pater cùm non possit aliquid relinquere filio spurio, donauit bona sua ecclesiæ, & ecclesia postea donauit spurio, non valet donatio, quia secunda donatio præsumitur remuneratio, quæ non potest fieri in persona spurij. Ita tenet Bal. in l. eam quam, nu. 40. C. de fideicommiss. quem sequitur Pala. Ruui. in repe. rub. de donation. §. xxx. nume. 14. vbi dicit esse valde notandũ, & vidisse in practi. Facit etiam quod notat idem Pala Ruui. in d. rubri. §. lxvij. num. 19. Sed Bal vbi suprà, concludit, ꝙ si ecclesia instituta vel cui donatum est à patre, posteà donaret spurio intuitu pietatis & paupertatis, vel expressa causa remunerationis, talis donatio posset sustineri de iure. & ita expressè tenet Alexã in consilio liiij. numero 1. volumi. 7. Bermondus in tracta. de publicis concubinarijs. pagi. 312. nume. 10.

14 Amplia decimoquartò vt talis filius non succedat in feudum. Ita tenet Bal. in consi. ccvij. nume. 1. volu. 2. pro qua opin. est tex. in c. j. in §. naturales. si de feudo defunct. conten. sit inter do. & agnat. vasal. Eandem opin. tenet Io. Andr. in c. lator. & in c. per venerabilem. qui filij sint legit. Pala. Ruu. in repet. ca. per vestras. in §. x. nume. 4. Bellam. in decisi. 742. substitu. de dona. Bermondus in tract. de pub. concub. pag. 311. nu. 6. Facit š. dixi in reg. 360.

1 Limita primò non procedere quãdo filius spurius instituitur sub conditione, scilicet si legitimabitur, quia tunc bene valet talis institutio. Ita tenet Bal. Imo. & Alex. in l. Gallus, in § instituens. ff. de libe. & posthu. Albe. in l. libertas testamento per illum text. ff. de manumiss. testa. & in l. quod conditionis ff. de donat. cau. mort. pro qua opin. est glo. in l. fi. in 6. intelle. ff de reg. Caton. quam ad hoc allegat Bal. in l. seruus C. de leg. facit etiam tex. in l. in tempus ff. de hæred. instit. & in l. sicut. & ibi gl. in princ. ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. Et hanc opin. dicit esse comm. Lancel. Deci. in d. §. instituens. & ibi Ias. num. 5. & Io. Gual. in trac. de arte testandi, ti. 1. cau. 14. nu. 15. & Catell. Cotta in ver. spurius el. 3. & Curt. Iun. in consi. lxxxiiij. nu. 7. Lancel. Galiau. in repe. l. Gallus in § & quid si tantum. num. 4. ff. de libe. & posthu. Et pendente conditione legitimationis spurius potest petere bonorum possessionem, ex qua obtinebit administrationem hæreditatis, antequã legitimetur, vt in l. si quis instituatur hæres. & ibi Bart. & alij Doct. ff. de hæred. instit. idem tenet Bal. in l. fi. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. D. Couarruuias in Epitome, de sponsalib. in 2. par. cap. 8. §. v. nume. 12. Pala. Ruu. in repeti. Rub. de donationib. §. xxxix. numero 4. Franci. Curt. Iun. in dicto consi. 84. nume. 4. Ioann. Guald. vbi refert alios Doct. contrarium tenentes, in dicta cautela 14. nume. 15.

2 Limita secundò non procedere in nepote, nam nepos legitimus & naturalis ex filio spurio, deficiente prole legitima, potest ab auo hæres institui. Ita tenet Bartol. numero tertiò Imol. & Alexand.

Areti.& Iaſ.in l.Gallus.in §.quid ſi his.ff.de liberis & poſthu.idem Bartol.in conſil.cxviij.incipiente,odoſius habens filium. vbi dicit quòd ita fuit iudicatum . Pan.in c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo quam poll.per adulter. vbi concludit quòd licet pater nõ poſsit inſtituere filium ſpurium,non tamen prohibetur ab auo. Hãc opinionem dicit eſſe communẽ Iaſ. in l. hæreditas numero 8.C. de his quibus vt indignis.Alex.in conſi. lxxiij nume.2.lib.3.& ibi Carol.Molinæ.in eius addit.Deci.in conſi.ccccl xij.num.17.& 18.Corneus in conſi.xxv.nume.10.volu.1. Ioan.Guald.in d.caut.xiiij. nume.12.Bermondus in tracta.de publicis concubinarijs, pag.346.nume.65.ver.apud Legiſtas difficilior oritur dubitatio.vbi eã ibi mouet.& in pagi.350.nu.70.eam determinat.Nicol.Boer.in deci.127. numero 16.per gloſ. quam ibi Doctor. ſequuntur in d.l.fi.C.de natural.liber.Didacus del Caſtillo in l.ix. in glo.in verbo,ex teſtamẽto.in legibus Tauri.Guliel.Benedict.in repetitio.cap.Raimutius. in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam. deciſi.v.nu.131. Hanc etiam dicit communem Roder.Xuarez in lectu.l.ix.titu.xj.lib.1.Fori.fo. 73.pagi.2 verſi.conſideratum.& in lectura l.j.titu.6.lib.3.fori. fol. 88. pagi.2.verſi. circa hoc quęritur de pulchra quæſt. licet contrarium videatur tenere Chaſſan.in conſuetu.Burgun.in ti. *Des fiefz*, rub.3.§.5.fol.113.col.4.numero 70. ſed in effectu ibi tenet communem opinionem , quia debet intelligi opinio eius ſtante prole legitima , prout in effectu concludit Iaſon , ad quem ſe remittit in dicta l.hæreditas .

Quæ limitatio in nepote nato ex filio inceſtuoſo non procedit , ſecundum Bald.per text.ibi in l.ſi quis inceſti. nume.2.C. de inceſtis nupt.quem dicit eſſe vnicum idem Bald.in cap.in pręſentia, numero 35.de probation. Hanc opin tenet Ant.Corſet.in ſingu inci. hæres,el 4.Hippol in ſingu.cxliiij Alex. in d.§.quòd ſi his . Quam opin.dicit eſſe commun.Salicet. in d.l.ſi quis inceſti. hanc etiam tenet Ciſuentes in l.ix.nu.7.Tauri Docto. Couarruu. in Epitome, de ſponſalibus,in ſecunda parte,cap.8.§.v.nume 30.Bermondus in tractatu,de publicis concubinarijs,pagi.35.nume.70.verſi iſta concluſio indubitanter procedit. Gulielm. Benedict.in repe.cap Raimu.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.deciſione 5 numero 131. Corneus in conſilio xxv.numero 15.vol.1.Caſtillo in dicta l.ix.Tauri, verbo,ex teſtamento.Roderi.Xuarez in lectu.l.primæ,titu.6.lib.3. fori,fol.89.pagina 1.licet contrariam teneat Paul de Caſtr.in filio inceſtuoſo,in dicto §.quod ſi his nu.6.ad quem reſpondit Rod.Xuarez vbi ſuprà.& ab opi.Bal.velit recedere Iaſ.in d.§.quòd ſi his.nume.25 eandem opi.Bal.in d.l.ſi quis inceſt.. dicit eſſe communem Martin.Laud.in tracta.de legitimat.nu.73.

Quod in nepote ex filio clerico locum non habet,ſed poſſunt ab auo inſtitui.ita tenet Bal.in d.l.ſi quis inceſti.nume.2.verſi. quæro nunquid hæc lex C.de inceſt.nupt.Ratio in qua ſe fundat eſt , quia ſuprà dicti filij clerici non ſunt inceſtuoſi,ſed ſpurij & ex ſtupro nati.

ti. Quam opin.tenet Petrus, Cinus, & Salice.in l.2.C. de episco. & cleric. Abb.in cap.ex tenore & in c.causam quæ.& in c.lator qui fi lij sint legiti. Alexand.in dicto §.quòd si his.nume.9 Roderic. Xuarez in lectura l.ix.titu.11.libro 1.fori, fol.73 pagi 2.eandem opin. dicit esse commu. Corsettus in singu.in verbo, fornicatio & Cifuentes in l.ix.nume.7 Tauri pro qua opinione est glo.in c. per venerabilem. qui filij sint legit.in verbo, adulterinis.vbi filios clericorũ vocat adulterinos.

3 Tertiò limita quandocunque pater aliquid relinquit spurio si ingrediatur monasterium, nam tale legatum bene valet. Ita tenet Guliel.de Cugno, & ibi Bald.in num.3 versicu.iuxta hoc quæro. in l.j.C.de sacrosanct. eccle quem sequitur ibi Andr.de Besetis in repeti.nume 111. Ratio est secundum Bald. quia sicut per oblationem curiæ filij legitimantur, vt in Authen quibus mod.natura. effician. sui.§.si quis igitur.colla 7. ita per oblationem monasterio factam. & illud dictum Bald.sequitur Alexan.in additio.ad Bartol. in l.cùm quis C.de natur libe.& in l.necessarijs, nu.13.ff.de acquir. hæredit. & ibi Franc.de Aret. Cifuentes in l.x nume.15.Tauri Hippol.in singu.cclxxiij. Iacob de sancto Georg.in Authen. non licet, numero 11.C.de liberis præteritis.

4 Quartò limita non procedere de iure canonico, nã de iure canonico filio, spurio, adulterino, vel incestuoso, debentur alimenta, vt est tex.in c.cùm heberet. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adulter. Ratio est, ne filius fame pereat De iure Regio est text. in l.8.titu.13 par.6 & Abb.in dicto c.cùm haberet.in vlti.notab. dicit illum text. non esse alibi ad hoc. Et huic iuri canonico statur hodie, etiam de iure ciuili, secundum glo.in dicto c. cùm haberet. in fine quam glo.sequitur ibi Abb Card.& alij. Corset.in singu.incipiente, spurius.& hanc dicit communem opin. Ias.in consi. xxvj. nu.4.libro primo Ioann Gualden.in tracta de arte testandi, titu.1. caute.xiiij. numero 13. & circa hanc limitationem vide quæ dicam in sequenti regula.

5 Quintò limita vt pater teneatur filiam spuriam dotare, cùm dos succedat loco alimentorum. Ita tenet Bar.in d. Authen. ex complexu. vbi dicit se ita dixisse & consuluisse, quòd vsque ad quantitatem sufficientem pro alimẽtis, pater potest filio spurio relinquere, & eodem modo filiæ spuriæ pro dote sua, cùm sine aliqua dote neque potest ali neq; nubere. Quod dictum dicit esse menti tenendum Panor.in d.c.cùm haberet, nu.5.idem tenet ipse Bart. in l.si fraudator.in §.qui à socero ff.de reuo his quæ in fraud cred. dicens quòd si clericus dotasset filiam suam spuriam, valeret donatio, neque ab ea posset auferre quatenus ipsa de iure canonico posset capere pro alimentis. idem tenet idem Bartol.in l.fi.nu.7 ff de his quib. vt indig. Hanc opin.tenet Roder.Xuarez in lect.l j.ti.6.lib.3 fori, fo.91 pag.1.ver.& per dictum c.cùm haberet. Circa quam limitationem vide quæ dicam in regula sequenti.

6 Sextò fallit quandocunque filius esset legitimatus, nam tunc potest instituì à patre. Ita probat text.& ibi Ioann. Faber in l. cùm quis in fine C.de natu.libe.text.in Authen.quibus modis naturales efficiantur sui.in §.nullum collatio 7.& ita tenet Bald.in ca.de causis.numero 34.de officio delega.quem sequitur Iaso.in Authenti. si qua mulier nume.47.C.de sacro san. eccle.& in l.hac consultissima §.ex imperfecto.colum.1.C.de testamen.Catellianus Cotta in Memoralib.iuris,in verbo,spurius,el 3. Deci.in consil.cclviij nume. 5. & Bermondus in tracta.de publicis concubinarijs, pagi.327.numero 39.& in pagi.359.numero 81.Cifuentes in l xij.nu 2. in legibus Tauri. pro qua opinione est text.ibi, inquantum dicit quod extantibus filijs legitimis & naturalibus,non succedat legitimatus, ergo à contrario,si non extant,succedit. Facit quod suprà dixi in regu. lxix.& vltra ibi dicta notādum est quòd licet filius legitimatus succedat in bonis patris & possit institui à patre, tamen non gaudent nobilitate parentum, sed tenentur contribuere, sicut si legitimati non essent, vt in pragmat.ix. Anno 1544. Per quam pragmaticam corrigitur l.ix.in fine titu.decimoquintò parte quarta, & in d.l.12. in fine Tauri.

7 Septimò limita in filijs spurijs Principum, nam Princeps potest eis donare,& filias dotare. Ita notabiliter concludit Bald.in consil. ccccclvj.nu.9.volu.5.facit etiam quod notat idem Bal.in consi.217 num.11.volu.1. quem sequitur Nicol.Boer.in decisi cxxvii.nume. 17. Hanc etiam opin.tenet idem Bald.in c.j.nu.30.de constitutio. vbi dicit ꝙ Princeps de plenitudine potestatis hoc facere potest,licet Barb.teneat contrariam opi.in d.c.j.nu.192.de consti. vbi dicit ꝙ Princeps potest dotare filias suas spurias eatenus quatenus sufficiat ad alimenta, per gl in d.c.cùm haberet.& per alia, de quo ibi per eum.& hoc modo dicit ꝙ procedit dictum Bal.ibi.& illud dictū Barb.sequitur Chass.in consue.Burg.in ti. *Des successions.* in §.3.fo. 285.col.2.nu.14. Sed si hoc esset verum, nullum priuilegium esset in Principe,cùm quilibet priuatus hoc possit facere,etiam si sit clericus,vt s.dixi in 5.limit. Præterea pro doctri.Bal.facit quod s. dixi in regu.43.in 5.limita.

8 Octauò fallit in matre, nam non extantibus descendentibus legitimis & naturalibus, filius naturalis vel spurius succedit matri tā ab intestato quàm ex testamento. Ita probat tex. in l.hac parte. & in l.si spurius.ff.vnde cogn.& in l.j.in §.sed si vulgò ff. ad Tertull. & in §.nouissime. Insti.eo.tit.Probatur etiam de iure regio in l.ix. Tauri.vbi inquit l.ꝙ extantibus filijs legitimis & naturalibus, tales filij naturales tm̄ vel spurij ex dispōne matris sunt capaces 5. partis bonorum. & ita expresè tenet ibi Cifuentes nu 1.Quod tamen est verum nisi talis filius esset natus ex damnato & punibili coitu ex parte matris, quia tunc etiam non extantibus filijs legitimis, filius non succedit matri præterquàm in quinta bonorū parte duntaxat,si sibi relinquatur, non aliàs.& ita expresè probat suprà d.l.9.

Tauri.

Tauri. & ibi expresse hoc tenent Cifuentes & Doct. & text. ibi ponit in fine quando filius dicatur natus ex damnatus & punibili coitu. Quod etiam ponit D. Couarruuias in Epitome de sponsalibus, in 2. parte, cap. 8. §. 5. num. 15. cum seq. Quod tamen procedit præterquàm si talis mater esset per vim stuprata, quo casu talis filius adulterinus non extantibus legitimis succederet matri. ita tenet Bal. in l. eam quam. nu. 25. C. de fideicommis. vbi tenet quòd si tyrannus habuit accessum ad aliquam mulierem per uim, quòd filius inde natus non dicitur spurius. Quam opi. tenet idem Bal. in l si qua illustris. nu. 1. C. ad Orficia. quem sequitur Cifuentes in d. l. 9. num. 2. & ibi Pala. Ruui. nu. 15. Nicola. de Vbaldis in tracta. de successio. ab in testa. in 2. parte, numero 45. Pro qua opinione est tex. in c. 1. 2 & 3. & in c. ita ne. 32. q. 5. & in c. presbyteros 50. dist & in c. 1 5. q. 6. vbi probant illa iura quod ea quæ fiunt contra voluntatem facientis, non imputantur ipsi facienti. Probatur etiam per text. in l. cura. in versicu. neque si per vim. ff. de mune. & honori. Facit etiam pro hoc illud quod notat Ang. de Peru. in l. 1. in §. remouet. ff. de postu. vbi tenet quòd sponsa violenter cognita ab sponso, potest ingredi monasterium eo inuito, sicut anteà poterat, quem sequitur Hippo. in l. 1. in §. prætereà, numero 12. ff de quæstio.

9 Nonò limita ut possit institui hæres per viam fideicommissi, nam spurius fraude cessante potest institui hæres a patre dummodò grauetur purè alteri restituere suprà d hæreditatem. Ratio est, quia cū pater possit, imò debeat hodie spurio relinquere alimenta, ut in 4 limitatione dixi, & hoc debeat seruari in utroque foro. Est ergo regula quòd qui aliquid capere potest, licet solidum capere non possit, potest institui hęres, & grauari alteri restituere purè. ita probat textus in l. cogi. in § hi qui solidum. ff. ad Trebel. vbi glo. 1. ponit exemplum in filio naturali. sed cum spurius hodie possit aliquid à parentibus capere, & æquiparetur in hoc filio naturali, d. c. cum haberet, ergo idem est dicendum in filio spurio quod in naturali. Ita in specie determinat Ang. & ibi Imol. in l. in tempus. ff. de hæredi. institu. idem Ange. in l 2. C. eod. titu Alexan in d § hi qui solidum. Bermondus in tracta. de publicis concubinariis. pagin. 317. numero 20. Pala. Ruuios in repe. ca. per vestras. §. 10. numero 12. quod etiam uidetur tenere Rode. Xuarez, licet non se bene firmet, in allegatione 27. fo. 196. pagi. 2. versic prætereà imò. Ex quo apparet quòd licet decisio glo. in l. eam quam. in verbo, coguntur. C. de fideicom sit iuridica, tamen Doct ponentes exemplum ibidem de incapace in totum, scilicet de spurio, errant per inaduertentiam, habentes respectum solum ad ius ciuile, vetans spuriis à parentibus alimenta relinqui. de quo in d. Authen. ex complexu. C. de incestis nupt. cum similibus & non respicientes seu considerantes ius canonicum, de quo in dicto cap. cum haberet. corrigens in hoc ius ciuile cui standum est. Et hanc limitationem, intelligo veram, vt supra dixi, quandocunque constaret in se nullam fraudem continere, aliàs non procederet,

ret, secundum Io de Imo in d.l. in tempus. Alexan. in d.§. hi qui solidum. & in d.l. 2.C. de hæredi. insti. Corneus in consi. 217. numero 3. volumi. 3. Io. Gualdensis in tracta. de arte testandi. titu. 1. cautela 14. numero 10.

10 Decimò limita in fratre, nam frater spurius natus ex eadem matre succedit fratri suo spurio. Ita probat tex. in l. si spurius. & in l. hac parte. ff. vnde cogna. & ita expresse tenet Ludoui. de Sardis in tracta. de legitimatione. in 3 parte, cap. de spuriorum successione. q. fin. Matth. de Afflict. in decisio. 96. Bermond. in tracta. de publicis concubinariis. pagi. 358. numero 78. Catellianus Cotta in Memora libus iuris, in verbo, bastardus. el 1. Circa quam limitationem uide D. Couarruui in Epitome de sponsalibus, in 2. parte, capitulo 8. §. 5. numero 19.

11 Vndecimò fallit quando filius spurius institutus est ab hærede patris. Ita concludit Barto. in l. si his qui ex bonis, numero 3. in 2. q. ff. de vulga. & pupil. vbi dicit quòd dicta institutio facta in fauorem spurij, est valida, quia ex tali actu testandi non debet præsumi fraus. argu. tex. in l. edicto. in §. sed hæredem. ff. de aliena. iud. mutan. cau. fact. quem sequuntur ibi omnes Doctor. secundum Ias. numero. 10. Hanc opinionem ante Bar. tenuit Specula. & ibi Io. Andrę. in titul. de successionibus ab intesta. in §. quid si pater instituitu. numero 30. Bal. in l. eam quam, numero 54. C. de fideicom. vbi pro ista opinione adducit glo. in Auth quibus modis natu. effici sui. in §. fin. in verbo, participium. col. 7. hanc opinionem tenet Alex in consi. 51. nume 3. lib. 2. vbi adducit text. in l. qui titij testamentum. ff. de his quibus vt indig. in ver. principaliter. vbi dicitur quòd principaliter consideratur institutio quæ fit per hæredem, non autem consideratur institutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hæredis. Et hanc opinionem tenet Bermondus in tractatu de publicis concubinariis, pagina 314. numero 14.

Porrò circa hanc regulam cadit quæstio notabilis, An clericus iam quòd non possit instituere filium vel donare, possit instituere vel donare nurui. Hanc quæstionem reperio in iure nostro tangi per Hostien. in ca 1. in 2. col. de testamen. vbi concludit quòd cum talis donatio censeatur fraudulenta, quòd nullo modo valeat, per iura quæ ibi allegat, & per suprà d. in hac nostra regul. & sequitur Ioan Andræ. ibi & Cardi. 1. colum. numero. 3.

Contra quam opinionem, ibi, in c. cum in officiis. de testamen. videtur mihi magis uerum per sequentia fundamenta, & in primis facit, nam clericus de bonis patrimonialibus potest testari. c. 1. c quia nos. de testamen. etiam de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, ex quadam generali consuetudine nostræ Hispanæ, vt in c. cæterùm. de donatio. & ibi gl in uerbo, ratum. ita tenet Syluester in Summa, in verbo, clericus. in 4. versi. 2. Guido Papa in decisione 115. Ioan. Bernar. in practica, cap. 124. & ita expresse concludit D. Couarru. in ca. cum in officij. numero 9. quod hodie decisum est per quandam Extrauagantem

gantem Iulij Tertij nostri Romani Pontificis. vbi permittitur omnibus clericis tam episcopis quàm presbyteris vt possint testari de quibuscunque bonis acquisitis, siue intuitu patrimonij siue intuitu ecclesiæ,& sic dico quòd clericus non solùm de proprijs bonis, verum etiam de acquisitis intuitu ecclesiæ potest nurui donare. Et quòd talis donatio in se non contineat fraudem, ut præsupponunt supra d. Doct. patet ex sequentibus fundamentis, nam ex tali donatione filio spurio nihil quæritur præter alimenta quę habet ex illis bonis donatis vxori constante matrimonio, ut in l. doce ancillam. C. de rei uend. & in l. 7. titu. 11. par. 4. traditur per Doct. in l. in rebus C. de iure dot. vbi probatur quòd maritus constante matrimonio est dominus rei dotalis. quòd intelligendum est impropriæ, ut in l. 1. §. si vir. ff. ad Syllania. quia maritus tantummodò debet recipere fructus dotis ut alat familiam, ut in supra d. iuribus. Et patet hoc, quia soluto matrimonio dos reuertitur ad ipsam uxorem, vel ad hæredes eius. & sic talis donatio non videtur frudulenta, cum clericus possit filio suo alimenta relinquere, ne fame pereat, ut in d. ca. cum haberet. & in l. 8. tit. 13. par. 6. & ita dixi suprà in 4. limita. & dicam infra in regu. sequen. & pater clericus tenetur dotare filiam, cum dos succedat loco alimẽtorum, ut suprà dixi in 5. limitatione. Quod non solum habet locum ex bonis patrimonialibus, verum etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, ut est gloss. in cap omnino 31. distin. facit quod infrà dicam in regula sequenti, in 3. Ampliatione. Et si dicatur quod talis donatio facta nurui esset fraudulenta, quia excederet quantitatem, ut in d. regula sequenti, in 3 amplia. hoc esset verum in persona filiorum, sed in persona nurus, hoc non est fraus, nec donatio dicitur excedere quantitatem, cum, ut suprà dixi, maritus ex bonis datis vxori suæ à patre clerico præter alimenta. & sic sibi necessaria alia habere non potest. Nec obstant dicta in regula sequenti, in 5. limitatione. quòd si filius possit aliàs habere vnde se alat, quòd pater nõ tenetur eum alimentare, hoc est verum quòd pater non tenetur, sed licet non teneatur ita ut possit compelli, si vult bene potest. & sic nubere filium cum uxore cui fecit donationem, licet filius, vt suprà dixi, habeat dominium. Et si opponatur etiam quòd talis maritus potest institui ab uxore, hoc etiam non obstat cum spurius possit institui ab hærede patris. & valeat institutio vt suprà dixi in 11. limitatione. Prætereà quia est in potestate uxoris instituere maritum uel non, Nec etiam obstat quòd isti habeant inter se filios, & post mortem matris hæreditas clerici ad eos deueniat, quia tunc donatio non censetur fraudulenter facta, cum clericus possit instituere nepotes ex filio spurio natos, ut suprà dixi in secunda limitatione, in fine. & sic non est fraus quòd post mortem aui clerici, uel matris hęreditas uel donatio peruenit ad nepotes filij spurij clerici. Et sic concludo valere talem donationem per supradicta fundamenta, & per alia quæ ex suprà dicta regula & sequenti possunt colligi. verùm etiam si post mortẽ nurus cui clericus fecit

cit donationem, illud quod ex donatione peruenit ad nurum, & sic ad vxorem filij spurij, veniat ad hæredes vxoris soluto matrimonio isti heredes tenerentur maritum, & sic filium spurium alimentare ex hæreditate clerici si filius aliàs non habet vnde se alat, non per text. in Auth. pręterea. C. vnde uir. & vxor. sed per dicta in sequenti regula, in quarta ampliatione, vbi non solum parentes, verum etiã hæredes ipsorum tenentur alere filium spurium. Quæ opinio suprà dicta maximè procedit si talis donatio esset nurui à clerico facta ante quàm cum filio contrahat matrimonium, licet postea contrahat, cum post donationem sit in arbitrio uxoris contrahere matrimonium cum filio eiusdem clerici uel non.

REGVLA CCCLXVII.

FILIVS spurius de iure canonico, debet habere alimenta à parentibus. Hanc regulam probat text. in cap. cum haberet. in fine, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulte. Circa quam regulam vide Doctor. suprà positos in præcedenti regula, & Lambertinum, vbi circa alimenta plura adducit, in tracta. iuris patronatus, in tertia quæstione princi. 3. lib. à primo articulo vsque ad finalem, folio 392. cum sex sequentibus.

1 Amplia 1 vt dispositio huius regulæ seruetur in vtroque foro, quia ius ciuile in hoc corrigitur per suprà dictum tex. in d. cap. cum haberet. ita probat glo. in d. c. cum haberet. in gloss. fina. in si verbis, vbi hoc tenent Doctor. sequendo d. glo. præcipuè Abb. numero 5. & hanc opinionem dicit esse commmunem. Deci. in capitulo clerici. numero 4. de iudic. & in præsentia, numero 115. de probatio. Hanc etiam opinionem dicit esse communem, Ripa in repetit. l. si vnquam. quæstione xxvij, numero 68. C. de reuocand. donatio & in Rubri. ff. de verborum obligatio. numero 58. & Corsettus in singulari incipienti, Filij spurij. & in Repertorio ad Abb. in verbo, alimenta. Neuiza in sua Sylua nuptiali, libro tertiò, numero 25. Bernardus in tracta de publici concubinariis, pagina 34. numero 62. Carcaneus in consi. 62. numero 12.

2 Amplia secundò non solum procedere in uita, uerum etiam in morte. nam parentes in morte possunt relinquere alimenta filiis spuriis, ita tenet Barto. in l. fi. nu 7. ff. de his quibus ut indignis, vbi dicit quòd filio potest aliquid relinqui à patre tempore mortis, tantum ut sufficiat illi ad alimenta. quem sequitur Roderi. Xuarez in lectura l. 1 titu 6. lib. 3 fori, fo. 91. pagi. 1.

3 Amplia tertiò habere etiam locum in dote, nam pater tenetur dotare filiam spuriam, & potest aliquam rem ei assignare in morte pro dote. Ratio est, quia dos succedit loco alimentorum, & bonum est argumentum de alimentis ad dotem, ut in l. cum post. in §. gener. ff. de iure dotium. & in l. prima. ff. soluto matrimo. ita tenet Barto. in dicta l. finali, numero 7. ff. de his quibus vt indignis. Abb.

in d.c.cum haberet.nu.5.Roderic.Xuarez in d l j.tit.vi.lib.iij fori. fol.91.pag.1.& vide quod suprà dixi in regu.præcedenti,in.limita. Quod non solum habet locum in laicis,verum etiam in clericis:quia clerici tenentur dotare filiam ratione alimentorum,tam de iure canonico quàm ciuili.ita tenet Bar.in d.l.fi. ff.de his quib. ut indig & in l.vxorem.in §.pater.ff de lega.tertio. quem sequitur Guliel Benedict.in repe.c. Raynutius.in verbo,dotem quam et dederat.num. 23 Ioan.Bapti.Caccialu in repet.l.si qua illustris. nu.92 C.ad Orphicia. Cifuentes in l.ix.Tauri,nu.9.Quod non solùm habet locum in bonis patrimonialibus, verùm etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis. ita probat gloss.in c.omnino.xxxi.distinctio.& ita tenet per eam,vbi eam notabiliter declarat Pala.Ruuios in repe.c.per vestras.§.xxiij.nu 13 Bermondus in d trac.pag.337.nu.53 & 54.

Quod est verum nisi dos excederet magnam quantitatem: quia tunc præsumeretur fraus:secundum Bar.in l j.C.de natu libe.Abb. in consi cxv.vol.ij.facit tex.in l.filiæ.ff de lega iij. & in l.quæro.ff. de iure doti.Ioan.Gual.in tracta.de arte testandi:titu.j. caute xiiij. nu.13 Rodericus Xuarez in suprà dicto loco. Nicolaus de Vbaldis in tracta.de successio.ab intestato in j.parte, nu.50.Nicolaus Boer. in decisio.cxxvij.nu.7.Guliel.Benedictus in repet.c. Raynutius. in verb & vxorem nomine Adelasiam decisi.v.nu. 126. de testament. Matthesi.in tract.de successio.ab intestato:in iij memb j.arti.num. 18.Cifuentes in l.ix Tauri nu.10. Chassa. in consuetu.Burgund.in titu.*des successions*.Rub.viij.§.iij.nu.11.fol 285.col.ij Caccialup.in repet.l.si qua illustris nu.91. Quod tamen hodie de iure regio est taxatum vsque ad quintam partem bonorum patris, quã potest relinquere filiis spuriis pater vel mater in vita vel in morte: de qua filii possunt ad libitum disponere in vita vel in articulo mortis,etiã quantum ad proprietatem:ut probatur in l.ix.& x. in legibus Tauri:& ibi Cifuentes & Doct.Pala.Ruuios in repet.c per vesteras.§. xxiiij.nu.10 Xuarez in lectu.l j.ti vi.lib iij.fori,fol.91.pag1.2.

4 Amplia quartò procedere ut non solùm pater & mater teneantur eos alimentare,verùm etiam successores ipsorum.Ita tenet Bal. in Authen.licet.C.de naturali.libe.& notatur in d.c. cùm haberet. Chassa in consuetu.Burgun.in titu.*Des successions*. rubric.viij §.iij. fol.284.col.iij nu.3 Bermon.in tractat. de publicis concubinariis: pag.336.nu.52.Lauren.Calca.in consi lxij.nu.17. Matheli.in sing. cxlviij.Abb.in consi.cxv.in ij.volu.Et pro ista opin.est text.de iure regio.in l.viij.titu.xiij parte vi. Quod etiam procedit si fiscus sit hæres.ita tenet Pala.Ruuios in repet.c.per.vestras § xxiiij.num.8. & 9.& sic quòd quandocunque bona sunt confiscata, fiscus teneatur alimentare filios,etiam spurios.

5 Quintò amplia habere locum in filiis incestuosis.Ita notabiliter per d.c.cum haberet.tenet expresè Nicol.de Vbal in tracta.de successio.ab intesta in j.par.nu.46.& ante eum Imo.in l.ex facto.in §. si quis rogatus.el j.in v.col.nu.7.ff.ad Trebellia.D. de Segura.in l.

cohæredi.

cohæredi. in §. cùm filiæ. num. 123. ff. de vulga. & pupil. D. Couarru. in Epitome de sponsalibus, in ij par c. viij. §. vj. nu. 6 in fi. Roderic. Xuarez in l. j. tit. vi. lib. iij fori, fol. 91. pagi. 2. Quæ opinio comprobatur per text. in l. ix. Tauri: vbi permittitur matri vel patri relinquere filiis incestuosis quintam partem bonorum suorum ratione alimentorum. Licet contrarium teneat Bal in Authen. ex complexu. nu 1. C. de incestis & inuti. nupt. & Pala. Ruuios in d. l. ix. nu 50. Tauri & Ludoui. de sardis in tracta. de naturali. liberis: in §. de obligatione inter patrem & filium. nu 4. in fi.

6 Amplia sextò procedere vt pater vel mater pro anima filii spurii præmortui possit in vita sua donare, vel in morte relinquere: quia licet post mortem cibo non indigeat corporali, tamen necessarius ei est cibus spiritualis pro anima: & cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei spiritualis pro redemptione animæ. Ita tenet Io. Faber in §. pœnales. Instit. de perpetu. & tempora actio nu. 8. in fi. quem sequitur Guilel. Benedict. in repet. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisio. v. nu 125. de testamen.

7 Amplia septimò habere locum etiam in nepote vel pronepote: nam auus & proauus deficiente patre vel matre tenentur alere nepotes & pronepotes Ita per tex. in d. c. cùm haberet. in fi. tenet Nicol. de Vbal. in tract de successio ab intestato. in j. par. nu. 47 quem sequitur Bartho Soci. in consi. clxj. nu. 1. lib. ij. col. ij. versic. quartò & vltimò præmitto. eandem opinionem tenet D Couarru. in d. Epitome, in ij. par. c. viij §. vi. nu. 16. vbi dicit quòd non obstat text. in l. v. titu. xix. par. iiij vbi probat tex. filios spurios alendos esse à matre, auo, & proauo materni generis. quia text. ille loquitur secundum rigorem iuris ciuilis non autem attenta æquitate iuris canonici, de qua in d. c. cùm haberet.

8 Limita primò hanc regulam nō procedere quandocunque filius habet vnde se alat: nam tunc pater non tenetur eum alere. Ita probat text in l si quis à liberis, in § sed si filius. ff. de libe. agno. tenet Anto. de Butrio, & ibi Abb. in d. c. cùm haberet. num. 10. Batist. Caccialupus in repeti. l. si qua illustris. nume. 93. C. ad Orficia. Socin. in consi. cxxi. nu. 47. lib. iiij. Lauren. Calca. in consi. lxij. nu. 14. Nicol. de Vbaldis in tract. de successioni. ab intestato. in j. par. nu. 49. Dec. in consi. ccccclxxvi. Alex. in consi. lxxiiij. nu. 4. lib. ij. & Bermondus in tracta. de publicis concubinariis, pag. 339. nu. 58. versi. sed aduerte. Cifuentes in l. ix. numero 1. Tauri, vbi concludunt quòd quandocunque tales filii habent vnde se alant, vel possunt se aliàs suis laboribus alimentare, patres ad hoc non tenentur. Quæ limitatio in se maximam æquitatem de iure videtur continere: quia ratio finalis suprà dictæ regulæ est, ne filii spurii priuati alimentis, pereant fame. quæ ratio cessat quando spurius habet bona vel artem ex quibus potest se alimentare. nam tunc cessat dispositio huius regulæ: & cessante ratione, cessare debet dispositio legis: ut in l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patrona. De iure regio probatur in l. vi. tit. xix.

par. iij.

par.iij. Quod tamen intellige procedere nisi dedecus sit filiis artẽ quam sciunt exercere. ita conclu lit Bar. in tract. de alimentis. quem sequuntur suprà dicti Doc. & ita tenet Pala Rui. in repet. c. per vestras. in §. xxiij. numero 7. D. Couarruuius in d. Epitome de sponsa. in ij. parte, c. viii. §. vi. numero 9.

2 Limita secundò quandocunque pater eget & nõ habet vnde possit prædictos filios alere: nam tunc non tenetur vltrà quàm facere potest. Ita probat gloss. in d. c. cum haberet & ibi Abb. per eum, nu. 10. De iure regio probatur in l v. titu. xix par. iiij.

3 Limita tertiò quando talis filius committit aliquam ingratitudinem contra patrem: nam omnes causæ sufficientes ad exhæredandũ filium de quibus in Authen. vt cùm de appellatione cogno. in §. causas. colla. viij. glo. in c. quintaua. lis. de iureiuran. sufficiunt ad priuãdum eum alimentis. Ita probat gloss. in l. si quis à liberis. in §. idem iudex. in ver. detulerat. ff. de libe. agnoscen & in l. fiu. in ver. promerueris. C. de alen. libe. & ita expressè tenet Abb. in d. c. cũ in haberet. nu. 10. & facit quod supra dixi in reg. ccclxviii. in iii. limita.

REGVLA CCCLXVIII.

FILIVS non potest institui à patre sub conditione casuali vel mixta, nisi sub contraria exhæredetur: alioquin testamentũ est nullum. Hanc regulam probat tex. in l si pater. C de institut. & substi. ibi, iure testatus non videtur. Facit etiam tex. in l j. ff. de iniust. rup. tex. in l. Lucius. in verb. nullius esse momenti. ff. de condi. & dem.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bernard. de Luco in regu. dccxxvij. remittendo se ad Ias. in d. l. si pater. Eandem etiam ampliat quinque modis, & limitat vno & viginti modis Gerardus Alber. in repet. d. l. si pater. à nu. 62. vsque ad nu. 131.

Circa quam regulam notandum est quòd hodie corrigitur d. l. si pater. & talis conditio reiicitur de medio vsque ad legitimam filii, & valet testamentum. ita tenet glo in d. l. si pater. in uerbo, erat: & in l. suus quoque. in verbo, constat. ff. de here. instituen. Bart. in d. l. si pater. nu 2. vbi dicit quòd vsque ad suum tempus omnes Doct. tenuerunt contra suprà dictam glo. in d. l. si pater, pro qua opin. adducit tex. in l. scimus. in §. cùm autem. C de inoffic. testamen. quam opinio. glo. & Bar. dicit esse communem Ias. in d. l si pater. numero 19. & ibi Alexand. & Docto præcipuè Iacobi. de sancto Georg. nu. 13. vbi dicit quòd in quæstione facti obtinuit secundum opin. illius glo. & quod ita fuit iudicatum per tres sententias. Eandem opi. vbi latissimè eam examinat, & dicit suprà dictam regulam esse correctã per tex. in d. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testam. tenuit Roderi. Xuarez ubi plura in hoc adducit, in repeti d l quoniam in prioribus fol. 6. col. iij. versi. sed ad pleniorem intellectum huius legis, à nume. 1. vsque ad fin & idem Xuarez in eadem repet. fol. 14 in v. ampliatione, per totam, eandem opinionem tenet Franc. de Ripa

in

in rubr.ff.de vulgari.nu.157.Bernar.de Luco in d.regula dccxxvij. Montaluus in glo.l.ix.tit.iij.parte vi.& Guliel.Benedict.in repet. c.Raintius.in verbo,deliquit.nu.28. de testam. Pro qua opinione videtur tex.de iure regio in l.ix.& xi.titu.iiij.parte vi.& in l.xvij. titu.j.parte.vi.in fin.ibi, *deuen la auer libre y quita sin embargo y sin agrauamiento y sin ninguna condicion*. Licet aliqui Docto.quos refert Roderi.Xuarez in d.fol.6 teneant contrariam opin glo.& Bar.& licet opin.contrariam dicat esse veriorem Deci. in d.l.si pater.num. 14.in pen.col.in medio.ver.in fi.glo.sed ibi etiam dicit opin. suprà dictam Bar.& glo.esse commu.quam opi. Decii sequitur Ioan.Corasius in Rubri.nu.9.C.de impube.& aliis substitionibus.

REGVLA CCCLXIX.

FILIVSFAMILIAS non tenetur de mutuo. Hanc regulam probat text.in l.j.& ibi Doctor ff.ad Macedonia. De iure regio est tex.in l.iiij.titu.j.par.v. Circa quam regulam vide Docto.in l.iij. §.j.ff.quòd cum eo.Ias.in l.qui cùm se.ff.de re iud.Bald.in l.Macedoniani.C.ad Macedo in l.si filiusfamiliàs.ff.si certum peta.Gome. in princ.Institut.de actio.nu.47.Alciatum in tracta.præsumptionū, in j.regula præsump. xlij.

Hanc regulam limitat quinque modis text.in l.ij.C.ad Macedonia.eandem regulam limitat vndecim modis Petrus de Vnzola, in practica artis notariatus.in §.de filiofamiliàs & vnde dicatur.à nu. 25.vsque ad fi.& ibi à nu.1.vsque ad nume.25 tractat materiam huius regulæ.quas xj.limitationes ante eum posuit gloss.in §.illud.in verbo,senatus.Institut.quòd cum eo.

1 Vltra quas limitationes limita j quandocunque filiusfamiliàs recipit pecuniam mutuo ab altero fratre qui etiam erat in potestate patris.Ita probat glo in l.frater à fratre.in glo. magna:versic.item quæro.ff.de condi.indeb. quæ vult quòd alter frater obligetur naturaliter & ciuiliter.& cum effectu:& sic glo.non vult quòd habeat locum senatusconsultum Macedonianum.Quam glo.ad hoc ponderat Sal.ibi Bal.in l.si col iij.circa fi C.quod cum eo. eandem gloss. dicit esse veram & non habere contradicentem in hoc, vbi assignat rōnem huius similitudinis,Ias.in l.frater à fratre,in j.lect.nu.36.

2 Limita secundò non procedere in foro conscientiæ: nam filiusfamiliàs qui vtitur exceptione Macedoniani,vbi verè fuit sibi mutuatum, peccatum: Ita concludit Innocent in cap.quia plerique,in fi.me.5.de immunita ecclesi quem sequitur ibi Abb.num.26.Alex.in additio.ad Bar.in l.j.in j.additio ff.ad Macedo.Ias.in l.si filiusfamiliàs,numero 1.ff.si certum peta.

REGVLA CCCLXX.

FILIO studenti mutuum factum,potest repeti à patre. Hanc regulam

regulam probat tex. in l.sed Iulianus, in §.proinde, & ibi glo.ff ad Macedonia.& ibi Barto.glo.in l.Macedoniani, in verbo, non recusaret. C.eod.tit. Hanc opinionem tenet Bal.in l. omni modo, in §. imputari, col.fin.C.de inoffi.testamen. Alex.in l.fi.C.de nego.gest. Soci. in regula cxxxvii. in i.limita. De iure regio probatur in l.vi. titu.j.parte v.

1 Amplia primò habere locum si receperit libros commodatos, & posteà moriatur: nam tenetur pater eos restituere sicut mutuum: Ita tenet Ioan.de Anania in c.i.de Magist.Petrus Rauennas in Alphabeto suo, in ver.scholaris.quos sequitur Petrus Rebuf. in tract. de priuilegiis scholarium:priuil.lviii.nu.2.

2 Amplia secundò etiam si contra voluntatem patris filius esset in studio:nam tunc pro ea parte quam domi expensurus erat, pater indistinctè tenetur: Vt in l.iii.in §.proinde.ff.de in rem verso.& ita expressè per illum tenet Petrus de Vnzola, vbi hoc declarat, in practica artis notariatus.§. de filiofamilias, & vnde dicatur, nu.30.

3 Amplia tertiò habere locum in monacho. nã si abbas mittit monachum ad studium, in dubio videtur se obligare ad expensas factas per monachum in studio: Ita expressè concludunt Doct. præcipuè Areti. vbi hoc notabiliter declarat, in cap. ex parte, nu.13. & 14.de accusatio.

4 Amplia quartò non solùm habere locum in filio studenti, verũ etiam in alio quocunque filio quandocũque fecisset se debitorem, vt se aleret: quia tũc teneretur pater soluere illud debitum contractum pro alimentis: vt notatur in l.libertis quos, in §.1.ff.de alime. & ciba.lega.& ita expressè tenet Matthæ.de Afflict.in decisio. Neapoli.decisi.x.nu.4.Aret.in d.c.ex parte, nu.13.

1 Limita primò quando filius erat aptus ad studium, & studebat: alioquin pater non tenetur:vt in l.Stichus.ff.de leg.iii. Quod tamen est verum quando filius erat in studio voluntatem patris: si verò esset in studio de voluntate patris, tũc siue filius bene studeat siue non, pater tenetur:nisi pater crederet filiũ bene studere, & creditor sciebat eum non dare operam literis: tunc patri daretur exceptio contra mercatorem petentem pecuniam mutuatam, argum. tex.in l.si quis cùm sciret.ff.de vsucapio.pro empto. & in l.cũ quis. ff de solutio.& ita expressè tenet Petrus Rebuff.in d.tract.de priuileg.schola.priuil.lviij.nu.6.& 9.

2 Limita secundò procedere tantummodò vsque ad eam quantitatem quam pater solebat subministrare filio, non vltra. Ita probat tex.in d.l.sed Iulianus, in §.quod dicitur.ff.ad Macedonia.& ita expressè tenet ibi Sali.& Albe.nu.10.

3 Tertiò limita habere locum considerata patris facultate & alia familia: & secundum hoc debet iudex arbitrari vt pater teneatur, & non vltra. Ita tenet Albe.in d.l.sed Iulianus, in §.quanquam nu. 11.ff.ad Macedonia quem sequitur Petrus Rebuffus in d. tract. priuil.lviii.nume.7.nam saltem tenebitur pater ad illam quantitatem

quam domi studens erat impensurus,& non vltrà: quia ibi non viuebat vento,vt lupus:vt dicit glo.in l.fi.C.de alimen.pupil.præstā. facit quod suprà dixi in iiii. ampliatione. Quam limita. intellige quando filius erat in studio contra voluntatem patris, vt etiam dixi suprà.

4 Quartò limita quandocunque constaret quòd pater prouidebit filio suo de rebus necessariis: nam tunc pater nō tenetur de mutuo facto per filium etiam studentem, Ita probatur de iure regio in l. ii.titu.xix.par.iiii. Quod tamen est verum quandocunque is qui mutuauit filio, sciebat quòd pater prouidebat ei de rebus necessariis:secus tamen si hoc ignorabat:nam tunc bene potest agere contra patrem: vt in l.sed & si pupillus,in §.præscribere.ff.de institutoria,& in l.fina.ff.pro suo, & ita expresśè tenet Salic.in d.l.sed Iulianus,in §.quod dicitur,in final.verbis ff. ad Macedonia.

5 Quintò limita non procedere hodie de iure regio: vt in pragmati.vi.de Valladolid, Anni Domini 1542. vbi fuit statutum quòd si aliquis mutuauerit vel vendiderit aliquam rem filio scholari, non possit mutuum vel debitum à patre vel à matre petere, nisi ab ipsomet filio. Quam pragmaticam intelligo veram nisi clarissimè constitisset quòd pater non prouidebat filio suo de alimentis necessariis in studio: quia tunc illud quòd appareret esse mutuatum filio, bene posset à patre peti, non obstante supra dict. pragma. vt suprà dictum est.

REGVLA CCCLXXI.

Filivs scholaris non tenetur libros à patre datos, post eius mortem coferre,licet cum fratribus succedat: sed eos habebit præcipuos.Tex.est & ibi glo.in l.quæ pater.ff.fami.herciscun. & in l.filiæ cuius.C eod.tit.& ibi Cin.& Salice.Bart.in l.j.§. nec castrense. ff.de collatio. bono. glo. in pragmatica sanctione: in titu.de collationibus:in §.vt liberius & hæc opi.est communis secundum Ias.in l.filiæ licet,in fi.C.de colla.Alberi.& Alex.in l.si donatione.in fin. eod.titu. Fabianus de Monte, in repe. Authen. nouissima.quæstio. xxvi.in prin.C.de inoffi.testamen Alexand. in consil.50.nu.17 lib. vi.& in consi.cxlix.in fine, lib.vii.Ioan. Sanxon in Consuetud. Turonens.in tit. *De succeßion de gens roturiers*.fol.309.col.iiii.Pala.Ruuios in l.xvii.Tauri.nu.16.& ita expresśè tenui in regula ccxxii.in iii.limita. De iure regio probatur hæc regula in l.iiii.tit.iiii.par.v. in fi.& in l.v.tit.xv.par.vi.Et circa hanc regu. vide vltra doct.in l. si donatione.& in l.filiæ licet.C.de colla. Vitalem Nemausensem in tracta.de collatio.q.v.nu.10.

Hanc regulam ampliat quatuor modis,& limitat quinque modis Petrus Rebuffus in tracta.de priuilegiis scholarium: in priuil.55.à num.1.vsque ad finem.

REGVLA

REGVLA CCCLXXII.

Filivs potest compellere patrem vt sibi ministret sumptus & expensas in studio. Hanc regu. probat tex. in l. de bonis, in §. non solum. ff. de Carbo. edict. Cuius verba sunt: non solum alimenta præstari debent pupillo, sed etiam in studia, & cæteras necessarias impensas debet impendere pro modo facultatum. Et licet non loquatur de patre, tamen tex & ibi expressè Docto. in patre loquuntur, in l. Macedoniani C. ad Macedonia. & ita tenet Vitalis Nemausensis in tracta. de collati. quæst. v. nu. 11. in fina. verbis. Bartho. Bolo. in rep. Authen habita. C. ne fili. pro pat. nu 167. Circa quam regulam vide suprà posita in reg cclxx.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitati. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegiis scholarium: in priuil. liii. a nu. 1. vsq; ad fi.

REGVLA CCCLXXIII.

Filia clam contrahens matrimonium, potest à patre exhæredari. Hanc regulam probat tex. in l. xlix. Tauri. Circa quam vltra Doct. ibi, vide Pala Ruui. in repe. c. per vestras. in iii. not. §. vi. cum seq. D. Corruu. in Epitome de sponsalibus: in ii. par. c. iii. §. viii. nu. 5. & in c. vi. in princ. num. 7. Chassanæ. in consuetu. Burgun. in titu. *Des iustices*. Rubric. j. §. iiii. fol. 32. col. iiii nu 16. cum sequen. Parisi. notab. in consi. xxix. per totum, lib. iii. Matthæ. de Afflict. in constitu. Neapol. lib ii. Rubr. ix. num. 1. cum aliis.

Hanc regulam limitat quinque modis D. de Castillo in d. l. xlix. Tauri. nu. 31. in gl. in ver. *a sus hijas*.

REGVLA CCCLXXIIII.

Fisci priuilegia quot sint, vide xxxi. quos ponit Pau. de Cast. in l. si in re nu. 3. C. de priuileg fisci. Et trigintaduo priuilegia ponit Ioan. Gallus in quæst. per Aresta Parlamenti Parisiensis decisis. q. clvi. fol. clxxx. col. ii. cum seq.

Sexagintasex priuilegia ponit Iacobi. de S. Georg. in tracta. feudorum: in verbo, sed an princeps, à nu. 2 vsq; ad fi.

Præterea xci priuilegia ponit Matthæ. de Afflict. in c. si duo fratres, à nu. 15. vsque ad nu. 106. de fratri. de nouo inuesti. in vsi. feu.

Ad hæc vide cxl. priuilegia fisci quæ ponit Fran. Luca. de Parma in tract. de fisco & eius priuilegiis: in j par. a nu. 7. vsque ad fi.

REGVLA CCCLXXV.

Fiscvs ratione partis hæreditatis quam habet cum socio, potest vendere totam hæreditatem. Hanc regulam probat tex in l.

multum interest.C.de commu.rerum aliena.& in l.vni.C.de vend. rer.fisca.lib.x.& ibi Bar.& Doct. Hanc regu.per suprà dict.iura vltra doct.vbi suprà ponit Abb.in c.ratio nulla,nu.2.de præben. Deci.in c.cum omnes.in ij.lect.nu.38.& de consti. & in consi.ccxxxv. nu.7.Ioan.Gallus in quæst.per Aresta Parlamenti decisis, quæstio. clvi.in ix.priuilegio.Matthæ.de Afflictis in c. si duo fratres,nu.14. de fratri.de nouo benefi inuesti.in vsib.feu.& in tracta.de iure pro tomisæos.in prin.nu.16.& alios quàm plures Doct.quos suprà allegaui in regu ccxcv.in iii.limita.

1 Amplia primò etiam si fiscus in tali re communi haberet minimam partē: Ita probat tex.in d.l.j.C.de vendi.rerum fisca.lib.x.

2 Amplia secundò idem esse in ecclesia. Ita tenet Pyrrhus Engleber.in d.l.vnica,quam opinionem dicit se cōsulendo tenuisse, æquiparando fiscum & ecclesiam, Andræas ab Exea in c.cùm omnes,nu. 154.de constitu.Ioan.de Platea in d.l.vni.nu.1.C. de venditio. rerum fisca.lib.x.vbi hanc opi.ante omnes tenuit.

3 Amplia tertiò habere locum in re obligata fisco, & alteri priuato:vt etiam fiscus possit totam vendere: Vt in l. res quæ.in §.1.ff. de iure fisci,& ita tenet Bal.in d.l.vnica,nu 7.& ibi Bart.num.3. Ioan. de Platea ibi nume.3.Salice.in d.l.multum.nu.2.C. de commu.rerum aliena.

4 Amplia quartò vt etiam fiscus possit totam rem communem pignorare:Vt est glo fin.in l. vnica.C.si communis rei pigno.data sit, & ibi Petrus de Bellaper. Sali.in d.l.multum,nu.3. in fin.verbis, & Bald. Ioan. de Platea in d.l. vnica, de venditione rerum fiscalium, lib.x.nume.1.

5 Amplia quintò etiam si res sit diuidua: Ita probat glo. in d.l.vni. in ver.distrahatur:quam ibi sequitur Odofred.C.de venditio. rerū fisca.lib.x.& ibi Bar.nu.2.vbi dicit quòd si est vtilitas fisci,quia maiori pretio venditur tota domus quàm pars:vt in l. Mæulus.in fi.ff. fami.ercis. indistinctè totum potest vendere fiscus: cùm hæc regula sit permissa in vtilitatem fisci,vt in d.l.ii.& ibi glo.C. commu.rerum alie. aliàs esset secus : cum nulla tunc fisci verteretur vtilitas. quem sequitur Salice.in d.l.ii.nume.1. in fine.Ioan. de Platea : vbi per illud dictum Barto.limitat suprà dictam regulam in dicta l.vnica,nume.1.col.j.

6 Amplia sextò vt in tantum procedat quòd totum pretiū rei communis debet emptor soluere fisco:& soluendo emptor fisco,liberatur ipse emptor : licet fiscus teneatur socio partē suā pretii tradere: Ita tenet Bal.in d.l.ii.C.cōmu.rerū aliena. facit tex.in l.senatus. & in l.res quæ.in § j.ff.de iure fisci.Bar.in d.l.vni.nu.4.quos sequitur Fran Lucanus de Parma in tract.de priuileg is fisci. in j.par.nu.36. quam opi.tenet Sali.in d.l.multum.nu.2.gl.in d.l.vni. in ver.redigatur.& ibi Ioan.de Platea.C.de venditio. rerum fisca.

1 Limita primò non procedere quandocunque fiscus haberet tantummodò vsumfructū:nā tunc ratione vsusfructus,non pōt vēdere

proprie- 4

proprietatem. Ita concludit Bald.in d.l.multum interest nu.4.de commun.rerum aliena.

2 Limita secundò non procedere quando fiscus non interpellauit primò socium,an vellet emere partem suam, nam ad hoc vt procedat hæc regula, debet fiscus prius interpellare socium. Ita tenet Bal.in d.l.2.C.de commu rerum aliena.quem sequitur Ripa in l.serui electione.in §.Labeo nume.15.ff.de lega.j.Iaſ.in l.fi.num.11.C. de iure emphyteu.

REGVLA CCCLXXVI.

FORMA rei perempta, si aliquid ex materia remaneat potest durare circa illud quod remanet pro dispositio ac ius, actio, & obligatio. Hanc regulam probat text.in l.domo pignori data ff.de pign. actio.& in l.Paulus.in §.domus.ff.de pign. vbi combusta domo pignorata,vel diruta,ita quòd ad aream sit redacta,durat pignus ī ea. Facit tex.in l.seruum filij in §.si pocula.ff.de lega.j. vbi legatū poculorum debetur, licet desierint esse pocula, & fuerint ad massam redacta. facit etiam text.in l.si seruus.in §.boue.ff. de condictione furti. vbi mortuo boue mihi subtracto, possum vendicare carnes, corium,& cornua. Eandem regulam probat etiam tex.in l. si ego. in §.idem ait.ff.de publicia.in rem actio.vbi diruta domo competit habenti Publicianam actio ad arenam & cæmenta.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat nouem modis Alber.Brun.in tracta.de interitu & peremptione,in 6.conclusione à num.23.vsque ad nume.49.in 17.volum.tract.diuersorum doctorum,fol.91.colum.4.

REGVLA CCCLXXVII.

FORVM sui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori. Hanc regu.probat tex.in l.cùm quædam puella.ff. de iurisdict. omn.iudic.& in l.exigere dotem ff.de iudi.& in c j.de spons.& in l. fi.in §.idem rescripserunt.ff.ad municip. Circa quam regul.vltra Doct.in s̄.dictis locis,vide Chassa.in consuetu. Bur.in ti.*Des droits*. Rub.4.§.2.fo.134.col.3.nu.12.in versi. aduerte quòd si vir. Franc. Curt.Iun.& ibi Iacob. in d l.cùm quædam puella. & in d.l.exigere dotem.Feli.in d.c.1.nume.24.de sponsa. Iaſ.in l.si arrogator.nume. 42.de adoptio. Augu∫t.Bero.in quæst.cviij.Tiraq. in legib. connubia.in glo.j.nu 50 Hiero Grat.in consil. cxiij.lib.ij.& ea quæ infrà dicam in regula incip.Statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Iaſ.in d.l.cùm quædā puella.à nu.1.vsque ad 4.

1 Limita primò non procedere in vxore putatiua,vt in l.de iure in §.fina.ff.ad municip.glo.in cap.eos xxxij.distinctio.& in cap. iij. in glo.ad finem 11.quæstio.1.& in l.vltima,in §. item rescripserunt a

el ij. in iij. quæst. ff. ad municip. Bald. in c. iurauit. in 1. col. & ibi Feli. in vlt. col. de proba Tiraq. vbi refert alios Docto. in legibus connubialibus in glo. 6. nume. 238.

REGVLA CCCLXXVIII.

FORVM sortitur quis ratione delicti. Hanc regulam probat text. in cap. postulasti. & in c. fina. de foro competen. & in l. 1. & in Authen. qua in prouincia C. vbi de criminibus agi opor. in l. j. C. vbi senato. vel clari. in cap. si peccauerit. 2. quæst. j. & in c. placuit. 6. quæst. 3. cum alijs. De iure regio est text. in l. xxxij. tit. 2. par. 3. ibi, *la dozena es por razon de hierro o de mal fetria que huuiesse echo en la tierra*. & in l. xv. titu. i. par. vij. Circa quam regulam vide Abb. & Doctor. in cap. 1. de rapto. Hippoly. in l. vnica, nu. 123. C. de raptor. virg. eundem Abb. & ibi Doct. in ca. fin. nu. 6. de foro compe. Maria. Soci. vbi ponit xxvij. quæstiones circa hanc regulam in d. ca. postulasti. à nume. 5. vsque ad nume. 13. Nico. Boer. in decisi. xxix. Chassa. in consuetud. Burgund. in tit. *Des adueux*. rubri. xij. §. vnj. fo. 364. col. 2. à nume. 1. vsq; ad finem. Alciat. in c. perniciosam. à nu. 66. vsq; ad nu. 73. de offic. ordina.

Hanc regulam limitat sex modis Soci. in regu. 335.

1 Amplia primò procedere in Imperatore vel Rege, qui si delinquat in territorio episcopi, poterit per eū puniri, Vt est gl. in c. duo. xcvj. distinct. & in c. quoniam xviij. distinct. facit tex. in c. cùm apud Thessalon. xj. q. 3. Quod intellige præmissa tamen monitione canonica, iuxta tex. in c. nouit. de iudi. ita tenent Hostien. Ant. & Ioan. de Imol. in c. perniciosam. de offic. ordin. Quod ipsi restringunt nisi Princeps delinquens esset nimis seuerus vel iniuriosus, quia tunc delinquens, episcopus nō debet eum punire, sed relinquere iudicio Papæ. Quod dictum videtur potius esse de consilio quàm de iure secundum Alciatum ibi nu. 71.

2 Amplia secundò vt si iste delinquens euaserit & alibi carceretur, debeat iudex remittere puniendum ad iudicem delicti, Vt est tex. in Authen. si verò crimen. & ibi Salic. C. de adulte. & in Authen. vt nulli iudicum. in §. si quis verò comprehensorum. collat. ix. glo. in Clemen. Pastoralis. in verbo, de more. de re iudic. vbi dicit quòd de necessitate iudex debet hoc facere. Eandem opinio. tenet Cyn. sequendo Petr. de Bellapert in d. Authen. qua in prouincia. Et eam opinionem putat veram Barto. in l. si cui. in §. cùm sacrilegium. nume. 1. ff. de accusa. Hanc opinionem tenet Guido Papa in decisio. cij. Salic. in d. Auth. si verò crimen. Nicol. Boer. in decisio. xxix. num 2. licet dicat ꝙ Bar. in d. §. cùm sacrilegium. teneat contrariam opi. scilicet quòd de vrbanitate hoc iudex debet facere, & non de necessitate; Quam opinio. Barto. non tenet, imò contrariam. & ibi post gl. supra dictam hoc notabiliter declarat. & pro ista opin. est tex. in l. 2. ti. xvij. lib. viij. ordinamenti.

Amplia

3 Amplia tertiò habere locum non solùm ratione delicti, verum & ratione mandati, vt si aliquis existens in ciuitate Salmantina, mandauit fieri delictum in ciuitate Toletana, ille mandãs fieri delictum sortitur forum Toleti, & ita poterit puniri Toleti sicut principalis occisor. Ita tenet Pau. Castren. in l. si vt proponitur ff. de fideiusso. Hippol. dicens se alibi non legisse, in singula. ccccciiij. incipien. forum. sed ante Pau. de Castro istam opinionem per text. ibi tenuit Alber. in l. hæres absens. in §. apud Labeonem ff. de iudic. Quem sequitur ibi Iacobinus de sancto Georg. numero 1. & hanc opinion. licet Hippol. refert Paul. de Castro tenet Bartol. post Iacobum de Arenis in dicta l. si vt proponitur. numero 2. & Curt. Iunior in d. §. apud Labeonem. numero 2. & 3. vbi refert quòd Paul. de Castro in l. prima C. vbi de possessione agi oportet. dicit ꝙ vtrobique possit ille mandans conueniri, sed nihilo minus primam opinionẽ esse veram & communem, & ab ea non recedendum, tenet expresè Lancelotus Decius in dicto §. apud Labeonem. eandem opin. dicit esse commu. Maria. Soci. in ca. postulasti. nu. 5. de foro competen. & Abb. in d. c. fi. nume. 27. eo. ti.

1 Limita primò non procedere in foro pœnitentiali. Ita probat gl. in ca. placuit. el primo in verb. sepeliat xvj. quæstio. 1. vbi dicit ꝙ si aliquis delinquit in aliena parochia, non potest confiteri peccata sua sacerdoti illius parochiæ, nec ab eo recipere pœnitentiam. Quam opinionem glo. dicit esse communem Abb. in cap. 1. numero 4. & ibi Ioan. de Ana. nu. 4. de rapto. et eam sequitur Alcia. in c. perniciosam num. 70. de offic. ordina. Barba. in c. fi. num. 5. de foro competen. & in rubr. nume. 53. Roma. in singu. 458. Ratio potest esse, quia in foro contentioso & iudiciali imponitur pœna vt delinquẽs satisfaciat reipublicæ læsæ quam scandalizauit, & ideò talis pęna debet imponi vbi delictum fuit perpetratum. & ob hoc delinquens quo ad istam pœnam sortitur illius iudicis forum, sed in foro pœnitentiali imponitur vt satisfaciat Deo quem læsit. vnde cùm in hoc foro habeat delinquens sacerdotem proprium loco Dei, vt in capitu. omnis vtriusque sexus. de pœnitentijs & remissionibus. ideò à proprio sacerdote non ab alio debet iudicari in foro animæ. quia quo ad pœnam spiritualem quilibet dicitur iudex extraneus, nisi iudex domicilij, dato quòd alibi deliquerit.

2 Limita secundò vt non procedat quando delictum commissum non esset communiter, sed in illo loco tantùm, tunc succurretur delinquenti, qui cùm esset forensis verisimiliter ignorauit illud eẽ delictum. vnde si talis conduceret triticum extra territorium cõtra formam statuti quod verisimiliter ignorauisset debebit restitui in integrum ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur. de qua in l. j. ff. ex qui. cau. maio. Ita tenent Inn. Ant. de But. & Imo. in rub. de consuetud. Cardi. & Moder. in cap. fina. quæstio. 12. eod. titu. Doctores in l. cunctos populos C. de summa trinitate, & fide catholica.

& hanc limitationem ponit Alex. Alciat. in cap. perniciosam, nume. 68. de officio ordin.

3 Limita tertiò non procedere in delictis leuibus. Ita probat text. in d. l. desertorem in prin. sumpto arg. à contrario sensu ff. de re milita. & ita expresse tenet per illum tex. Melchior Kling in c. si nu. x. de foro compet. quam opi. probat tex. in Authen. vt nulli iudicum, §. si quis verò comprehensorum. colla. 9. & ita expressè tenet Chas. in consuetu. Burgun. in ti. *Des aduenz*. Rubr. 12. §. vni. fo. 364. nu. 7. col. 3. & ita communiter teneri dicit Abb. in d. c. si nu. 15.

4 Quartò limita non habere locum in vagabundis. Ita probat text. in l. j. C. vbi de crimi. agi oport. quæ habet secundum verum intellectum ibi, quòd vagabundus delinquens habeat iudicem vbicunque inuenitur. per quam glo. dicit Bart. in d. l. hæres absens. in §. proinde nume. 4 ff. de judic. quòd multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus vel castris vbicunque inueniuntur, cum non habeant alicubi forũ, & ibi Franc. Curt. Iun. nume. 10. Hanc opinion. tenet Ioann. Calde. in capi. 1. de rapto.

Contrariam tamen opin. tenet Inno. in d. c. 1. de rap. vbi concludit quòd vagabundus debet remitti ad locum vbi deliquit. quem sequuntur Anto. de Butr. & Panorm. in d. c. si de foro compe. quia eadem ratio remissionis est in vagabundo quæ in non vagabundo, vt scilicet fiat remissio propter exemplum & ad tollendum scandalũ. imò addit Panor. in d. ca. si nume. 21. se putare quòd in vagabundo magis debeat fieri remissio, quàm in non vagabundo, cùm talis remissio fiat sine iniuria alicuius iudicis. Pro hoc facit text. in d. §. si quis verò comprehensorum. & in d. ca. 1. de rapto. & in d. l. desertorem. ff. de re milita. & in l. solent ff de custo. & exhib. reor. quæ iura indistinctè loquuntur, nec faciunt indistinctionem inter vagabundum & non vagabundum. & hanc opinionem tenet expressè Bonifacius de Vitalinis in tracta. malefi. in rubr. de inquisition. & earum formis, nu. 56. Montaluus in gl. l. xxxij. tit. 2. par. 3. in glo. in verbo, *la onzena*. Et non obst. tex. in d. l. j. C. vbi de crimi. agi oportet. nam licet ibi caueatur quòd delinquens vagabundus possit conueniri in loco vbi reperitur, tamen inde non sequitur quòd remissio sit sublata. quam opinionem dicit esse veram Ioan. de Anan. in ca. 1. nu. 2. de rapto. Circa quam limitationem sic distinguo quòd aut delinquens non est omninò vagabundus, quia habet aliquam habitationem, & tunc debet remitti. Ita sentit Abb. in dicto cap. fina. numero 13. de rapto. quem sequitur Chassanæ. in consuetud. Burgund. in titu. *Des iustices*. Rubr. 1. §. v. fo. 41. col. 1. nu. 14. & in titu. *Des aduenz*. § vnico, fol. 364. colum. iij. numero 12. Melchior Kling in dicto cap. fina. nume. 9. & 10. de foro competen. aut delinquens est omnino vagabundus, ita quòd certam habitationem nusquàm habet, & tunc non debet remitti, & ita debet intelligi text. in dicta l. 1 C. vbi de crimin. agi oportet. pro qua vide text. in l. xv. titu. 1. parte vij.

Porrò

Porrò quis propriè dicatur uagabundus, ponit Barto. post glo. in l. 4. in §. prætor. ff. de damno infect. gloss. in l. eius qui. in § fina. ff ad municipa. vbi dicit quòd ille dicitur vagabundus qui non habet domicilium certum vel habitionem quam glo. sequitur Panor. in d. c. fi. nu. 13. de foro compe. De iure regio est text. qui hoc probat. in l. 4. titu. 12. lib. 8. ordina.

5 Quintò limita non procedere in crimine furti. nam si fur reperiatur in alio loco cum re furtiua, in quocunque loco cum ea reperiatur, puniri potest. Ita tenet Bar. per]tex. ibi, in l. si dominũ rei, numero 2. ff. de fur. post Dinum. Quam opinionem tenet Paulus de Castro in consi. 458. numero 2. libro secundò, & plures alij Doctor. & quos refert Alexan. in addiction. ad eum, in dicta l. si dominium. eandem opinionem tenet Ange. in tracta. maleficiorum, in uerbo, & uestem cœlestem, numero 15 & ibi Augu. Arimineusis in additione notabiliter eam declarat, & adducit quam plures Doctor. pro vtraque parte.

6 Limita sextò non procedere in crimine raptus, quia raptores fugientes possunt vbique capi & puniri. Ita probat text in l. vnica, in fine principij, ibi, sine fori præscriptione. C. de raptu virgi & ibi expresse hoc tenet Bal. per illum text. numero 8. vbi dicit quòd tanquàm vagabundus non habet priuilegium fori. eandem opinio. per illum text. tenet Chassa. in consuetu. Burgun. in titu. *Des aduenz* Rubric. 12. §. vnico, folio 364. colum. 3. numero 11. pro qua limitatione facit etiam tex. in l. raptores. C. de episcop. & cleri. Sed hæc limitatio non uidetur uera nec probatur in supra dictis iuribus, quia ibi tantummodò loquitur quando aliquis est priuilegiatus ne non possit conueniri, nisi sub certo iudice, nam dicunt supra d. iura quòd si iste priuilegiatus est raptor, illud priuilegium sibi non prò dest. & ita expresse tenet glo. in d. l. unica, in uerb. sine fori præscriptione. & ibi Ange. per eam, numero 3. & Sali nu. 10. Fulg. in d. l raptores, numero 5 facit tex. & ibi Odofre. & idem Fulgo. in l 1. C. vbi senato, uel clarissimi.

7 Limita septimò non habere locum in crimine hæresis, quia de tali crimine potest vbicunque puniri, nec fiet remissio, Vt in l. Arriani C. de hęreti. ita tenet Pau. de Leazar. in Clemen. Pastoral s. de re iu dic. Chassanæ. in consuetu. Burgun. in titu. *Des aduenz*. Rubr. 12. §. vnico, fo. 365. col 1. nu. 17. Imol. in d. Clemen. nu. 64. Et alia circa hanc regulam uide per Doct. supra allegatos.

REGVLA CCCLXXIX.

Fori incompetentia semper allegari potest. Hanc regulam probat text. in l. non erit, in §. dato & ibi gloss. & Ange. de Perusio. ff. de iureiuran. & in l. fideiussor. in §. prætor. ait. & ibi Bal. ff. qui satisd. cogan. text. etiam & ibi Bal. in l. qui testamento. C. de testamen. text. in l. 2. in §. fin. ff. de pœnis. & in l. scire oportet. & ibi Bal ff. de

excusatio.

excusatio.tutorum & in l.si quis.ff.de iniusto rupto.gloss.fin.in Clemen vnica,& ibi Cardina.& Doctor.de sequestra. posses.& fruct. Circa quam regulam vide Hippolyt. in singu. 10. vbi allegat quàm plures Doctor.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Ioan. Bernard.in regulam,251. remittendo se ad Feli. in Rubric. de foro compe. numero 2. Quam regulam limita triginta quinque modis, vt per Anton. Corsett. in Repertorio ad Abba.in verbo, fori incompetentia. vbi per quatuor columnas congerit supra dictos casus. Quas limitationes ad literam posuit Andr.Barba.ante eum in Rubric.de foro compe. à numero 10. vsque ad finem.

Hodie tamen de iure regio fori incompetentia debet intra 9.dies allegari,vt in l.8.in ll.de Madrid. per quam l. corrigitur tex. in l.1. titu.8.libro 3.ordina.

REGVLA CCCLXXX.

Fortuiti casus non continentur appellatione periculi in dubio. Hanc regulam probat gloss.in l.sed & si quis.in §.quæsitum, in glo.magna,in fin.ff.si quis cautio.& ibi Bar.& Doct.præcipuè Iacobi.de sancto Georg.numero 13.Ias.numero 30.pro qua opinione allegat text.in l.1.in §.sæpe.ff.depo.text.in l.quæ fortuitis.C.de pignora.actio & istam esse communem opin.dicit Ripa in tract.de peste,in priu.in c.de priuilegiis cõtractuum causa pestis. fo.48.col.4. numero 70.cum seq.

Hanc regulam ampliat vnico modo, & limitat quatuor modis vbi etiam adducit alia quàm plura circa eius materiam,Ripa vbi suprà. Aliam limitationem ponit Iacobi. de S. Georg. in d.§.quæsitum,numero 14.

Qui autem sint casus fortuiti,vltra text. De iure regio qui eos ponit in l.3.tit 2.par.5.vide quamplures quos ponit Ioan.Igneus in repe.l.contractus.nu.77.cum aliis.ff.de regulis iuris.

REGVLA CCCLXXXI.

Fratres Minores sunt incapaces bonorum. Hanc regulam probat text. in Clemen. Exiui de Paradiso.de verb.signific.in § proinde.& in cap.vnico,de religio.domi.lib. 6.& ibi gloss.in verbo,domum.& in cap.vnico,de excessibus præla. eo. lib.& in cap.exiit.de verb.signifi.lib. 6. Circa quam regulam uide Abb. & Doctor.in cap.in præsentia.de probatio.præcipuè. Parisi.numero 170. cum aliis.Bal.numero 15 & Docto.in Authen.ingressi.C de sacrosanct.eccle.Bar in tract. Minoricarum,lib.1.cap.3. Decium in consil.499.per totum Federi de Senis in consil.12.numero 3.& in consil 26.numero 1.Stepha. Bertrand.in consi.178. numero 1.volu.2.

impressionis,

impressionis,& in consil. 152. numero 1. volumi. 1. 2. impressionis, & in consil. 206. numero 4. volu 3 primæ impressionis. Parisi. in consil. 21. nu. 1. cum aliis, lib. 3. Guliel. Pontanum in l. per omnia. numero 47. ff. de lega. 1. Ias. in l. ex facto, in §. Iulianus. nu. 10. ff. de vulga. Alex. in consi. 88. numero 1. cum aliis, lib 2. Rober. Maranta in repeti. l. is potest numero 173. ff. de acquirend. hæred. Petrum Bellugam in suo Speculo Principum. Rubric. 16. §. vnico, numero 1. Aluarum Pelargum in lib. 2. de planctu ecclesiæ, art. 55. & 56. & in articulo. 64. 65. 66. & 67. Nicola. Boeri in tracta. de uita & statu Eremitarum, numero 9. Andr. de Beseti in repeti. l. 1. numero 11. cum aliis. C. de sacrosanct. eccle. Nicol. de Vbaldis in tracta. de successio. ab intestato, in princip. numero 1. cum aliis. Domini. in consi. 40. per totum. Ioan. Gualdensem in tractat. de arte testandi, titulo ticaute. 11.

1 Amplia primò procedere in fideicommisso vniuersali, nam relinqui non potest fratribus minoribus, eo quia succedit loco hæreditatis. Vt in l. si filius in §. primo. ff. quod cum eo. & in l. prima, in §. de illo. & ibi Bar. ff. ad Trebellia. Bar. in tracta. Minoricarum, in libr. 1. in secunda distinctio. cap. 1. numero 11. quam opinionem tenet Iason in l. 1. numero 99. ff de lega. 1. & ibi Guliel. Ponta. numero 47. Andr. de Beletis in repe. l. 1. nu. 11. C. de sacrosanct. ecclesi. Bal. in d. Authen. ingressi, nu. 15. C. de sacrosanct. ecclesi.

2 Amplia secundò ut non possit eis relinqui locus in quo debeat cõstrui noua ecclesia, ut ibi fratres commorentur, & relinquatur pecunia ad cõstructionem, nam tale relictum omnino est inutile, quia prohibitum est dictis fratribus nouum locum acquirere, Vt in dicto cap vnico, de excessi. prala. libr. 6. & in Clem. cupientes. de pœn & ita tenet Pet. Bell. per suprà d. iura, in d. Rub. 16. de religiosis mendicantibus, nu. 1. Ioan. Gualdensis in tract. de arte testandi. titu. 1. cautela 11. numero 3 Bal. in d. Auth. ingressi nu. 19.

3 Amplia tertiò habere locum etiam in hæreditate parentum, nam parentibus non succedunt, cùm hæc regula habeat locum in successione quarumcunque & quaruncunque bonorum sunt incapaces. Ita tenet Bal. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. quem ibi sequitur Andræ. de Beletis in repet. numero 14 vbi dicit quòd si pater eum non instituerit, non ideo testamentum vitiabitur. Quam opinionem sequitur Guliel. Benedictus in repet. c. Raimuntius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. præludio 4 numero 215. & in verbo, in eodem testamento relinquens, el 2. numero 122. de testamen. Bartol. in tracta. Minoricarum. libr. 1. in 1. distinct. c. 1. facit generalitas tex in d. Clemen. exiui. de verborum signific. Nicola. Boeri. in decisi. 354. numero 10 Feli. in d. cap. in præsentia, numero 52. de probat, & ibi Deci. numero 266.

4 Amplia quartò vt nec beneficia habere possint. Facit tex. in Clemen. ut professores, de regula. vbi dicit quòd nec aliquam curã nec quodcunque animarũ regimen tales possunt obtinere nec exercere

ita tenet Feder.de Senis in consi.161.facit etiam tex.in d.Clemen exiui,& in cap.cùm ad monasterium.de statu regula. & ita expresse tenet Gulie l Benedict.in d.præludio 4.numero 218. tenet Petrus Rebuffus in tract de pacificis possesso. nume. 258 facit etiam quod notat ipse Rebuffus in practica beneficiorum in titu.de uicariis episcoporum,nume 32. Imol.in cap. cùm dilectus.numero 8.de cleri. non residen.

5 Amplia quintò quòd neque naturaliter eis debetur,& hæredes in foro conscientiæ licitè possunt retinere eis relictum. Ita tenet Bar. in d.lib.1.dist.1.c.3.per totum,maximè,num 8.quem sequitur Io. Gualdensis in tract.de arte testandi.titu.1.caute.11.num.1.Bal.in d. Authen.ingressi.vbi allegat S.Thomam,quem sequitur And.de Besetis in repet.l.1.nu.11.C.eod titu.

6 Sextò amplia quòd non possunt esse executores testamentorum vt in d.Clemen.exiui.§.proinde,& §.verum.ita tenet Bal.in d. Auten ingressi.& in Authen.si qua mulier.eod.titu. In quo Bar.distinguit in tract.suo Minoricarum, in tertio libro, cap.4.& 5.numero 5.& 6.quòd si quis relinquit decem Florenos vt expendantur inter decem pauperes qui eligantur per talem fratrem Minorem, quia tunc nullum litigium fiet per talem fratrem, nec distributio pecuniæ.nam testator ipse distribuit,sed per fratrem fiet sola electio personarum.& in hoc casu putat ipse quòd possit fieri, quia cessant omnes rationes prohibentes fratribus minoribus proprium habere. Præterea ex hoc fratribus nullum ius quæritur ista enim nominatio est merè facti.quòd pater,quia cadit in deportatum, qui non est capax eorum quæ sunt iuris ciuilis,vt in l. cum pater,in §.hereditate.ff.de legatis 2.& in l.ex facto,in §.si quis rogatus, ff.ad Trebellia.& hanc opinionem tenet idem Bar.in dicta l. cùm pater,in §.hæreditate.quem sequuntur ibi Paul.& Imol. Ancharano, in consilio ccccxij.numero 3. Iason. in l.1.§. item acquirimus,numero.52.ff. de acquiren.possess.Alexan.in consi.57.numero 8.volu.2. Couarru. vbi citat Bal.pro opinio. Bar.contrarium expresse tenet in cap.tua, numero 1.de testamentis.

Contra quam opinionem tenet expresse Bal.in dicta Authentic. ingressi.numero 20.vbi dicit quòd nullo modo cadit in fratrem minorem officium executoris, ideo quia de facili hoc officium possit trahi ad quæstum pecuniarium. quem sequitur Cardina. in d Clemen.exiui.in § verùm , numero 14. & ibi Ancharano,numero 23. & in consi.202 numero 2.Iacobus de Canibus in tractat.de executione vltimarum uoluntatum.in prima particula, numero 23. Dominicus de sancto Geminiano in ca.1.colum.2. de testamen.in 6.& ibi Francus. Quam opinionem tenet etiam Feli. in c.ex parte,numero 6.de constit. Barb.in consi.12 volu 1. numero.3.uersicul,ex istis infert. Eandem opinionem contra Bartol.tenet Ripa in dicto §.si quis rogatus,numero quintò , vbi dicit quòd uerior & salubrior est ista per text. in d. Clementina, exiui. in §. dubitauerunt ibi,

in ea

in ea quomodò oculos habere ad bona videantur. Quę ratio militat etiam in casu Bar.cùm possint eligere aliquos pauperes cũ quibus participarent de lucro & ibi respondit ad fundamenta Bart. Opinionem tamen Bartoli dicit ibi posse procedere, quæ communis videtur nemine se opponente:quia tunc valet electio,secundum Federic.de Senis in consi.ccxciij.ad fin.& in istis terminis loquitur Rom.in consi.cccccix.nu 5.& in sing.ccxlv. & in consi. ccxxxv.nu. 4.& vltra doct.suprà dict.opin.Bal.contra Bar. dicit esse puram veritatem Barb.in d.c.tua nobis.nu.9.& 10. & dicit quòd communiis eam sequitur:& latissime examinat & allegat quam plures doct.Eãdem opi.Bal.dicit de iure veriorem,licet alia Bar.videatur communior,Io.Guald in tract de art.testandi,titu.vij.caut.vij.nu.3.sed ex suprà dictis patet quòd verior & communior est opi.Bal.

7 Amplia septimò quòd etiam annui reditus acquirere non possunt. Ita probat tex.in d.Clem.exiui de paradiso, in §. cunque annui.& ibi Card.nu.12.quam opi.tenet Deci. in c.in præsentia.num. 272.de probatio.Ancha.in d.Clem.exiui.nu.14. Abb.in d.c.in præsentia.nu.63.Barb.nu.155.Bar.in tract.Minoricarum, in ij.lib.dist. vi.c.j.nu.31. Quam amplia.declara ut per Deci.vbi suprà:& per Ioan.Gual.in tracta.de arte testandi.titu.caute.xi. num.2. Nicola. Bellon.in consi.xxiij.nu.9.

8 Amplia octauò procedere non solùm respectu proprietatis & dominii,sed etiam respectu æstimationis:ut bona non possint vendi,& capi æstimatio ipsorum. Per text.in d.Clem. exiui.in §.cupientes, in verbo,nec liceat eis.de verborum signific & ita tenet Bald.in d. Authen.ingressi.numero 19.in c.vnico, in verbo, domum. de religio.domi.lib.vi.Card.in d.Clemen.exiui.in § proinde.nume.11.& in consi.cij in ij.dubio.Dec.in dicto c.præsentia.nu.279. Nec obstat si dicatur hoc debere intelligi quando æstimatio esse magna & tanta quę induceret fraudis suspicionem: secus autem si esset modica,taliter quòd cessaret fraudis suspicio:quia tunc liceret illã modicam æstimationem habere,per tex.in d.§.cupientes.& in d.versi. ne liceat eis. Nam procederet obiectio quando per viam legati esset relictum modicum,vt illa litera dicit:secus autem quãdo sumus in causa intestati: quia tunc etiam modicum non potest capi, siue illud modicum consistat in proprietate siue in æstimatione. & ita concludit Paris.vbi hoc notabiliter declarat & limitat in dicto cap. in presentia.nume.175. Quam ampliationem tantummodo dico procedere in fratribus Minoribus, non autem in fratribus Prædicatoribus,& aliis mendicantibus:quia possunt capere bona immobilia,non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in eorum vsum in necessitatibus conuertatur.ita probat glo. in c.vni. in §.confirmatos.in verbo,domum.de religio.domib.lib.vi. & ita expressè tenet Specula.in titu.de statu monacho.§.j.versi. tertiò quæritur. Bald. in l. cùm quæritur. C. de lega. Alexand. ibi refert alios quàm plures Doctor.in l.apud Iulianum.in §.constat.colum.iij.ff.de legat.j.

Deci.

Deci.in c.post cessionem.in fin.de probatio. & eam dicit esse communem opinionem in cap. in præsentia. numero 70 eodem titul. Alexand in consi.lxxxviij numero 1.lib.ij. Abb.in d.c.in præsentia. nu 63.& ibi Feli.nu 52.vbi tenent hanc opinio. Hippol.in singul. cxxxij.& in reper.l.si nu.165.ff.de iurisdict. om. iudic. Bertrandus in consi.clij.nu.1.& 2.vol.j.secundæ impressionis. Hanc opin.dicit esse communem Nico de Vbal in tractat.de successio. ab intestato, in j.parte,num.6 Matthes.in tracta de successio.ab intestato,in iij. artic.nu 41.Paris. vbi hoc notabiliter declarat in d.c.in præsentia, numero 177.& 180.Cardina.in dicto §.proinde.nu.11. & ibi Doct. Pro hac opinione allegat quàm plura Maturinus Montanus in Authent.de hæredibus ab intestato venientibus.pagina 63. vers.quartus casus.colli ix.

9 Amplia nonò procedere etiam si monachus promoueatur ad episcopalem dignitatem,prout de iure possunt, quorundam. de elect. lib.vi.nam propter hoc non efficiuntur capaces , Secundum gloss. notab.in dicto c.quorundam.in verbo,mendicantium,quia licet efficiatur episcopus,adhuc est de ordine mendicantium, secundum d. gloss.quem sequitur Iason in Authen.ingressi. numero 16.C.de sacrosanct.eccles.& in l.ex facto.in § Iulianus.numero 10.ff.de vulg. Nicol.de Ybaldis in tracta.de successio. ab intesta. in prima par.nu. 3.Matthe.in tracta.de successio.ab intestato,in iij artic. principali, numero 41.Maturinus Montanus in Authen.de hæredib.ab intesta. venientibus.pagi 63.versicul. quartus casus . Ratio etiam est: quia illa dignitas superueniens non liberat fratres Minores à continentia seu voto paupertatis,secundum gloss. in cap.de Monachis, in verbo,discedere.xvi.q j.nec etiam liberat ab habitu,vt est glos. in c.in noua.xvi.q.vij.& in c.sanctimonialis. xxiij. distinct. & in d. c.de Monachis.& bona prouenientia eis post dignitatem assumptã essent illius ecclesiam ad quam assumpti fuerunt . ita probat tex.in c.statutum.& ibi glo.xviij. q.j.gloss j.in c. quia in tua. xij.q.j.plus etiam dicit Bal.in Authen.licentiam.C.de episcopis & cleric. nu.3. quem sequuntur suprà dicti Doct. habere locum etiam si talis Monachus esset Cardinalis : nam nulla dignitas liberat monachum à substantialibus regulæ:bene tamen eximuntur tales assumpti ad dignitates prædictas ab odedientia suorum prælatorum, vt in d.ca.de Monachis.xvi.q.j.& in d.c.statutum.xviij q.j.

1 Limita primò hanc regulam non procedere quandocunque aliquid est eis relictum pro alimentis. Ita tenent Bart.& Bald.in l legatam.ff.de capitis diminu.& in l.cùm pater . in §. hæreditatem.ff. de legat.ij.& in l.si in metallum ff.de his qui pro non script.haben. & in l.seruos.ff.de alimen.& cibar.legat.Imol.in l.interdicit.in fin. ff.de condit.& demon.Angel.in l.si Stichum.in §.si stipulatio.ff.de verborum oblig.Rolandinus Bononiensis in tracta.de testamentis, in Rubr.xx.nu.5. Quod est verum nisi esset annuum : quia habet aliquid proprietatis:nam tunc capere non possint, secundum suprà

dictos

dictos Doct. pro quo facit quòd suprà dixi in vij. ampliatione. Hanc etiam opinionem tenet Troilus Maluetius in tractatu, oblationũ. in iij. par. nu. 4. Paris. in d. c. in præsentia. nu. 178. & videtur pro hoc text. in d Clemen. exiui de Paradiso. in §. rursus. & ita concludit in consi. xl. numero 8. & 9.

2 Limita secundò non procedere quandocunque Monachus efficeretur capax ex priuilegio apostolico, cuius tenor & verba sunt attendenda, c. porrò. c. præcipimus. de priuileg. nam tunc talis Monachus liberatus ab ordine authoritate summi Pontificis, ius succedẽdi recuperat, eo quia censetur constitutus in statu in quo erat ante ingressum. Ita concludit Barto. post longam disputationem in tracta. Minoricarum, lib. iiij. distinctio. iij. cap. iij nume. 10. allegat ad hoc tex. in c. statuimus. xix. q. iij. & in l. j de senten. pas. & in l. j. in §. filio qui mortuus. ff. ad Tertul. quem sequitur Ias. in l. ex facto. in §. Iulianus. nu. 10. ff. de vul. facit quod notat Paris. in consi. xxij. nu. 2. volu. iij. Steph. Bertran. in consi. clij. nu. 3. volu. ij. secundæ impress. Feli. in d. c. in præsentia. nu 52 in fi. de probat.

3 Tertiò limita non procedere quando isti fratres Minores recipiunt & retinent hæreditates nomine Romanæ ecclesiæ. Ita tenet Bertrandus per quandam bullam Clementis & Sixti Papæ iiij. in consi. clxvi. numero. 2. in ij. volu. primæ impressionis. Quæ limitatio olim procedebat per tex. in d. Clemen. exiui. in § proinde. ita tenet per illum tex Petrus de Vbaldis in tract. de canonica episcopali, & parochiali. q. xiiij. nu. 46.

4 Quartò limita quando aliquid recipiunt ab ingredientibus eorũ religionem: quia ab eis possunt recipere per modum eleemosynæ; dum temen quantitas bonorum non sit talis quòd possit præsumi contra eos quòd in fraudem fiat. Ita probat tex. in d. Clem exiui. in §. cæterùm. quam limita. intelligo veram & suprà d. tex. de receptione rerum quæ fit propter necessitatem instantem, vt quia tempore ingressus, monasterium eget pane, vino, ornamẽtis ecclesiæ, & aliis necessariis: quia illud non repugnat mendicitati: non tamen permittit ibi text. ꝙ annuũ reditũ possunt super illis bonis recipere. cũ hoc repugnet eorum statui, & expressè prohibitum sit in dicta Clem. & ita expressè illum tex. intelligit Domini. in d. consi. xl. nu. 10.

REGVLA CCCLXXXII.

FRATER pro fratre testificari potest. Hanc reg. proba text. in l. j. §. j. ff. de test. vbi habetur ꝙ edictũ de testibus est prohibitoriũ. g ergo prohibitus non est testificari, est in testẽ admittendus, sed frater non prohibetur, ergo debet admitti. & ita expressè tenet glo. in l. parentes. C. de testi. in glo si & in c. consanguinei in glos. in verb. parentes. iij. q. v. & in c. insinuante. in verbo, familiarem. & in c. cùm R. canonicus. in verbo, cùm sint eius socii. de offic. deleg. & in c. literas. in verbo, de fratre. de præsumptio. De iure regio probatur in l.

xv.

xv.tit.xvi.par.iij. Et hanc regulam vltra Docto. in locis suprà dictis, ponit Specula. in titu.de teste.§.j.nu.8.Abb.in c.cùm oporteat nu. 3.de accusatio.& ibi Ioan.de Imol.nu.10.& Docto.Bar.in l qui testamento.in prin ff.de testamen . & quòd in causa ciuili admittatur, dicit vidisse seruari Alber.in d.l.parentes.nu.2. Hanc eandem opi.tenet Stepha.Bertran.vbi allegat quàm plures Docto.in consi. ccxij.nu.9.vol.j.secundæ impreis. Marc.Anto. Baueria in §.pater. nu 23 Insti.de testa.Soci iun.in consi.xxxviij. nu.8. vol.ij.Alberi. in tracta.de testi.in ij.par prin.nu 5.Alcia.in tracta. de præsumptio. in j.regula præsumpt.xxiij. num.1. & eam dicit communiter teneri idem Soci.iun.in consi.xxix.numero 12.volum.ij.Anto.Corset.in singu.in verb.testis. Et circa hanc regulam uide Socin.in reg.427. Bernar.de Luc.in reg dccxlvi.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Fel.in c.cùm oporteat.nu. 3 .de accus.& in c.in literis.nu.11.de testib. Hippol.in l.j.§. ad quæstionem.nu 7.ff.de quæst.quas sex limitatio. sublimitat aliis sex modis idem Feli.in d.c.cùm oporteat.in d.nu.3. Eandem regulam cum eisdem limita.& sublimita.posuit idem Felin. in d.ca.literas à nu.4 vsque ad 17.de præsumptio. Easdemmet limitationes & sublimitationes posuit Stepha.Aufredus in tracta. de reprobationibus testium,in nu.25.

REGVLA CCCLXXXIII.

FRATER pro fratre in criminalibus testificari non potest. Hanc regulam probat tex.in l. Iulia. ff.de testib. canonizata in c.si testes.§.lege Iulia.iij.q.iij.text.& ibi glo.in d.l. parentes.C.de testi.Probatur etiam hæc regula in glossis adductis in reg.præcedenti:& vltra ibi dicta ita tenet Alber.Gandi.in tractat. malefi.in regu. de testibus,& qui repellantur.nu.7. Ratio est: quia in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores . Hanc etiam opinio. tenet Specula.in titu.de teste.§.j nu.8. Abb. in c.cum oporteat.nu. 3.de accusa.& in c literas.nu 8.de præsumpt. Alex.in consi.lxx.nu. 5.vol j. Alber.in d.l.parentes.nu.2.Bal. & doct. Iacobus de Bellouiso in pract.c.de causis criminalibus.nu.70.

1 Amplia primò procedere in causa iniuriarum. Ita tenet Bar.in l. lex Cornelia.in prin ff de iniur.quem sequuntur Bar.de Sali. & Angel.de Perusio in l.vnic.C.de raptu virg.Hippol.de Marsil.in l.j.§. ad quæstionem.nu 7 ff.de quæsti. Felin.in c.literas.num.8.de præsump.& in d.c.cum oporteat.nu.3.& ibi Anan.nu.4 Stepha.Aufredus in tract.de reprobat. testium.nu.25. Eandem opin.tenet idem Bar.in l.quia testamento.§.quæcunque.nu.7.ff.de testa.& tunc qui liber de generatione & casata venit vsque ad quartum gradum repellendus. Ratio est quia iniuria quæ fit defuncto,dicitur fieri omnibus de casata:vt in l j.ff de liber.causa.& in l.lege Iulia.& in l.lex Cornelia.ff.de iniur.facit text.in l.qui iurisdictioni præest. ff.de iurisdi.

8 Octauò hæc actio datur contra hæredem, bonorumve possessorē, cæterosq; successores, vt in d l. at si quis. in §. fi. ff. de reli. & sumpt. fune. & ita per illum tex. ponit Io. Hannib. in repe. Rub. ff. solu. ma. nu. 426. & 427. An autem hæc actio detur contra successores in beneficijs: Panor. in dispu. sua incip. Sempron. clericus, quem sequitur Philipp. Deci. in consi. clvij. incip. quæritur de expensis funeralium. vbi concludit quòd consanguinei qui succedūt clerico in suis bonis, tenentur ad funeris impensas, secus si nihil habeat, quia tūc successor in benefi cio tenebitur ad illas, secundum eundē Abb. in c. ex præsentium. & ibi Barba. & alij doct. de pign. Hæc tamen actio non datur contra illum qui non succedit defuncto ex sua dispositione, sed alterius, argu. tex. in l. cohæredi. in §. cùm filiæ. ff. de vulg. ita consuluit Steph. Bertran. in consil. cccix. nu. 2 lib. 1. primę impress. nisi in subsidio, vt suprà de beneficio dixi, secundum Rebuffum vbi s. num. 57. His sic præhabitis hæc actio in multis est priuilegiata.

1 Et primò quia interdicta est appellatio in ea, ne cadauer sepeliatur. l. si ff. de appell. recip. c. ex parte el 1. & ibi glo. in verbo, post appellationem. de sepul. Specu. in titu. de appell. §. in §. in quibus. versi. viij. De iure regio probatur in l. 8. titu. xv. lib. 2. fori. & in l. xj. titu. xvj. lib. 3. ordinariorum. & in l. 13. tit. 9. par. 7. & in l. xv. titu. 13. par. 1. & in l. 5. titu. 18. lib. 4. fori. Quod etiam procedit, etiam si contra defunctum pro debito habetur instrumentum guarentigiū. secundum Felin. in c. sicut Iudæi. in 2. col. de Iudæ. in versi. item nota. Roderic. Xuarez in repe. l. post rem iudicatam. in v. extēsio ff. de re iudi. Didacus del Castillo in l. xxx. Tauri, nu. 15. versi. extra nota. Guliel. Benedict. in repet. c. Rainutius. in verbo, mortuo, itaque testatore. el j. nu. 56. de testamen. Licet contrarium teneat Ang. in Auth. vt defun seu funera eorum non iniurient. à creditor. in prin. num. 1. in versi. nota hic casum. colla. v. vbi tenet quòd quandocunque debitor obligatus est vigore instrumenti guarētigij, potest impediri à creditore ne cadauer eius sepeliatur. Quem sequitur in hoc Segura in repet l. si ex legati causa. nu. 73. ff. de verb. oblig.

2 Secundò quia nunciatio noui operis non habet locum contra facientem fossam vt mortuus sepeliatur. Argu. tex. in l. de pupillo. in §. si quis riuos ff. de noui operis nuntia. & ita per illum text. tenet Franc. à Ripa in tract. de præseruatiuis remedijs contra pestem, nu. 138. versi. & hac ratione attenta. & ibi in nu. 70.

3 Tertiò qui funus ducit nō potest in ius vocari, l. 2. ff. de in ius vocan.

can. nec ante nouem dies vel quadraginta pro mare regionum, vt in c. quia alij. xiij. quæst. 2. & in Authen. sed nec ante nouem dies. C. de sepulc. viola. Sed de iure nostro regio vsque ad nouem dies non possunt hæredes conueniri, vt in l. v. titulo 13. parte 1. & in l. xiij. titu. 9 parte 7. & ita tenet Iacobinus de sancto Georg. post Bal. in l. interdum. nume. 8 ff. de iudic.

4 Quartò si quis funere domestico impeditus non venit ad iudicium, debet ei exceptio dari, l. sed & si quis. in §. prætereà. ff. si quis cautio.

5 Quintò qui exequias prohibet excommunicando infirmum, aut alio modo, priuatur suo debito, & aliàs punitur, Authenti. item qui domum C. de sepulch. viola. ita tenet Francis. de Ripa in cap. cùm M. Ferrarien. numero 147. de constitutio. probatur etiam per text. in Authent. vt defunctus seu funera. in §. sancimus. el 1. & in §. si verò collat. 5.

6 Sextò competit hæc actio funeraria contra hæredem prohibentem expensas fieri, licet regulariter aliæ non competant, vt in l. at si quis. in §. item Labeo ff. de religio. & sumpt. fune. quem tex. ad hoc dixit esse notab. Ludo. Roma. in consil. ccccxx viij. nu. 10. Ripa in d. rubr. de remedijs præseruati. contra pestem, num. 132. Ant. Corset. in sing. incip. expensa. el j. vbi scribit quinque casus in quibus impensa contra voluntatem facta repetitur. Quod est verum quando expendisset iuxta patriæ consuetudinē in causis pijs, secus si cōuiuijs, vel in alijs rebus non necessarijs, vt notant Doct. in l. quod in vxorem ff. de nego. gest.

7 Septimò creditor funeris præfertur omnibus aliis creditoribus licet sit posterior, l. impensa funeris. ff. de religio. & sumpti. fune. & sic præfertur doti, & expressis hypothecis, vt est glo. in d. l. impensa. Bar. & alii Docto. in l. j. ff. solu. matrimo. Anto. Negusan. de Fano in tract. de pignoribus. in ij. mem. quintæ part. princ. nu. 28. fallent. 132. & hoc propter vtilitatem publicam, vt in l. ij. ff. de priuil. credito. & ita tenet Ripa in d. c. de remed. præserua. contra pest. nume. 133. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in titu. *Des mains mortes*. Rubric. ix. §. xv. fol. 319. col. iij. versic. licet hic nihil dicatur. De iure regio probatur in l. xij. titu. xiij. par. j. & in l. ix. titu. iij. part. v. & in l. xxx. titu. xiij. ead. par. & in l. ij. tit. xi. part. vi. Et licet exceptio inuentarii non confecti impediat litem contestari, l. fin. §. donec. C. de iure delibe. vt dixi supra in reg. cclxvij. hoc non habet locum quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris, vt dixi in suprà dicta regula, in iij. limitatione.

8 Octauò hæc actio datur marito contra hæredis vxoris vel contra illos ad quos dos reuertitur soluto matrimonio, Vt in l. in eum. & in l. sed si nondum. ff. de religio. & sumpti. fune. etiam si maritus promisisset totā & integrā dotē reddere, adhuc poterit retinere ex dote impensas funeris. ita tenet Lud. Rom. & Ang. in l. qui bona. in § qui parietem. ff. de dam. infect. quos sequitur Curt. senior in consi. xiij.

inci.statuto ianuæ cauetur nu.26.facit quod no Bal.ĩ l.fi.ff. ad l.Fal. Hanc opin.tenet Ripa vbi supra,num.135.& sic maritus de suo non tenetur vxorem funerari nisi lucretur dotem,vt in d.l.in eum.& notant Doct.in l.quod in vxorem ff.de neg gest.& idem quando lucratus est portionem dotis,pro portione tenetur,vt in l Celsus.cum l. sequen.ff.de religio.& sumpt.funer.ita tenet Guido Papa in consil. cxxvij.nume 1.in 2.col.

Sed si mulier nihil habet,maritus tenetur eam sepelire,& ita eodem modo econuerso,si maritus nihil habet tenetur mulier eum sepelire,cùm causa funeraria sit pia.& commiseratione plena, nec honestas coniugalis id ferre potest,cùm sit alterius iniuria vt alter eorum insepultus iaceat facit et tex.in l ꝙ si nulla.ff de relig.& sump. fune.& ita tenet Lud.Rom in consi.517.nu.2.quem sequitur Chas. in consue Burg.in tit. *Des droitz.* rubri 4.§.9.fo.clxxiiij.col.j.nu. 4 Io.Basilianus in gl.ad consuet. Aluerniæ,c.14.arti.44.Io. Paponis in gl.ad consuetu.Borboniæ §.241.in fi.Vldar.Zasi.in Summa,ff.de relig.& sumpt.fune.nu.8.

9 Nonò qui per vim cadauer rapuit, & sic impediuit quo minus sepeliretur,tenetur pœna legis de vi publica, Vt in l.qui cœtu.ff.ad leg Iul.de vi publica.cuius pœna est deportatio,vt in l.qui dolo. in § fi.eod.tit & bonorum confiscatio,vt in §.pen.Insti de publ. iudi. & ad hæc tenetur pœna sepulchri violati. cuius pœna describitur in l.si quis sepulchrũ C.de sepul.viol. imò si sacerdos parochialis corpus eius qui alibi elegit sepulturam violẽter rapuerit, & funus spoliauerit tenetur restituere totum quod accepit, & perdit quartam canonicam.ita tenet Host.in c.cùm liberum.de sepulturis.quem sequitur Io.Samson in gl.ad consuet.Turonen.in rub.de succes.artic. 11.col 4.fo.310.Pet.Rebuff.in glo.ad constitu. Regias Galliæ,in 1. parte in tract de sententijs,nu.67.

10 Decimò expensas funeris non tenetur hæres scribere in inuentario,sed probat eas ꝑ testes vel proprio iuramento,Vt in l.fi.in §. in cõputatiõe C de iure deli. De iure regio probat in l.8.ti.6 par.6.

Et circa hanc regul.vltra Doct. in supra dictis locis vide Chass. in Catalogo gloriæ mundi,in 2.par.consideratione 5.& 6. Et est notandum, quòd hodie de iure regio expensæ funerũ detrahuntur de 5.par.bonorum,non de corpore hæreditatis,vt in l.30. Tauri.

REGVLA CCCXCVIII.

FVRTVM commissum a familia vnius domini, dominus soluendo pro vno liberatur quo ad alios. Hanc reg. probat tex.in l. si familia ff.de iuris.omn.iudic.& in l j.ff.si fami fur.fecisse dicatur.

Hanc regulam limitat tribus modis Bar.in disti.sua in d.l.si familia nu 4 in quas sequitur ibi Curt.Iun.vbi ponit quinq; limitat. ad hanc regulam.in nu.19 cum alijs.Eandem regul. limita sex modis Ias.in d.l.si familia,nu.6.

REGVLA CCCXCIX.

FVR pro furto regulariter non punitur pœna mortis. Hanc regulam probat tex.in Auth.sed nouo iure.C.de ser.fug.& in Auth.vt nulli iudicum.in §.pro furto autem.colla.9.& in l.fi.ff.de fur.De iure regio probatur in l.18.tit.14. par. 7. Circa quam regulam vide Doct.in d.Auth.sed nouo iure.vbi eam notab.declarant.Ias.in §.ex maleficiis.à nu.1.vsque ad nu.17 & ibi Lud.Gomez nu.4.cum aliis. Institu.de actioni.Hippol.in consi.53.nu.35. & in l.vnius. in §.cognitorum.nu.79.ff.de quæstio.& in l.1.in §.Diuus Adrianus.nu.12.ff.de sicar.Ias.in l.1.nu.4.C.de precib Impera.offeren. & in l.cum seruus.nu.7.ff.de condict.causa data.Bal.& cæteri Doct. in c.vni.in §.si quis quinque solidos.de pace tenen.& eius viola.in vsib.feudo.& ibi Matthæ.de Afflict idem Afflict.in d.c.1.in §.publici latrones, nu.1.cum aliis.Doct.Couarru.in li.2.Variarum resolutio.c.9.nu.7. Ludo.Carre.in pract. crimin. super l. obseruare curabis.C.quorum appella.non recipi.nu.96.Ioan.Igne.in l.1.in §. si sibi manus.num.119.ff.ad Syllania.Ioan. Montolo. in promptuario iuris,in verbo, furari.Nicola.Boer.in deci.173.nu.2.cum aliis.Ang.in tract.malefi. in ver.& vestem cœlestem abstulit.nu.12.cum aliis.Chassanæ.in cõsuetu.Burg.in ti. *Des iustices*. Rubr.1.§. 5.fo.46.col.3.nu.3.Aymo. Publici.in gl.ad consuetu.Aluerniæ.titu.8.articu.5. per totum.vbi ponit plures casus in quibus furibus pœna est alleuianda post Chassanæ.quem ibi allegat consuetu.Burg.ti.*Des iustices*.Rubr.prima.§. 5.fol.47.col.2.nu.10.cum aliis.Iacob.Boulenc.in repe.l.capitalium in §.famosos.nu.7.cum aliis.ff.de pœn.Matthæ. de Afflict.in constitut.Neapolita lib.1.Rubr.41.nu.7.

Hanc regulam limitat quinque modis Bartho. Cæpo.in d.Auth. sed nouo iure.nu.76. Eandem regulam cum septem limitationibus ponit Bartho.de Chassanæ.in consuetudi.Burgun.in titu.*Des iustices* Rubri.1.§.5.fo.41.col 4.à nu.1 vsque ad nu.18. Et circa hanc regulam uide octo casus in quibus quis furca suspenditur, quos ponit Albertus Gandinus in tract.maleficiorum,in titu.de pœnis reorum. numero 58.versi.item suspenditur.

REGVLA CCCC.

FVRIOSVS non potest facere testamentum. Hanc regulam probat tex.in l.furiosum.C.qui testa.face.poss.& in §.item furiosi. Institu quibus non est permiss.facere testa.& in l.filiusfamilias.in §. Marcellus.ff.de testa.De iure regio probatur in l.13.titu.1 part.6. Circa quam regulam uide Roderi.Xuarez in allegatio.1.

Hanc regulam cum duabus ampliatio.& quatuor limitatio.ponit Ias.in d.l.furiosum,nu.1. cũ aliis. Hanc regulam in hac prima parte latissimè intendebam examinare,sed quia pendet in casu proprio relinquo eam examinãdam in principio secundæ par.huius Operis.

PRIMI TOMI FINIS.

in hoc dicit ibi Iacobi.de sancto Georg.nu.2.in fin. quòd transeunt doct.communiter. Eandem opi.glo. sequitur Montaluus in gl.l.xi. tit.xvi.par.iii.Abb.in d.c.literas.nu.8.

1 Limita primo non procedere quando veritas alibi haberi nō possit:nam tunc frater potest cogi. Ita tenet Specul.in tit.de teste.§.de testium.nu.1.quem sequitur Alberi.in d.l.parentes.nu 2.Hosti.Io. Andr.Panor.& Imo in c.1.de testi. cogen. Iacobi. de sancto Georg. in d.l.lege Iulia nu.1.& ibi in nu.2. ponit cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non potest. Eandem opi.tenet Fe de.Schenck in tracta. de testibus.nu.31. Roma.in singu cccxcviii. vbi additi.eius addit quàm plures doct. idem tenentes. Montaluus in gl.l.ix.tit.viii lib.ii.fori.in gl.i.in prin.& in gl in parte, hermanos.in fi.idem Iacobi.contra gl ibi, qui contrarium tenet, in l.inuiti.la j.ff. de testi.facit quod suprà dixi in reg. cccxv.in ii.limit.

2 Limita secundò quando est testis instrumentarius rogatus ab vtraque parte:nam tunc cogitur inuitus testificari. Ita tenet Bald.in d.l.parentes.nu.1.col.i.versi. vel dic latius. Facit gloss. in l.inuiti. la j.in gl.magna, in fi ff.de testi. & in Authen.de testi. §.& licet.in verb.& supplicus.colla.vii.vel etiam testis testamentarius, quia est rogatus à testatore. idem tenet Sali.in d.l parentes. nu.2.Albe. in tract.de testibus.in ii.par.nu.2.

3 Limita tertiò non procedere quando frater producitur ad defensionem fratris, & sic ad purgandam eius innocentiam : nā tunc potest compelli, etiam in causa criminali : scilicet quando prodest fratri,& nemini nocet. Ita tenet Bald.in d.l.parentes. quia.d.l.lege Iulia.cessat quando agitur de ipsius fauore:argu.tex.in l.quod fauore.C.de legi.& in c si necesse.de donat.inter vir.& vxo.& ita tenet Abb.in d.c.literas.nu.8.

4 Limita quartò quando frater producitur pro fratre:nam tunc potest cogi etiam contra fratrem dicere. Ita probat gl. in c.cum nuntius.& in c.fraternitatis.de testi.& est tex. optimus in c. quanto.de iud.& in l.iii.in prin.& ibi Bar.ff.de legi. tuto. & ita tenet expressè Steph.de Federicis in tract.de interpraetatione iuris:in i.par.nu.85.

5 Limita quintò quando vtraque pars ex litigantib.cōsentiret, vt frater produceretur contra fratrē:tunc etiā inuitus cōpellitur. Ita tenet Alb.post Iaco.de Arenis in tract.de testi. in ii.par.gl. & quod ibi notant doct. in l.ii. C. de testi. Quam limita. intelligo veram quando vnus ex ipsis litigatoribus esset frater nam si essent extranei, etiam de consensu ipsorum non credo posse cogi, maximè in causa criminali, vel in causa ciuili si est de maiori parte bonorum. per rationes supra dictae l.quae hanc regulam probat.

REGVLA CCCLXXXV.

FRATER in feudis nouis, non succedit fratri:sed Vasallo sine sobole mortuo, feudum ad dominum reuertitur. Hanc regulā probat tex.in cap.i.§.filia verò.in fine, de feudi successione.& in cap.i.

in

in §.si duo fratres.de feud.Marchiæ.& in c.1.& 2.de duob.fratrib.à capita.inuest.& in c j.qualiter frater fratri succed.in vsib.feud. De iure regio probatur in l.vij.titu.xxvj.parte iiij. Et hanc opi. vltra doctor.in locis suprà allega.tenet Cald.in titu.de feudis. consil ix. Abb.in consi.lxxxij.volu.1.& in consi.3.volu.2.Iaco. de sanct. Georg.in tract.feud in verb.nobiles.nu.1.Albert.Brun. in consi.lxiij. num.2.& in consi.lxxiij.num.5.& Iacobus de Leonardis inter consilia eiusdem Alberti Bruni,in consi.cxiij.num.143.Alex. in consi. xxx.nume.8.volu.1.Rum.in consi xij.nume.2.& 8.volu.1. Et circa hanc regulam vide Matthæ.de Afflict.in d §. in alio verò feudo. nume.2.cum alijs,de successi feudi.& in d.§.si duo fratres. de feu. Marchiæ.num.1.cum alijs.& in cap j.§. & quia,num.14.de his qui feud.dare poss.& in c.1.nume.1 de fratrib.de nouo benefi.inuesti. & in d.c.1.num.1.cum alijs,de duobus fratrib.à capita.inuest. & in constit.Neapo.lib.3.rub.24.nu.11.Barthol.Soci.in consi.xix.nu.x. vol.1.Pari.in consi.xvj.nu.4.vol.4.

Hanc regulam,vbi eam limitat tribus modis,ponit Franc.Curt. Senior in consi.xlix nu.69. Et eam cum quatuor limitation. ponit Matth.de Afflict.in c.1.nume.8.de benefi.frat.in vsib.feudor. Eandem regu.cum vni.ampliat.& sex limita.ponit Vldaric.Zasi.in tracta.feudo.in 8 par.à nu.34.vsq; ad nu.44.

REGVLA CCCLXXXVI.

FRVCTVS beneficiorum percipiunt scholares dum sunt in studio,ac si residerent. Hanc regulam probat tex.& ibi Panor. in ca.super specula.de magist.tex.in ca.2.de priuileg.lib.6.idem Abb. per tex.ibi in ca.tuæ.& in ca.relatum.de cleri.non residen.& etiam per illum tex.in c.licet.de præben.& in consi 588.in fi.col.versi.3. quia his cessantibus.volu.j Eandem probat tex.in clemen.j.§.cęterum.de statu monach.gl.in pragm.sanctio §.verum tamen.in verb. libertus. Lucas de Penna tenet hanc opin.in l.hac l.C. de proximis sacror.scriniorum lib.12.Iac.Rebuff.in l.in sacris l.2.eo.tit.& in l. j.C.qui ætate lib.x.Io.de Platea in l.2.C.de incol.lib.x.in d. Clem. j.in fi.de magist.Feder.de Senis in consi.246.Nicol.Boer.in decisi. 12. Eandem opin.probat tex.in cap.olim.de verb sign.& in c.cū ex eo.de elect.lib.6.& ita expressè tenet Io.Copus Pari.in trac.de fructibus.titu 3.cap.4.num.5. Ratio est, quia ab ecclesia non censetur absens qui causa studiorum abest,vt in l.quæsitum.in prin.ff.de lega.3.ibi, si studendi causa misisset,non ꝙ de fundo eum aliorsum transferret.& in l.Seiæ.§.Pamphilæ.ff.de fund.instr.Eandem opin. tenet Blasius Ariolus in c.eam te.nu.137.de rescrip.

Hanc regulam,vbi eam limitat duodecim modis,ponit Pet.Reb. in tracta.de priuilegijs scholarium,in priuile.trigesimoprimò, à numero 1.vsque ad finem.

REGVLA CCCLXXXVII.

FRVCTVS restitui debent deductis impensis. Hanc regulam ponunt doctor. per illum tex. in l. fructus ff. solu. matrim. glo. & ibi Bar. & Ang. in l. in fundo ff. de rei vendi. in verb. deducto. & in l. ex diuerso versi. certè illud. & ibi doct. Instit. de rer. diuisi. & gl. in c. cùm contra in verb. fructus. & ibi Barb. colum. 2. de pign. Facit etiā gl. in c. grauis. in verb. fructus de restitu. spol. tex. in l. si à patre vel à domino ff. de petit. hæredi. in §. fructus. De iure regio probatur in l. 6. tit. 8. & in l. xxxviij. & xl. & xliij. tit. xxviij. parte 3. & l. xj. titu. xv. partita quinta. & in l. iiij. titu. xiiij. parte 6. Et circa hanc regulam vltra doct. in locis suprà allegat. vide Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retractatu *lmagier.* glo. j. §. xv. fol. 192. pagi 2. nu. 1. cum alijs. & in tracta. de primogenit. q. lxxiiij. nu 7. cùm alijs. Catel. Cott. in Memoralib iuris, in verb. fructus. Feli. in c. ad nostram, nu. 3. de iure iuran. Parisi. in consi. cxiiij. nu. 25. & in consi. xcvj. nu. 25. vol. 2. Ias. in l. cum quædam puella §. quoties nu. 6. ff. de iurisdict. omni. iudi. Vincen. de Hercu. in d. l. fructus num. 8. & in l. diuortio. nu. 5. ff. solu. matri. & Ias. in d. l. fructus, nu. 7. Didacum Couar. in lib. 1. Variarum resolutionum ca. 3. nu. 3.

Hanc regulam vbi in princip. eam not. examinat, & adducit aliquas extensiones ad eam, & postea à nu. 10. vsque ad nume. 24. eam limitat 8. modis, ponit Tiraq. in d. tracta. de vtroque retract. in d. tit. de retract. *lmagier.* §. xv. gl. 1. fo. 192. in d. pag. 2. & ibi à nu. 24. vsq; ad fi. ponit alias octo quæstiones in præposito.

REGVLA CCCLXXXVIII.

FRVCTVS percepti per creditorem ex pignore, computantur in sortem. Hanc regulam probat text. in l. si dominium. & ibi doctor. C. de pignoribus, & in ca. cum contra. eod. titu. & in l. creditor. la. 1. & in l. fi. C. de pignora. actione. De iure regio probatur in l. 2. & in l. 21. tit. 13. par. 5.

Hanc regulam cum sex ampliationib. & sex limitation. ponit Anto. Negusan. de Fano, in tract. de pign. in quinto membro 5. par. princip. à nu. 1. vsq; ad fin.

REGVLA CCCLXXXIX.

FVGA non probat delictum. Hanc regulam probat tex. in l. si lege Corne. ff. ad Syll. & in l. j. in §. fin autem post commissum C. de raptu virgin. in l. raptores C. de episcop. & cleric. in Authen. de exhibendis reis collat. 5.

Hanc regulam limitat sex modis. Felin. in ca. nullus. de præsum. à nu.

à num.1.vsque ad fin. Quas ponunt Hippol.in repeti. Rubri.C.de probatio num.259.cum alijs.& in pract.crimin.in §.diligenter,nu. 41.Bernar.de Luco in reg.303. Et quia ibi confusè loquuntur,ideo ex eis quæ ibi tradunt,& ex alijs quàm pluribus quæ doct. tradunt in diuersis locis,facio sequentes regul.

1 Amplia primò vt non valeat statutum quod fuga probet delictũ, quia esset contra ius commune. vbi habetur quem ex præsumptionibus damnari non posse.l.absentem ff.de pœn.l.1.§ diuus. & l fin. ff.de quæstio.l.milites.in §.oportet.ff.eodem tit. Ita concludit Roma. vbi allegat quàm plura fundamenta,in l. lege Cornelia. nume. 3.ff.de sicar. Quam opinion. sequitur Ange.Are.& ibi Augu. Ariminen.in additionibus in tracta.maleficiorum,in verbo,quod fama publican.nume. 47. & 48. Eandem opinionem Romani per eadem fundamenta, licet de eo mentionem non faciat, tenet Cato Sacchus in repeti.l.admonendi.num.61.ff de iureiur. Quam ampliationem intelligo veram nisi essent manifesta delicta contra fugientem,& qualitas delicti pœnam mortis postularet,quia tunc valet supra dictum statutum.ita concludit Deci.post Felin. & alios doctor. qui tenent contra Roman.in cap. sicut.nume 56. cum sequent. de probationibus, vbi pro vtraque parte adducit quàm plura fundamenta.

2 Amplia secundò quòd talis fuga purgatur iuramento ipsius fugientis, dicentis ob aliquam fugisse causam. Ita voluit expressè Cin.in l fina.C.de requiren. reis. quem sequitur Corne. in consil. lviii.volumi.2.Hippol. in singul.cxv.& in l. qui falsam,nu.93.ff de falsi.& in rubr.C.de probatio.nu.121.& in practi.crim.in § diligenter.nu.43.Nico.Boer.in decisi.ccxv.nu 26 Ripa in repet.d.l.admonendi.nu.168. Contra quam ampliationem per plura fundamenta tenet Marcus Anton.Blanc.in tracta.de indicijs & tortura. num. 283. cum aliis.

1 Limita primò non habere locum in officiali notato de barataria & pendente causa fugit, quia habetur pro confesso. Ita probat tex. in l.consiliarios C.de assessorib per quem text.tenet Feli.in ca.nullus.num.2.de præsumpt.vbi allegat alios doct. Eandem opin.tenet Hippol.in d.§ diligenter.num.45.& in rub.C.de probatio.nu.260. Roman.in repeti.d.l.admonendi,num.58.ibi Curt. nume.161. Petrus de Ptolomæis numero 81. & Ripa num. 173.Cato Sacchus,nume.57. Ioan.Igneus in l.lex Cornelia.nume.15.ff.ad Syllan. Et Roma. vbi supra in hoc concludit quòd aut aufugit ante finitum officium,& tunc illa fuga hoc inducit quòd punitur tanquam committens crimen læsæ maiestatis. ita probat text.in Authen. de administratorib.in §.si quis autem. collat.7.aut aufugit post finitum officium, & intra quinquaginta dies per quos debet stare ad syndicatum ex forma iuris communis,l.2. C.vt omnes iudi.tam ciuiles quã criminal & in Authenti. vt iudic. sine quoquo suffrag.in §.necessitatem. collat.ij.

6 Limita sextò in casibus in quibus sola suspicio sufficit ad probationem ipsius criminis. Vt in l. impuberibus, in fi. ff. de suspectis tuto. Ita tenet Feli. in d.c. nullus, nu. 9. Hippoly. in practica criminali, in §. diligenter, nu. 47. & in repe. rubr. de probatio. nu. 263. Ripa in d.l. admonendi, nu. 167.

7 Septimò fallit quo ad tollendam incertitudinem & dubitationem, quando dubitatur quis commiserit delictum. Ita concludit Hippo. in d. repe. rubri. nu. 264. C. de probatio. & in practica in d. §. diligenter, numero 47. allegat Bal. in l. voluntatis, nu. 11. ff. de fideicom. qui hoc tenet.

8 Octauò limita non habere locum in istis mercatoribus fallitis, seu cambiis cessantibus soluere & fugitiuis, nam ipsi habentur pro confessis ex sola fuga, & possunt torqueri vt indicent pecunias eis subdatas vel depositas, quas habere denegant, & illas perdidisse, & subtractas per institores esse dicunt. Ita tenet Paris de Puteo in tracta. syndicatus, cap. an in causa pecuniaria & ciuili, nu. 2. quem sequitur Hippoly. in l. diuus, numero 5. ff. de quæst. & in d. practi. in §. expedita, numero 62. Fran. Purpuratur in l. singularia, numero 94. ff. si cer. peta Nicolaus Boer. vbi hoc latissimè prosequitur, in dicta decisio. 215. numero 5. Et isti mercatores non habent beneficium immunitatis ecclesiasticæ, argu. text. in Authen. de mandatis principium, in § publicorum verò tributorum. ibi, quoniam fiscalium ratio, & militibus, & priuatis, ipsisque templis, & cunctis reipublicę vtilis est necessaria, colla. 3. & l. pene. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. & ita expresse tenet Nicol. Boeri. in dicta decisio. 215 numero 7. quem sequitur Remigius de Gonny in tract. de immunitate ecclesiarum, fallentia 38. De iure regio probatur in pragma. 80. in antiquis fol. 76. vbi etiam ponitur pœna qua puniri debent, & in l. 8. titu. 8 lib. 5 ordina. & non solùm quandocunque iste talis absentasset personam, verum etiam quando bona celasset, debet puniri eadem pœna contenta in suprà dict. ll. vt in pragma. 24. de Madrid, anni 1528. Contra quos fuit etiam dispositum in pragma. 111. Segouianis, Anni 1532. quòd debeant puniri etiam si sint nobiles. Quæ ll. regni confirmantur per pragma. 122. de Valladolid, Anni 1537.

REGVLA CCCXC.

Fvga in criminalibus facit indicium ad torturam. Hanc regulam ponit Bar. in l. fi. ff. de quęst. Bal. in l. voluntatis, numero 11. C. de fideicom. Imola, & ibi Feli. numero 3. in c. nullus, de præsump. Hippo. in practi. criminali, in §. diligenter, numero 41. Iacobus de Bel. in practi. iudiciaria, in titu. de quæstionibus, numero 1 Hanc opinionem tenet Marcus Antonius Blancus in tract. de indiciis & tortura, numero 258. Angel. in tracta. Maleficiorum, in verbo, quod fama publica. numero 46. Romanus in repe. l. admonendi, nume. 57.

ff. de

ff.de iureiuran. & ibi Ias. in lectura.numero 88.dicit hoc communiter teneri,& in repe.numero 169.

1 Limita primò quando fugiens, priùs reputabatur bonæ vitæ & famæ. Ita tenet Archi.in c.decernimus, 3.quæstio.9. quem sequitur Cataldus de Boncompagnis,in tract.de syndicatu, numero 76. Hippoly.in consi.49.numero 38.vbi dicit quòd hoc fuit de monte Bal. in l.in bonæ fidei. C. de iure iuran.ubi dicit quòd absentia alicuius semper præsumitur in bonam partem.

2 Secundò limita quando constat quòd quis debet capi de facto, nam tunc ad euitandam violentiam facti licet aufugere,& tunc fuga ipsa non operabitur aliquid contra ipsum. Ita concludit Andræ. de Iernia in gloss. ad constitutiones Neapolita. Rubric. 29.de iniurijs Curialibus illatis,incipienti, vt participatio.numero 10.quem sequitur Paris de Puteo in tracta de syndicatu,in cap. an iudex,numero 3.Pau. Grillandus in dicto tracta.de relaxatione incarceratorum,cap.de fuga incarcerati, numero 9. Thomas Grammaticus in voto 19.numero 7.

3 Limita tertiò habere locum solùm contra illum qui aufugit, sed non contra consocios de eodem crimine culpatos. Ita concludit Ioan. Andræ. in additio ad Specul.in titu.de præsumptio. in §. species.in additione magna,ad numero 4.vbi per tex.in l. 2. C. de fide instru.& per text.in l.fin.C.de fal.concludit,quòd si quis accusat de falso eum qui produxit falsum instrumentum, & etiam notarium qui eum conficit,quamuis notarius aufugiat,eius fuga non facit indicium ad torturam contra producentem quamuis simul accusatũ. Quem sequitur Ias. in lectu.l. admonendi, numero 89. & in repeti. numero 176.ff de iureiuran. Bernardus de Luco in regu.303.in 4. sublimitatione. Boerius in decisione 215.numero 25.Ripa in repet. d.l.admonendi,numero 174.

4 Limita quartò quando quis aufugit à familia potestatis, & citatus posteà venit ad potestatem, quia per talem comparitionem fuga purgatur. Ita tenet Bar. in l.quis sit fugitiuus,in §. 1. per illum tex.ff. e æditio edicto,& ibi Cæpola numero 6. & 15. idem Bart.in l.aut facta,in §.tempus,col. 1.ff.de pœnis. Hanc opinionem sequitur Ias.in d.l.admondi,in lectura,numero 89.& ibi Curt.numero 158. Roma.numero 156 Ripa nu. 168 Marcus Anto. Blan.in tract. de indicijs & tortura,numero 278. Feli. in d.c.nullus,nu.7 de præsumpt. Tho Gram.in consi.42 nu. 2.in criminalibus. Bertrandus in consi.61 nu.7.vol.2.primæ impressio. Boerius in d.decisio.215.numero 27. Pro qua opinio.est tex.in l.130 styli.

5 Quintò limita quando quis aufugisset ex loco ob aliquam causam rationabilem,scilicet ratione partialitatis seu inimicitiæ.quia si inculpatur de homicidio,non præsumitur contra eum,quia non est locus ei tutus. Facit tex.in c.accedens,el 1.vt lite non contestata,& ita deciditur per Bal.in l.in bonæ fidei. C.de iure iur.allegat tex.in Cle pastoralis,de re iudica.gloss.in cap.statutum,in §.1.de rescript.

lib.

lib.6.Feli.in d.c.nullus,nu.7.Ias.in l.admonendi.in lectur.nu. 89.& in repe.nu.169.ff.de iureiur.& ibi Cur.nu.157.Rom.nu 56. Petrus de Ptolomæis nu.76.Cato Sacchus nu.55.Mar.Anto Blan.in tract. de indiciis & tortura,nu.285.Bartho.Soci.in regu.163. in 2.fallen. Stepha.Bertrandus in consi.115.numero 32 vol.2.secundæ impres. Deci.in consi.410.numero 30.Ioan. de Amic.in consi.7.nume.12. & in consi.86.nume.5.

6 Sextò limita nisi iste talis aufugit propter sæuitiam iudicis.Ita tenet Lucas de Penna in l.si coloni.C.de agrico.& censi.lib. 11. pro qua opinione facit tex.in l.quis sit fugitiuus,in prin.uersi. item neque eum quidem qui à prætore cui in disciplinam traditus esset fugisset. & in uersi.sicuti ne eum quidem qui in dominum animaduerteret. ff.de ædili.edict.& ibi Cæpo nu.6.Ioan.Ignæus in l.lege Cornelia, numero 55.ff.ad Syllania. Ioan. de Amicis in consi.7.numero 19. facit quòd suprà dixi in regu.303. in limit.1. 3. Paulus Grillandus in tracta. de relaxatione carceratorum, in Rubri. de fuga incarcerati,numero 10.

7 Limita septimò habere locum quandocunque aliquis aufugit ante accusationem vel inquisitionem contra eum factam, secus tamẽ est si fugit post accusationem, nam tunc hæc regula non habet locum, quia cuilibet est licitum redimere sanguinem suum. Ita tenet Bar.in l.1.ff.de bonis eor.nu.1.vbi dicit, quòd quando aliquis est accusatus de crimine capitali, si aufugit,non est præsumptio contra eum.sequitur Feli.in d.c.nullus,nu.6 Ang.Areti. in tract. maleficiorum,in verbo,quod fama publica,nu.46. Mathe. in sing.146. Bartho.Soci.in regu.164.in 3.limitatione.& ita expresse dixi suprà in regu.307.in 1.limitatione. Et ultra ibi allegata hanc opinionem tenet Hippoly.in practica,in d.§.diligenter,numero 41. & in consi. 49.nu.37.& in singu.119.& 497.Iason in lectura l.admonendi, numero 89.& ibi Curtius in repe.numero 160 & 178. Marcus Antonius Blancus in tract.de indiciis & tortura.numero 281.Ioan Corasius in repe.l.admonendi,numero 79.Pro qua opinione est tex.in c. si iudex,de pace tenenda & eius uiolatoribus ibi, qui si de sua diffisus sit innocentia,in vsibus feud.& in l.fi.in §.fraudis ibi,metu imminentis accusatoris.ff.de bonis damna. & in Authen. de exhibendis reis,in §.si verò etiam,in versicu.penes sui accusatorem per fugam factum,colla.5.Montal.in gloss.l.13. titu. 29. parte 7. pro qua opinione est text.in l.130.in ll. styli. Quę limitatio latius declaratur in regula sequenti.

REGVLA CCCXCI.

Fuga post accusationem non facit indicium ad torturam. Hanc regulam ponit Bartol. in l. 1. numero 1. ff. de bonis eorum, quod expressè & plenæ comprobaui in præcedenti regula, in finali limitatione.

Amplia

1 Amplia primò habere locum etiam si post libellum, vel accusationem, seu inquisitionem comminatam, licet nondum factam, aufugisset, quia tum iustus fuisset timor fugiendi, & iustè debuit timere comminationem. Per text. in l. miles, in §. socer. ff. de adulteriis, ibi, sed accusationem parante, & probationibus insistente ac imminente, & ita expresse per illum text. tenet Romanus in l. lege Cornelia. numero secundò ff ad Syllania. & ibi Ioan. Ignæus numero 15 facit etiam text. in l. edicto, in §. stat ff. de iure fisc. Hanc opinionem sequitur Angel. Aretin. in tracta. maleficiorum, in verb. quod fama publica, numero 46. Decius in consil. 334. numero tertiò. Ioan. de Amicis in consil. 131. numero 3. Ioan. Corasius in l. admonendi, numero 89. & ibi Curt. numero 160. Petrus de Prolomæis, numero 80 Cato Sacchus numero 58. Marcus Anto. Blancus in tract de indiciis & tortura, numero 282. doct. suprà allegati in regu. 390. in 6. limita.

1 Limita primò quando alia indicia seu suspiciones laborarent contra fugientem, quia tunc etiam fuga facta post accusationem, facit contra eum maximum indicium & suspicionem. argu text. in l. fi. C. qui numero tutelarum se excus. Ita expressè illum tex. tenat Roma. in d. l. lege Cornelia. in fine. Socin. in regul. 152. in secundà limitatione. Ioan. de Amicis in consi. 37. numero 7. Ioan. Corasius in dicta l. admonendi., numero 79. & ibi Petrus de Prolom. numero 77. Curtius in dicto numero 160. Ioan. Igneus in dict. l. lege Cornelia. numero 13. in fine.

2 Limita secundò quãdocunque delictum erat capitale ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari, secus si esset imponenda pœna pecuniaria. Ita expresse sentit Barto. in d. l. 1. ff. de bonis eorum. & doctor. supra allegati & ita expressè tenet Soci. in dicta regu. 193 in 3. limitatione, Ioan. de Amicis in consi. 7. numero 11. & in consi. 86. numero 4.

3 Tertiò limita nisi post accusationem de eo institutam fractis carceribus aufugiat, quia tunc contra eum ut de crimine confessum proceditur. Notatur in l. in eos. & in l. fi. ff. de costudia reorum, & ita expresse tenet Socin. in regu 162. in 3. limitatione. Decius in consilio 234. numero 3. Petrus de Ptolomais in repeti. l. admonendi, numero 77.

4 Quartò limita nisi post accusationem quis esset relaxatus à carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugisset, nam tunc talis fuga etiam post accusationem facit eum haberi pro confesso. Ita probat text. in l. 3. in fine, titu. 8. libro 2. fori. & in l. 9. titu. 11. libr. 3. ordina.

REGVLA CCCXCII.

FVGA quæ fit ex carceribus, facit fugientem haberi pro confesso. Hanc regulam probat text. in l. in eos. ff. de custodia. & exhibi-

reo.

reo.& ibi glo.& Bar.& in l.milites agrum.in §.penul ff.de re milit. ita tenet Specu.in titu.de præsumpt.in §.ij nu 3. & ibi Ioan.Andr. in addi.magna Ang.in tracta.malefic.in verbo,quod fama publica. nu.46.& ibi August.Arimi.in addi.Hippo.in practica.§.diligenter. nu.46.& in §.attingam.nu.44.& in repeti.Rub. C.de probatio.nu. 261.Ias.in lect.l.admonendi.nu 90.& in repet.nu.172.ff de iureiur. Bartho.Soci.in regu.clxii in iij.limita.Feli in d c.nullus. num.3.de præsump.Chassanæ.in consue.Burgun.in titu. *Des iustices*.Rub.j.§. v.fol.54.col iiij.nu 116 Eandem opi.tenet Cur.in repet d.l.admonendi.nu.169 & ibi Petrus de Ptolomæis,nu.77. De iure regio probatur in l.xiij.titu.xxix par.iij.& in l.xxxiij tit.xviij lib.viij.ordi.

1 Amplia primò quòd si re vera non commisit delictum pro quo erat carceratus, tunc habetur pro confesso, & punitur ac si re vera crimen commisisset:Ita probatur in d.l.in eos, & ibi glo. in verbo, puniendi.ff.de custo.reo.& ibi Bar & Ange nu.3 Iacob de Belloui-so in practica iudiciaria,in titu.de quæstionibus & qualitatibus tormentorum,nu.103 Hierony Zanet.in tract. differentiarum iuris canonici & ciuilis,diffe.xci.nu.159. Abb.in d.c.à nobis. num.3. & ibi doct.de aposta.Hanc opin.tenuit Feli.in d.c.nullus,num.3.de præsump.vbi dicit quòd in hoc casu plus operatur ficta cõfessio quàm vera & cum hoc non inueniat ab alio tractum, transit cum opinione Bar l.in d.l.in eos. Albericus tamen in d.l.in eos, determinat, quòd licet per d.l.innocentes sint puniendi, tamen quia illa non determinat pœnam,credit eam arbitrariam, & arbitrio iudicis puniẽdam & determinandam,per tex in l.j.in §.expilatores. ff.de effract. licet d.glo aliter teneat. Eandem opin.tenet Cuma.in d.consi.cvi. nu.2.& 3.Boeri.in d.decisi.ccxx.nu.22.Thom. Gramma. in d. voto xxxvij.nu. 5.

2 Amplia secundò quandocunque aliquis post accusationem fuit carceratus,& relaxatus à carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione aufugisset:nam tunc talis fuga facit eum haberi pro confesso:Vt in l.ij.in fi.titu.viij.lib.ij.fori, & in l.ix.tit.xi.lib. iij.ordi. & dixi in regu.suprà proxima in iiij.limita.

3 Amplia tertiò habere locum si fuisset aliquis repertus cum velit exire carceres:nam habetur pro confesso. Ita concludit Nicol. Boer.in decisio.ccxv.num.12 facit tex.in l. quis sit fugitiuus,in §. idem Celsus,cum aliis per eum allegatis.ff de ædili.edic. Hanc opi. tenet Hippo per alia fundamenta quæ ibi allegat,in rub.de probat. nu.265.& in pract.in §.diligenter,nu.49 & quod notat Soci.in cõs. xcix.nu.2.li.iiij. vbi dicit quòd ille dicitur fugitiuus qui est in actu fugæ Franc.Purpura.in l. rogasti,in §.si fugitiuus, nu.32.ff.si cert. peta.& hanc opinio.tenet Iaco.de Bellouiso, in pract.iudiciaria:tit. de quæstionibus & qualitate tormentorum,nu.103.

4 Amplia quartò habere locum etiam in fugiente ex aliqua camera,vel ex palatio potestatis,in quo detinebatur sub custodibus. Argu.tex.in d.l.in eos.ff.de custo.& exhibitio.reorum. quia loca ipsa

siue

siue palatium dicitur esse carcer, quando quis detinetur in eo man dato iudicis, vt est tex.& ibi notant doct.in l.j.ff.de custo.reo. Hanc opinio.tenet Hippo.in prasti in §.diligenter.nu.46 Paul. Grillandus in tracta.de relaxatione carceratorum. ca.de fuga incarcerati numero 13. Quod tamen est verum quandocunque recessit ianua scissa & fracta, vel muros transcenderit, ut in l fi.ff.de rerum diuisi. secus si retentus in palatio fugiat per portam : quia tunc non dicitur frangere carcerem: quia licet carcer largo modo possit appellari, tamen propriè non est carcer: nec dicitur in carcere inclusus qui detinetur in palatio. ita tenet Bar.& ibi Roma.nu.57. in repe.l.admonendi.ff.de iureiur.quem sequitur Cur.in repe.num. 164.& ibi Petrus de Ptolomæis nu.78.& hanc opi.tenet Innoc.in c.nuper.de senten.excom. Facit etiam tex.in l.nemo carcerem. in verbo, aperta & libera.C.de exacto.tribu.lib.x.per quem text. dicit Bal.in d.l. admonendi.in lect.antiq. quòd non dicitur frangere carcerem, qui retentus in palatio fugit per portam. Nicola.Boer.in decisio.ccxv. nu.15.& hanc opinio.expressè tenet Sali. post Guliel.de Cug.in l. succurritur.in j.& ij lectu.ff.ex quibus causis maio. Socin.in regul. clxij in iij.limita.

Licet contrarium teneat Alber. in d.l.succurritur.nume.3.quem sequitur Ias.in repe. d.l.admonendi. nu.174.vbi dicit quòd detentus in palatio vel camera, & non in publico carcere, si inde aufugiat fracto ostio, non inde habetur pro confesso idem in lectu.nu. 90.& licet alleget Bald in d.l.succurritur. dicens hoc tenere, firmat tamen contrarium, vt suprà dixi.

5 Quintò amplia quòd etiam punitur pœna capitali, Vt in d.l.j.ff. de effracto.& in d l.milites agrum. in §.eius fugam. ff.de re milita. quod latiùs explicabo in regula sequenti.

1 Limita primò habere locum quando quis aufugit effracto carcere: secus autem si aufugit de carcere aperto: quia tunc non habetur pro confesso. Ita concludunt Iacobus Butri. Gulielm.de Cúgno, Bald & Alberic.in dicta l succurritur.ff.ex quib.cau.maior. Angel. in l vinum. la ij.per illum text ff.de furt. & in l.j.ff.de effractorib. vbi dicit quòd ille qui exit de carcere quia inuenit ostium apertum, non tenetur pœna effracti carceris, & sic nec pœna illius tituli. ff.de effractoribus. quos sequitur Iaso.in d.l.admonendi.in lectu.numero 90. & in repetit. numero 174. & quia præsens limitati. plus attinet ad regulam sequentem, ideo ad ibi dicenda me remitto.

2 Limita secundò in eo qui aufugit animo reuertendi, & deinde sponte reuersus fuerit : quia ille non habetur pro confesso, nec incurrit pœnas de quibus in dict.l.in eos.ff.de custod.reorum. Vt in l.desertorem.in §.j. & ibi gloss. ff. de re milita. & in l.quis sit fugitiuus. in princip. & in § apud Labeonem.& ibi Bartol. ff.de ædilit. edic. Hanc opinionem tenet Paul.Grillan.in tract.de relaxa.carcera.c.

ra.c.de fuga incarcerati.nume.7. & 14. Quæ limitatio in regula sequenti latiùs declarabitur.

3 Tertiò limita quando quis post fugam esset incarceratus, licet inuitus. Ita concludit Iaso.in d.l.admonendi.in lectu.numero 90. vbi dicit quòd ita tenet Bartol. per illum text. in l.raptores. C.de episcop. & cleric. in quo casu isti arbitrio iudicis puniendi sunt, vt in l.xiij.in fin.titu.xxix.part. vij. & ita tenet Nicol. Boeri.in decisio.ccxv.nu.20.

4 Quartò limita nisi quis esset incarceratus pro generali inquisitione: secus si pro speciali. Ita tenet Felin.in d ca. nullus. numero 4.de præsumpt. Hippoly. in repet. Rubric.C.de probatio. numero 262.& in practica, in §.diligenter.numero 46. Paulus Grillandus in tracta.de relaxatione incarceratorum.capit. de fuga incarcerati. numero 1. Ioan. Andræ.in additio. ad Specul.in titul. de præsumptio.in §.ij.in additione magna,ad numero 3.Bald. in d.l.in eos.ff. de custod.reorum.

5 Quintò fallit quandocunque mulier aufugit de carcere causa euitandæ libidinis:nam tunc talis mulier non habetur pro confessa, Vt probat tex.in Authent.nouo iure.ibi, ne castitate iniurietur.C. de custo.reo.ita tenet Bal.in l.j nu.11.C.de ædil actio.Pau.Grillan. in d.tracta.de relaxatione carcera.c.de fuga incarcerati. nume.17. Boeri.in d.decisio.ccxv.nu.18.

6 Sextò limita non habere locum nisi fuga fuerit habita cum conspiratione priùs habita in carceribus cum sociis: nam hoc modo habetur pro confesso:alias non. Ita expresse tenet Bald.vbi dicit quòd ita debet intelligi text.in dicta l.in eos. in consilio.xxxii.numero primo volum.iij.vbi dicit quòd ita tenet Gulielm.de Cugno in l.succurritur.ff.ex quibus causis maio.dicit tamen ibi Bald.quòd in hoc casu punitur iste arbitrio iudicis. & illam opinionem Bald. sequitur Paul.Grillandus in dicto cap.de fuga incarcerati. nu.13.in fi.Thom.Gramma.in voto xxxvij.nu. 8.

REGVLA CCCXCIII.

FVGIENS fractis carceribus punitur pœna capitis. Hanc regulam probat text.in l.prima in principio. ff. de effracto. & in l. milites agrum.in §.cum tamen.ff.de re milita. ita tenet Bar.in tracta.de carceribus.in iij.col.Hippo.in practi.in §.attingam.num.36. Thom.Gramma.in voto xxxvij.nu.1.Anchar.Ioan.de Ana.& Abb. in c.à nobis.de aposta.

1 Amplia primò in eos qui huiusmodi fugitiuos celant vel occultant,Vt in l.consiliarios.in § pro confesso.in verbo,subtraxit C.de assessoribus.ita tenet Ioan.Igneus in l.lege Cornelia. num.16.ff.ad

Syllania.

Syllania. Pro qua opi. facit text. in l. j. ff. de recepta. & in l. j. & ij C. de his qui latro occulta. vbi probatur quòd si aliquis receptauerit in domo sua malefactorem, debet eadem pœna puniri sicut ille qui commisit delictum. Quam ampliatio. veram intelligo nisi isti receptatores essent consanguinei. ista est glo. notab. & semper mente tenenda in c. fœlicis. in verb. receptauerit. de pœn. libr. vi. quam sequitur ibi Ioan. Monachus nu. 3. & alij doct. Feli. in c. literas nu. 20. de præsump. & in c. cùm quidam num. 11. de iureiuran. Marc. Anto. Blanc. licet de supra dicta glo. mentionem non faciat, in tract. de indiciis & tortura. nu. 202. Chassa. ubi dicit ita vidisse seruari in consuetud. Burgund. in titu. *Des iustices*. Rubric. j. §. v. fol. 39. col. iiij. in princ. num. 12. in fin. & num. 13. & pro ista opinione est tex. in l. ij. ff. de receptatoribus.

2 Amplia secundò habere locum non solùm in ipsos fugientes, verum etiam in personas ipsorum qui per vim carceratos à carcere relaxant sine licentia custodis. Ita probatur in l. xiiij. tit. xxix. part. 7. & in l. xi. titu. xiij. lib. iiij. fori.

3 Amplia tertiò adeò procedere quòd ille qui accusat volentem frangere carcerem, debet consequi liberationem. Ita probat tex. in d. l. in eos. in versi. eos verò. & ibi glo. ff. de custod. & exhibi. reo & ita per illum tex. tenet Hippo. in pract. crimi. in §. attingam. nu. 50. Nicol. Boer in decisio. ccxv. nu. 22.

1 Limita primò habere locum quando quis aufugit effracto carcere: secus si aufugit de carcere aperto: quia tunc non debet puniri pœna effracti carceris. Ita concludunt Guliel. de Cugno, Alberic. & Bal. in d. l. succurritur. ff. ex quibus causis maio. Ang. per illum tex. in l. vinum. la ij. ff. de fur. & in l. j. ff. de effracto. vbi dicit quòd ille qui exiit de carcere eo quia inuenit ostium apertum, non tenetur pœna effracti carceris: & sic nec pœna illius tit. ff. de effracto. Quod dictum vltra docto. allegatos suprà in reg. ccclxxxix. in ij. limita. & in regula cccxciij. in j. limita. vbi etiam hoc dixi, tenet Chassanæ. in co. suetu. Burgund. in titu. *Des iustices* Rubric. j. §. v fol. 54. col. iiij. nu. 116. Fulgo. in consi. xlj. nu. 1. Curt. iun. in repe. l. admonendi. nu. 164. & ibi Lanfran. de Oria. nu. 56. & Ripa nu. 170. ff. de iureiur. Io. Igneus in l. leg. Cornelia. nu. 52. & 53. ff. ad Syllania. Soci. in regula cclxxij. in iij. limit. Hippo. in d. § attingam. nu. 37. vbi dicit quòd mitiùs debent puniri scilicet arbitrio iudicis. quod etiam tenet Nicol. Boer. in decisio ccxv. nu. 15. & 23. facit tex. in d. l. j. in ver. quòd si per negligentiam custodum euaserint, mitiùs puniendos. ff. de effracto. Thom. Gram. in voto xxxvij. nu. 9.

2 Limita secundò in eum qui aufugit animo reuertendi, & deinde sua sponte reuersus est quia ille non incurrit in suprà dictam pœnā de qua in d. l. j. cum simi. ff. de effracto. facit pro hoc tex. in c. vulgaris. in §. diuortium. de pœniten. distin. j. & in c. præsenti. libr. vi. glo. in c. postquam. de electio. lib. vi. quia non dicitur aufugisse qui recessit animo redeundi, ut in l. retroceditur. ff. de capti. & postlimin.

reuer.

reuer.& hāc opi.vltra supra dicta in re.391.in ii.limita. tenet Paul. Gril.in tract.de relaxa.carcera.c. de fuga incarcerati. nu.14. Curti. in repeti.l.admonēdi.nu.159.ff.de iur.iur.& ibi Ripa nu.169.Mar. Anto.Blan.in tract.de indiciis & tortura.nu.287. Tiraq.in repe.l.si vnquam.in ver.susceperit liberos.nu.179. Nicol. Boeri.in d.decisi. ccxv.num.18.Ratio est:quia propter spontaneam comparationem purgatur omnis suspicio:l.i.ff.de requiren.reis. & c.cum contumacia,de hæreti lib.vi.eandem opini.tenet expresse Petrus de Ptolomæis in d.repeti.l admonendi.nu.79.Stepha. Bertran. in consi.lxj. nu.7.& 8.vol.ii.primæ impræss.Iacob.de Bell.in pract.iudiciaria:titulo,de quæstio.& qualitate tormen.nu.106.

3 Tertiò limita non habere locum quando quis frangit carcerem vt sciret ad superiorem: quia iste talis nō punitur pœna effracti carceris,quia non dicitur fugere. Ita tenet Host ie.in c.vt debitus. de appella.facit quia itineris arreptio ad iudicem ad quem,habetur loco appellationis: vt est tex.quem ibi ad hoc notat Bal.in l. sed & si per pretorem,in §.fi.ff. ex quibus cau.maio. facit etiam textus in l.capitalium,in §.ad statuas.ff. de pœn.& in l.quis sit fugitiuus, in §.apud Labeonem ff.de ædili.edict. in l.milites agrum, in §.desertorem.ff.de re milita.& hanc opi.tenet expresse Cæpo.vbi dicit ita fuisse decisum,in d l.quis sit fugitiuus,in prin.nu.21.de ædili.edic. Iacobi.de S.Geor.in l i.nu.9. C.de seru.fugiti. Nicol.Boeri.in decisi.ccxv.nu.28.Tho.Gram in voto xxxix.nu.12.Ioā. de Amicis in consi.vii.nu.20.facit quod suprà dixi in reg.cccvii.in iiii.limita.

4 Quartò limita quandocunque incarceratus erat iustè detētus in carcere : nam si iniustè erat detentus , frangens non punitur pœna mortis.Ita concludit Bar.in l vis eius. quem ibi sequitur Salice.C. de probati.Alexa.in l.sed eximendi, in §.si quis. circa fin.& ibi Iacobi.de S.Geor.nu.3.ff.ne quis eum qui in ius voca.est,vi exi.idem cobi.in l.i.nume.11.de seru. fugiti. Hip.in d.pract.in §.diligenter, nu.50 & in §.attingam.nu.38 Nicol.Boeri.in d.decisi.ccxv.nu.30. Ripa.in d.repe.l.admonendi.nu.71.ff. de iureiu.vbi ponunt quando dicatur quis esse incarceratus.Facit etiam gl.in Clem.Pastoralis,in verbo,per violentiam.de re iudi. vbi dicit quòd quando aliquis est iniustè incarceratus & est relaxatus sub iuramento de redeundo ad carcerem, quòd iste talis si est iniustè incarceratus non tenetur redire.Quam sequitur Ias.in l.si duo patroni,in §.fin.nu.4. ff.de iureiu quod putat Abb.verum in c.inter alia,in fin de immu. ecclesia . quandocunque imminet periculum mortis:aliàs secus . Quem sequitur Hippo. in singu. clxxvii.Curt. in d.repeti l.admonendi.nu.168 & ibi Ias.in repeti.nume.169.Ioan.Igneus in l lege Cornelia,nu 19.& in l.iii.in §.subuenitur, num.123.ff.ad Syllania. Andræas ab Exea in c.i. nu.246. de constitu. Boeri. in decisi.ccxv. nu.19.Et hanc opi.dicit com.teneri Couarru. in lib.i.variarum resolutionum.c.ii.nu.11.Feli.in d.c.i.nu.43.de constit.

5 Quintò fallit quando aufugit, de licentia custodis: quia hoc casu

fu tenebitur custos, & nō ipse fugiens. Ita tenuit Gulielmus de Cugno in l quoties. C. de exacto. tributo. libro x. Bal. in d. l. ad cōmentariensem. Ioan. Andrę. in addi. ad Specul. in titu. de præsumpti. in §. ii. in addi. magna ad nu. 3. Paulus Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum: cap. de fuga incarcerati, nu. 15. facit tex. in l. consiliarios. C. de assesso. De iure regio probatur in l. xii. titul. xiiii. lib. ii. ordina. vbi probatur quòd quandocunque carceratus aufugit culpa custodis vel de licentia ipsius, debet puniri eadem pœna qua ipse carceratus puniri debebat. per quam l. declarantur l. ix. & xii. tit. xxix. par. vii.

6 Sexto fallit quandocunque mulier aufugit de carcere causa euitandæ libidinis: nam tunc ista mulier excusatur. Ita probat text. in Auth. nouo iure. ibi, ne castitate iniurietur. C. de custo. reorum. & ita dixi supra in reg. ccclxxxii. in v. fal.

7 Limita septimò quando aufugit de carcere timore igni & aquæ: nam isto casu etiam si fregit carcerem non debet puniri: cùm iustus timor ipsum excuset. Ita probat tex. in l. habitatores, in §. fi. ff. loca. Hanc opinionem vbi allegat alia iura, tenet Iacobus de Bell. in practica iudiciaria, in titu. de quæstionibus & qualitate tormentorum. nu. 104. dum tamen ille qui frangit carcerem non aufugiat. Quam opinionem sequitur Nicol. Boeri. in d. decisio. ccxv. nu. 22. in fin. & in nu. 30. licet ibi teneat quòd etiam si aufugiat. Sed opinio Iacobi de Bellouiso procedit ad hoc vt habeatur pro confesso, vel arbitrio iudicis puniatur: sed ad hoc vt capite puniatur, etiam si aufugiat, procedit opinio Nicolai Boerii, quòd quando aufugit de carcere timore ignis vel aquæ, etiam si aufugiat non puniatur pœna capitis.

